




Pareze aymò su brazo en alto Cielo  
este furor para ante joyas tanzadas  
ynexorables al maluado suelo,  
que en vn punto en ciudades torreadas?  
sus montes vuelue, y con el mismo buelo:  
en leerte' desastradas.  
do, à yerbos, subiolento  
Rigo por fuerza asiento.

3641

Reg. 3. Esta hizo a Absalon mouiesse guerra  
a su padre Dauid con tanto estrago  
por esta en pago del desseo de tierra:  
en ayre loas le da el vltimo trago.  
Esta sola a Dauid de Saul destierra  
y por este le sigue alhondo lago  
el sieruo que la espada ymprime al pecho,  
de aquel Rey, por codizia del prouecho.

rra li-  
m. 10.

Por esta el padre perfido atorment  
al humilde Francisco en carcel dura.  
y esta sola sus deudos en su afrenta  
y daño los ayunta y los conjura,  
y dellos cada qual la mas sangrienta  
execucion de enojo en el procura  
como ingenio en el mundo verdadero  
para le hazer torcer a su sendero

Mas



Si le tendran en la ciudad no mi  
por hombre que perdio el juyzio d  
Si correran à executar con yra,  
en el sus padres todo su despecho.  
Tan poco guarda al vulgo que de li  
en desatino y vanidad desecho  
porque ama tanto el ser vituperado  
que ya dessea ser destos deshonorado

60  
29: Dessea ya quitar a sus disfrazes  
ya sus juegos, la maxcara de tierra  
y que vean sus amigos de dos azes  
por quien el cielo dellos se destierra  
Y de que fuerte haran seguras paze  
las flacas fuerzas, en tan fuerte gue  
y al fin venzer ante ellos determina  
el mundo que los venze y desatina

Y assi con animosa y neuva fuerz  
en busca desta fiera que le prueua  
ya, de Rocar de la encumbrada fue  
parte de laquella sancta hermita y  
(Dele spiritu Sancto que a esto est  
acompañado solo, que le lleva),  
la vuelta del lugar, do esta Resue  
en injurias y afrentas ver se embue

or tiera vn tiempo casa de alegria  
que agora es ya casa de lloro,  
fis, solo en tenerte a ti, tenia  
regocijo el vltimo thesoro.  
as vfano en esto yo viuia  
pudiera con todo el mundo de oro,  
mudado ora estas del bien esquiua  
casi lloro solo el verte viuo.

De todo gusto ageno y de contento:  
eçe sigues sombras que te han dado,  
tu buen natural y entendimiento:  
e ti mismo en todo enagenado.  
quieras yr tras este abatimiento  
liendo estar en honrra y regalado,  
tès tan ciego en este desatino:  
no aya para ti luz ni camino.

Qualquiera cosa vuiera antes creydo  
no verte inclinado a tal baxeza.  
que a mi parecer auias naçido  
a enseñar al mundo gentileza.  
ortesia dexas en oluido,  
n memoria alguna, la belleza:  
s viene a negar acogimiento  
ncisco mio tu buen conocimiento.

Mas

NATVRA  
LIS TOTIVS PHI  
LOSOPHIAE  
Paraphrases.

AD POSTREMAM AVTORIS

*manum Franciscus Vatablus recognovit.*

*Verte pagellam contentorum series  
sefe offeret.*

*Cas 69*



LVGDVNI,  
Apud hæredes Simonis Vincentij  
M. D. XXXVIII.



## CONTENTORVM SERIES.

Introductio in libros Physicorum.

Octo Physicorum Aristotelis, Paraphrasis.

Quatuor de cœlo & mundo cōpletorum, Paraphrasis.

Duorum de Generatione & Corruptione, Paraphrasis.

Quatuor Meteororum cōpletorum, Paraphrasis.

Introductio in libros de Anima.

Trium de Anima completorum, Paraphrasis.

Libri de Sensu & Sensato, Paraphrasis.

Libri de Somno & Vigilia, Paraphrasis.

Libri de Insomnijs, Paraphrasis.

Libri de Diuinatione per somnum, Paraphrasis.

Libri de Longitudine & Ereuitate vitæ, Paraphrasis.

Dialogi in super ad Physicorum tum faciliū, tum difficiliū intelligentiam introductorij, duo.

Introductio Metaphysica.

Dialogi quatuor, ad Metaphysicorum intelligentiam introductorij.



## IACOBI FABRI STAPVLENSIS

Philosophiæ Paraphrases, ad dignissimū patrē Ambrosium Cāberacū, Parisiēsis studiij Cācellariū.

**B**Acchū vinitores, Cererē agricolas, Panē agrestesq; deos pastores olim coluisse tradidit antiquitas, & suarū rerū ab illis potestate (cū quis falsò) se habere putabāt. Tanto magis dignissime pater, te philosophātium turba in hac alma Parisiorū academia debet obseruare atq; colere: qui omnib<sup>9</sup> literarū studiosis verā vel solus suarū literarū potestatem facis, & libertate donas gratissima. Ergo amplissime pater, non mihi præter officium visum est: si Aristotelicas Paraphrases (quas scholasticorū vtilitati parauī: qui in Aristotelica Philosophia initiandi sunt) tuo nomini dicarē: qui pater es & caput oīm hoc in loco, tū humane, tū diuine Philosophantiū, ut qui tua auctoritate donatus, hoc op<sup>9</sup> aggressus sum: eadē quoq; auctoritate trāsmittā ad ceteros, aut tuo relinquant arbitrio semper latituræ, aut lucē habituræ. Ergo iudicio stēntve cādātve tuo. Quæ tū tuo nomini dignissime p<sup>r</sup>dicatæ sunt hoc ordine se tibi presentāt, cōmēdātq; Paraphrases, Vale.

2

PROLOGVS IN PARAPHRASIN  
Librorum Physicorum Aristotelis.



Um antiquorū philosophorū plurimi, poste-  
ritati suę aliquā suorū laborū frugē relinque-  
re pio, benignoq; affectu cogitarint: nō va-  
na glorię cupiditate illecti, & sine inuidia  
qdē, pquirendis disciplinis vires, animūq; ap-  
pulerūt: vt laborib⁹ & vigilijs suis partas, inuētāq; disci-  
plinas, nostrę instituēde vitę apprime necessarias relinque-  
rent. ¶ Quorū hi quidē tātę rei pōdus ferre nō valentes,  
succubuerē. Hi porrō quę cōducerēt, pauca reppererūt: aut  
ad opiniōnū tenebras demersi, deuolutiq; sūt: aut obscu-  
ris ambagib⁹, legentiū mētes natura cognoscēdi cupidas,  
eluserunt. In dieq; ob nostrā quidem imbecillitatem illu-  
dunt: q̄ illorū abstrusa sensa & secretam sententiā, nostra  
cognoscendi non penetrēt obtusitas. Hi verdē ex sublimi-  
bus & æternis, istorum caducorū longo interuallo & pe-  
ne inaccessiblei ab illis distantium scientiam nobis parare  
curauerunt. Sed noster ad modū infirmus intuitus, ē nos-  
tris profundis tenebris ad illos diuinos fulgores omīno  
deficiēs habetascit. ¶ Quę omnia summ⁹ Aristoteles per-  
sentiens, & diuino beneficio intus, nostram sortem misce-  
ratus, nostrę literarię vitę ducem sese prebuit: & nos de  
cæco ignorantie carcere piē, atq; benignē exemit. Con-  
strinxitq; sub certo p̄cepto, certaq; regula, quę ad erudi-  
tam & beatam vitam necessaria putauit omnia: nō laces-  
sitate, non inuolute, non in opinionum caligine: sed inte-  
grē, lucidē, certē. ¶ Et eo ordine, eaq; facilitate nobis sciē-  
tiarum & virtutum viā patefecit: vt plane videatur ab il-  
lo diuino munere nullum excludi voluisse, cui quantulū-  
cūq; mētis adesset: diuinius id bonum putās, quod plus  
tribus cognosceret profuturum. ¶ Ceterū etsi omnia eius  
opera mira breuitate & vtilitate sint referta: videri tamen  
potest eius naturalis æditio plurimum admirāda: in qua  
quidē vel omnes & antiquos & recētiore exuperasse fa-  
cile cōsentiūt omēs. ¶ Cuius & nos diuino beneficio cō-  
fisi, non vana similiter glorię cupiditate illecti, & sine in-

Cōmēda-  
tio Ari-  
stotelis.

Natura-  
lis philos-  
sophia.

uidia, sed solum vtilitatem aliquā affectu cupientes: **Para-**  
phrasim ordinare suscepimus. Ea enim beniuolentia Peripateticos prosequor omnes: & præsertim summū Aristotelem omnium verè philosophiū ducē: ut si quid ex illorum disciplinis depromperim quod vtile, pulchrū, sanctumque putē, id omnibus cōmunicatū esse velim. quo oēs vnā mecum ipsorum rapiantur amore, ipsosque digna veneratione prosequantur & ament. Optoque oēs ita in ipsorum proficere disciplinis: ut (quæ nos ipsi ob paruas ingenij vires minus sufficiēter explemus) ad cōmunem omnium vtilitatem

**Prænotā** expleant, ad finemque perducant. ¶ Si quos tamen hæc nostra  
**da.** scripta iuuabūt: admonuisse velim in hac sacra philosophia semper Aristotelem aliquid arduū moliri. & cum de caducis, ad horamque transitorijs agat: pariter diuina tractare. Imò verò hanc totā sensibilis naturæ philosophicæ lectionē ad diuina tendere: & ex sensibilibus, intelligibilis mundi parare introitum. Qui inuestigationis mod⁹ nobis

**Opinio** connaturalis, congenuusque (ut ipsi placet) habetur. ¶ Id  
**nes no** præterea animaduertere licet: Peripateticos, opiniones  
**xix.** tanquam gradē & pernociā mentis pestem fugere. Ad quam prorsus deuittandā, passim suorum dictorum sanā intelligē-


**Regula.** tiam expetunt. Et singula secundū subiectā materiā volūt esse intelligenda. & omnia Phisica Physicē intelligūt, & Methaphysica diuinē, & Logica Logicē. Voluntque singula in proprijs locis, & ex proprijs esse disquirenda. Est enim

**Præcogni** ex proprijs vnaquæque disciplinarum ratiocinatio. ¶ Et  
tiones in nulla discutiunt: nisi duorum cognitione præcedente, atque omni discipuli præuia. Primum est: quid sit vnūquodque eorum quæ disciplina tractanda assumuntur. Secundū: quæ principia prænoscedenda ne sint ad id quod efficere student. Quæ publica intellectus cessarix, & disciplinarum sunt lumina: & ex aliorum propriorum principiorum luminibus nequaquam dinoscenda. Quæ si dignitates, proloquia, communēve scientiæ existant: talia sunt ut nos ipsis mēte dissentire non putent, & quæ statim probamus audita. Si suppositiones: plerumque subobscuriores habentur, ut aliqua declaratione egeant, sed non principiorum, ad quæ ponunt inductionem viam habere. Est enim inductio; talium immediatarum propositio-

tionum. Præterea indignum putant & à philosophiæ dignitate quæ plurimum alienum: in sophisticam expositionem incidere, & amica sophistarum syncategoremata sequi, vimque in ipsis vllā facere, idque damnandum ea constantia esse, qua Socrates Euthydemum, Dionysodorum Quam is perditos sophistas, dānat, quorum studium (vt ait) vilis digna & finum est: & qui in eo versantur, ridiculi. Et vitium hoc vilis sophisticæ longe detestabilius in sapientiā caderet, quanto studium philosophicæ hoc diuinius esse debet. Et contra hæc alta & sublimia dogmata captiosas orationes texere, machinamentaque sophistica: ridiculius esse videtur quæ terrā olim ridiculam Simiolam in contemptum deorum peperisse. Sed missa hæc faciamus. nō sunt enim eiusce rei ammonendi, quos verus allexit philosophicus amor. ¶ Id insuper te latere Analogiā in Aristotele non debet: per totam Aristotelis philosophiam, abditā, giā in Aristotele latentemque esse quandam secretam analogiam, perinde de atque per totum corpus sparsus, fususque tactus est, sine passim esse qua, vt sine tactu corpus, nostra philosophia inanima est, se dispersa vitæque expers. Quam (si Deus hanc mihi largiatur gratiam, quæ tiam) in commentarijs aliquantulum detegam, non quia uis latens dem omnino (tanta enim eius virtus est & amplitudo, tius, vt id impossibile putem) sed quantum mihi concessum fuerit. ¶ Demum ne ego te plus æquo in prologo demorer: Ad quid paucis annotatū firma mēte teneto, annotatiunculas cas vtiles anpitū quibus præponunt, prænotioni quid est subseruire. in not, teriectasque interim: sed raro dignitates atque positiones: hæc siquidem vt plurimum proprium in litera locum obtinent. Et quando ad physicum intellectū procedimus, si patentissimum de se non fuerit principium: exemplo, in perfectasque inductione vt plurimum vitumur, aut aliqua Topica persuasionem. Cum vero physica scientia traditur: propositionis & assumptionis (quos maiorem & minorem dicimus) si per se ipsas manifestæ non fuerint, suas approbationes subnectimus. Et ubi ultimo decumbitur, principium est, aut principij loco positū, ex principio cognitum. Cætera verò tua cura, diligentiaque adhibita: facile deprehendere valebis.



¶ Figura Introductionis.



4

INTRODVCTIO IN PHYSI-  
CAM PARAPHRASIN.



**N**ATVRA, est substantiale principium, quod unicuique transmutationi subiectum esse natum est, aut transmutationis effectuum. **Materia**, est natura quae unicuique transmutationi subiecta esse nata est. **Materia**, subiectum, hyle, potentia, potentia subiectiva. **Forma**, est natura transmutationum effectiva. **Forma**, species, terminus, actus primus, substantialis. **Principia**, sunt quae cum non sunt ex alijs neque ex alterutris: ex ipsis omnia alia fiunt. Omnia alia, res naturales omnes. **Res autem naturalis**, est quae constat ex naturis. **Res naturalium genera**, sunt elementa, animalia, vegetabilia, mineralia, mixta imperfecta. Earum vero accidentia cum eis conveniant: dicuntur secundum naturam. Cum vero naturae disconveniant: contra & praeter naturam. **Res naturalium genera**, totum, compositum, corpus sensibile, hoc aliquid. **Quae secunda causa**, est ad quam aliquid sequitur. **Ad eam vero dum natura aliquid sequi**, est ex ea, per eam, ab ea, aut eius gratia accidentia, aliquid fieri. **Quod vero ad eam sequitur**, effectus quae praenominatur. **Causa materialis primo**, est ex qua cum ter natura aliquo fit aliquid. **Res vero naturalium materia**, est ex qua cum forma fit compositum. **Secundo**, est in qua aliquid fit ut in naturalis, subiecto. **Causa materialis secundo**: in qua, subiectiva. **Causa**, **Causa formalis**, est per quam res habet esse. Nam dat esse rei, Causa materialis & eam conservat in esse. Ipsa namque praesente, res est: & ipsa futurae perit. **Res vero naturalium forma**: ea est per quam Causa formalis res naturales existunt. **Substantia**, accidentis. **Causa efficiens**, est a qua aliquid fit. **Conservans**, produciens, corrumpens. **Causa efficiens**, **Causa finalis**, est gratia cuius aliquid est. **Primaria**, **secundaria**. **Causa propinqua**, est quae particulari nomine designatur, aut inter quam & effectum haud multae interiacent causae. **Remota vero**: quae nomine communi designatur, aut inter quam & effectum multae interiacent causae. **Causa per se**: Causa remota est quae cum ad aliquid suapte natura sit: causalitatis nomine Causa per se.

# INTRODVCTIO

**Causa p** pariter est expressa. ¶ Per accidens autem ea dicitur: cum accidens, ad effectum non ordinetur, aut causalitatis noie minime sit exp̃ssa. ¶ Casus, fortuna, neutra. ¶ Casus, causa est per **Fortuna,** accidens eorum quæ raro contingunt & alicuius gratia. ¶ Fortuna verò, causa per accidens agentium secundum propositum, eorum quæ raro eueniunt & alicuius gratia. ¶ Cā actu. ¶ Fors fortuna, mala fortuna. ¶ Propositū, ratio, volūtas, **Causa po** ¶ Causa in actu, est quæ simul cū effectu existit. ¶ Causa **tentia,** vera in potētia ea dicat, quæ nō simul cū effectu existat.

**M**otus est alicui⁹ in aliquo aut acquisitio aut deperditio. ¶ Dicitur acquisitio aut deperditio: quandiu aliquid rei acquiritur aut deperditur. ¶ Acquisitio aut deperditio: actus entis in potētia secūdu q̃ in potētia. Mor⁹, mutatio, trāsmutatio. ¶ Generatio est substantialis formæ in aliquo acquisitio. ¶ Corruptio vero: eius deperditio. ¶ Augmentatio est maioris quātitatis acquisitio. ¶ Diminutio, est à maiore quātitate in quātitatē minorē mutatio. ¶ Alteratio, est à qualitate, aut ad qualitatem mutatio. ¶ Contrariū, mediū, habitus, priuatio. ¶ Mutatio secūdu locū: est ad locum, aut circa locū mutatio. ¶ Mutatio secūdu locū, mor⁹ localis, latio. ¶ Rectus, circularis, mixtus siue neuter. ¶ Id subiectiue mutat: quod est mutatiōis subiectū. ¶ Id terminatiue: qd forma est quæ acquirit. ¶ Cōpletiue verò: totū mutatiōe acquisitū. ¶ Quapropter formę ad materiā, mutatio subiectiua: ad seipsam terminatiua: ad totū, mutatio cōpletiua dicit. ¶ Id mutat per se: quod à motu q̃ in eo est, mouet.

**Quid mu** ¶ Id per accidēs: quod nō à motu qui in eo est, sed alterius mouetur. ¶ Motus acquisitiuus, est quo aliqd acquiritur. ¶ Deperditiuus: quo aliquid deperdit. ¶ Naturalis, est cū ei natus est conuenire cui inest. ¶ Violentus verò: qui disconuenit, atq; cōtra naturam eius est. ¶ Indifferēs: qui proprie neq; conuenire, neq; disconuenire natus est. ¶ Ex opposito omnīū horū motuū quietē intelligimus.

**Infiniti a** ¶ Infinitum primo: non finitum, non quantum. ¶ Secundo: quātum transitum habens inconsummabilē. ¶ Magnitudo, multitudo. ¶ Infinitū magnitudine, est quod suę magnitudinis caret extremis. ¶ Infinitū multitudi

nequod sux quidē discretæ multitudinis caret extremis.

¶ Infinitum secūdo, infinitum actu. ¶ Tertio, est spaciū cuius cum pars transita sit, nondū totum est pertransitum.

¶ Quarto, est quod cū sit transibile: difficilē habet trāsitiū.

¶ Quinto infinitum, est cui semper additio, subtractiove Infiniti fieri potest. ¶ Additio, subtractio. ¶ Subtractio, diuisio: potentia

idem. ¶ Infinitum quinto, infinitum potentia. diuisio.

**L**ocus, est extrinsecus terminus corporis alterum Loc<sup>9</sup> qd.

continentis. ¶ Locus cōmunis, est qui multa cōti<sup>9</sup> Quid lo<sup>9</sup>

net, quibus immediatus non est. ¶ Locus pprius, cus cōis.

est terminus corporis continentis cōtento imme<sup>9</sup> Quid lo<sup>9</sup>

diatus. Terminus, superficies concaua. ¶ Ea verō conca<sup>9</sup> cus, ppri<sup>9</sup>.

ua est, quæ est continentis interior vltima. ¶ Et ea conne<sup>9</sup>

xa est, quæ est corporis circūdans extrema. ¶ Locus na<sup>9</sup> Quid lo<sup>9</sup>

turalis, est in quo res naturales natura quiescunt. ¶ In eo cusnatur,

enim natura quiescūt, in quo cōseruari natæ sunt. ¶ Vio<sup>9</sup> Quid lo<sup>9</sup>

lentus, in quo res naturalis minime natura quiescit. cusviolē.

**V**acuum primo, est locus non repletus corpore, na Vacuum

tus reperi. Cum enim inter superficie<sup>9</sup> latera non primo.

interiacet corpus, quādo interiacere natum esset:

ea superficie<sup>9</sup> vacua diceretur. ¶ Vacuum primo,

vacuum priuatione. ¶ Vacuum secundo, est dimensio o<sup>9</sup> Vacuum

mnia intra se corpora non cedendo recipiens. ¶ Vacuum secundo,

secundo, spaciū separatum. ¶ Tertio, est quod corporis Vacuum

bus immersum, plenum non est. ¶ Priuatio, spaciū. tertio.

**T**empus, est numerus primi motus secūdū prius & Primus

posterius. ¶ Primus motus, is est qui est primi mo<sup>9</sup> motus.

bilis. ¶ Mobilia hoc ordine sunt sita. terra, aqua,

aer, ignis: cœlum lunæ, Mercurij, Veneris, Solis,

Martis, Iouis, Saturni, firmamentum, primum mobile.

¶ Præsens primo, est impartibile, præteritum futuro cō<sup>9</sup> Præsens

nectens. ¶ Præsens, nunc, instans, adiacens. ¶ Secundo, primo.

est tempus vtrinq<sup>9</sup> à dicto impartibili non multum di<sup>9</sup> Præsens

stans. Præsens, nunc. ¶ Præteritum, est temporis pars secundo.

prior. Futurum verō, pars posterior. ¶ Esse in tempore,

est mensurari tempore. ¶ Ea vero mensurantur tempo<sup>9</sup>

re, quorum tempus duratio est, aut quæ incipiunt &

desinunt in tempore.



# AVTORIS ADMONITIO AD LECTOREM.

**C**ANDIDE lector, quicūq; ad hanc lectionem accessurus es, & cui nostram operam profuturam cupimus: ne mireris q; aliquot in locis Aristotelicę literę non sumus ordinem secuti, sed parū postposita interdum pręposuimus. hoc enim consulto fecimus: quo omnia & clariora, & memoratu promptiora redderent. Et nos hac de causa vbi Aristoteles in literis demonstrat: literarū ordinem mutauimus, alijs literis vsi. nā Gręcarum literarum & Latinarum, altera & altera series est Gręcam secutus est Aristoteles: nos Latīnā potius, quo confusio vitaretur, effectq; intellectui peruior demonstratio, rati non esse Paraphrastis officium, in omnibus authoris seriem sequi, & nihil immutare: verum id potius, seruata literę sententia & authoris mente eam modis quibus potest claram & facilem efficere, & omnē quoad potest amputare cōfusionis occasionem. **I**nsuper summo conatu studere debes intelligere: quo pacto aliqua subiecto sint vnum, & ratione multa. Nam ex huius sana intelligentia, multa in hac Peripatetica philosophia pendent, panditq; id ad sapientiam introitum. habetq; id pręcipuū vt intellectum nos defendat, ne labamur ad ea ponenda quę nō sunt, nec ad ea negāda quę sunt. quę dux extremę sunt in nostra philosophia Syntes: ad quas qui applicāt, periclitationē in philosophia faciunt, surguntq; horrenda iurgia Phorcidos Scyllę latratibus similia, longe vano garrituū quā tranquillę & pacificę philosophię aptiora: quę solū pulchram & pulchrorum cōtemplationē intendit, nullius maledica, clamorosa iurgia vitans, ea sophistis relinquēs, quibus cedere magis ipsi operę precū est & eos tacendo superare, quā cū ipsis concertando garrula videri. Neq; quę sunt alterius artis aut peritię sibi vēdicat: sed Logica Logicis, & Mathematica Mathematicis, & diuina Metaphysicis relinquit discutienda: ad omnes iustitiam seruās. Quo fit vt quoties inciderit sermo, an quicquā ea potētia quę supra naturā est, esse possit, quod naturę potētia esse nō potest, vt infinitū, vt vacuum; ius illic nostra naturalis

philosophia nullū habet, sed alteri disciplinæ relinquit cognoscendum. Supponit enim illam pulchrā & admirandam vniuersi ordinationē: quæ illam summā & stabilissimam optimi naturæ opificis, quantum potest, imitatur. In qua decora vniuersi ordinatione ipsi ab ordinatissimo rerum opifice concessa: hæc philosophia suū locauit fundamentum. Hinc euenit vt qui contra hanc ordinationē quicquam sibi admitti petunt: non amplius philosophi cægant. Sunt enim extra philosophiæ bases & fundamenta, neq; à naturali philosopho potius id recipiendum esse censeo, quàm à Mathematico lineam esse infinitam: quo admissio, sua principia & suæ contemplationes pereunt. ¶ Conducet tibi quicunq; es Peripateticæ philosophiæ amator, si introductorios dialogos Paraphrasticæ expositioni prælegeris: præsertim primum, qui præcedenti introductioni seruit. Vale.

¶ Antonij Carpentarij Insulensis  
ad lectores carmen.

Si curæ est cuiq; verum deprendere callem,  
Quo petitur certo docta Minerua gradu,  
Hoc rimetur opus, seruansq; frequensq; reuoluat,  
Sic desyderij (credite) compos erit.  
Arte etenim ingenti pars edocet vna libelli,  
Omnia quæ proprio Luna sub orbe tenet.  
Atq; hic perpetuus naturæ attollitur ordo:  
Quem tantum cunctis rebus inesse vides.  
At superexcelsum pars altera ducit ad orbem:  
Entiaq; ætherei conspicienda chori.  
Quorum fallaci vestigia sola sub vmbra:  
Non nisi languenti tramite seruat humus.  
Tantum igitur iuuenes vobis asciscite lumen;  
Quod tutum (amota nube) recludit iter.  
Non labor ingenuos falso deterreat ausus:  
Pagina susceptum tersa leuabit onus.

IACOBI FABRI STAPVLENSIS IN  
Aristotelis octo Physicos libros Paraphrasis.

PRIMI CAPITIS PARAPHRASEOS

in primum Physicorum annotatiuncula.

¶ Principia, elementa, causæ: principiorum sunt nomina.

¶ Incertius: ignotius. ¶ Notiora nobis, notiora quo ad

nos. ¶ Confusiora, compositiora.



Physicorū Aristotelis libri octo. Pri-  
mi libri capita nouē. Primū cap. libri  
proemium est quod quo pacto in li-  
bris Physicorū procedendū sit osten-  
dit, tres cōtinens conclusiones. ¶ Pri-  
ma. Prius naturalis philosophiæ de-  
termināda sunt principia. Patet, quia  
ea prius determināda sunt: ex quorū

cognitione rerū naturalīū acquiritur notitia. At ex princi-  
pijs naturalis philosophiæ: rerū naturalīū acquiritur noti-  
tia. Quoniam quidē intelligere & scire cōtingit circa omnes  
sciētias quarū sunt principia, elementa, aut causæ: ex horū  
cognitione. Arbitratur enim omnes tūc vnumquodque  
cognoscere: cū principia, elementa & causas cognoscunt.  
Sunt igitur prius naturalis philosophiæ determinanda  
principia. ¶ Secunda. Ad ipsa principia ab incertioribus  
natura procedendum est. Patet, quia à notioribus nobis  
ad minus nota procedendū est. Incertiora autē natura: no-  
bis sunt notiora certioribus natura. Nō enim oportet eas-  
dem nobis, & natura similiter nota esse. Sunt em̄ cōposi-  
tiora: nobis pri⁹ manifesta: simpliciora verō posterius. Ad  
ipsa igitur principia ab incertioribus natura procedēdum  
est. Etenim ingenita est nobis via ex nobis notioribua  
& certioribus: in notiora & certiora natura procedere.  
¶ Tertia. In hac disciplina ab vniuersaliorib⁹ ad minus  
vniuersalia procedere expediet. ¶ Ratio. quia à notioribus  
ad minus nota procedēdū est. In disciplinis autē vnū  
uersaliora, notiora sunt minus vniuersalibus. ¶ Primo.  
quia vniuersale totū est intellectu⁹ (cōprehēdit enim sub se  
partes multas) sicut cōpositū, totū est sensus. Cōpositum


autē, notius est sensui suis partibus: ita & vniuersale notius  
erit intellectui suis partibus. ¶ Secūdo, quia vniuersalia,  
cōfusiora sunt, suæ em̄ diffinitioēs quæ indistinctē impor-  
tāt distingūt: & in particulas diuidūt, cōpositiora autē, no-  
bis sunt notiora. ¶ Tertio, quia pueri priō, oēs hoīes cō-  
muni appellatiōe vocāt patres: & oēs mulieres vocāt ma-  
tres, & cū pficiūt in ipsis cognitio, particularib⁹ nominib⁹  
eos nuncupant & distingūt. Signum est igit, vniuersalia  
nobis esse notiora. Est igitur in hac disciplina ab vniuersa-  
lioribus ad minus vniuersalia procedendum.

## SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Diuisio, disiuncta suppositio. ¶ Atomī sunt sensu im-  
partibilia corpora: qualia in radio solis, sed grossiuscula  
vident, ¶ Hec homōmerē sunt: quę similis naturę sunt,  
totumq; similiū partiū constituūt. ¶ Hippocrates Chius  
quadrans circulum per lunulas, ex proprijs procedebat,  
Geometrię principia retinens. Lunula em̄ est superficies  
plana contenta duabus circūferētijs supra eandē chordā  
in eandē partem. ¶ Antiphon vero circulū quadrare vo-  
lens, Geometrię principū negabat: constituendo in cir-  
culo triāgulū equilaterū. Et deinde supra quodlibet latus  
trianguli, isochelē cōstituebat, quousq; foret (vt putabat)  
vltimi isochelis latus æquale parti circūferentię.

Hippocratis figura,      Figura Antiphontis.

Lunula





¶ Cōmunis philosophia, metaphysica. ¶ Tantū, pluralitatis exclusiū. ¶ Vnū cōtinuitate, vnū continuū. ¶ Vnū impartibile, qđ diuidi nō potest. ¶ Vnū actu & potentia vna res naturalis. ¶ Vnū actu est, cū nō est alterius pars. ¶ Potestate vđ vnū est: qđ diu est alteri<sup>9</sup> pars. ¶ Potestate, potētia. ¶ Cōsimiliter, multa actu & potestate diffiniant.

**S**ecundū cap. cōtinet duas diuisiones, quinq; conclusiones, duas rationes ad primā, tres ad quartā, & res motionē dubij. ¶ Prima diuisio. Rerū naturalīū, aut vnū est principiū mobile (qđ naturales dixerūt, alij ignē, alij aerem, alij aquā) Aut immobile (quod dixerunt Parmenides & Melissus) finitū aut infinitum. Aut multa mobilia aut immobilia, finita aut infinita (quod dixerūt Anaxagoras & Democrit<sup>9</sup>) Anaxagoras quidē infinitas atomos homœomeras ossis, esse principia ossis: & carnis, esse principia carnis: & nerui, esse principia nerui. Democrit<sup>9</sup> verd, infinitas atomos eiusdē generis figura & ordine differētes, esse principia rerū. ¶ Secūda. Si principia rerū multa sint finita, aut sunt duo, aut tria, aut quodā alio certo numero. Et ita de rebus naturalibus dicēdum esset. ¶ Prima cōclusio. Contra asserātes tantū esse vnum ens immobile, minime physico disputādū est. ¶ Primo: quia nullius artificis est disputare contra ipsius principia destruentē. vt Geometrix disputādū nō est cōtra destruentem Geometrix principia. qui aut asserunt tantū esse vnū ens immobile, destruit Physicæ principia. Negant enim motū esse, & entium multitudinem. Si enim tantū vnum est & non multa, ipsum nullius erit principiū, non autem erit sui ipsius principiū. est em̄ principiū, alterius cuiusdā, aut quorundā principiū. contra igitur ita asserentes, minime interest Physici disputare: sed alterius communis artificis, Dialectici aut Metaphysici. ¶ Secūdo. Nō magis est Physici disputare contra asserentes tantū vnum esse ens, quā contra aliam quantūcūq; extraneam orationem. ¶ Heraclit<sup>9</sup> vt cōtra Heracliti orationē, nullū hominē continuo esse id quod est. sed manifestū est, Physici nō interesse, contra huiusmodi extraneas orationes disputare. Neq; igit sua intererit cōtra vnum tantum esse ens immobile asserētes

Parmenides.  
Melissus.  
Anaxagoras.  
Democritus.

Heraclitus.

disputare. ¶ Secūda cōclusio. Similiter Physici non est ratio-  
 7 tiones Parmenidis & Melissi soluere. ¶ Ratio. quia nō est  
 Physici rationes litigiosas soluere (habet em̄ proprias sol-  
 uere & eorū qui sua principia nō negāt, vt Geometrarū ra-  
 tionē Hippocratis soluūt, nō autē Antiphōtis. At ratioēs  
 Parmenidis & Melissi litigiosae sunt: neq; em̄ syllogizant,  
 & falsum assumūt. Ratio quidē Melissi, defectuosa magis  
 est & minus apparēs. Vno tamē inconueniēti dato, multa  
 cōtingunt. quod nulli dubiū esse debet. Parmenidis verd  
 ratio, minus. Ratioē enim ita formabat Melissus. Si quid  
 est factū, habet principiū: igitur si nō est quid factū, nō ha-  
 bet principiū. vniuersum autē non est factū, igitur nō ha-  
 bet principiū, quare neq; finē, est igit̄ infinitū. Et cū nō ha-  
 beat vnde moueat̄, est immobile. Parmenides verd suā sic.  
 Quicquid est prāter ens, nō est ens. quod autē nō est ens,  
 nihil est. igitur quicquid est prāter ens, nihil est. At ens &  
 8 vnū cōuertitur. igitur tantū vnum ens est. ¶ Tertia cōclu-  
 sio. Nō incōueniēs videbit̄ aliquātis per contra tantū vnū  
 esse ens asserētes, disputare. ¶ Nā communis philosophia  
 ad hāc viā habet & Dialectica. ¶ Quarta cōclusio. Non  
 9 rectē dicūt Parmenides & Melissus tantū vnū esse ens im-  
 mobile: ille finitū, hic verd infinitū esse, dicētes. ¶ Primo.  
 Quia aut capiūt ens vt multipliciter dicat̄ de substantia.  
 quantitate, & qualitate: quomodo si capiāt, siue substantia,  
 quātitas, & qualitas cōiuncta sint, siue ab inuicē separata.  
 multa erūt & nō tantū vnū. Aut faciūt ens vniuocum: &  
 tūc aut solū significat substantiā, aut solū quātitatē, aut qua-  
 litatē vt gen<sup>9</sup>, aut vt species, quod si sic, multa erūt & non  
 tantū vnū. & gen<sup>9</sup> enim & species, de plurib<sup>9</sup> prādicant̄.  
 Aut significat vt indiuiduū. & tūc illud ens nō erit substā-  
 tia. nam aut omnia essent vnus homo, aut vn<sup>9</sup> equus, aut  
 vna anima numero, quae impossibilia sunt. Neq; illud ens  
 erit vnū accidēs. nā ipsum esset sine subiecto. quod esse ne-  
 quit. nullū em̄ accidētū ā substantia separabile est: sed om̄ia  
 in subiecta substantia esse necesse est. Neq; erit ens illud  
 vnū ex accidēte & substantia cōstitutū: vt vnū quantū, vnū  
 quale. Nam multa iam essent, & nō tantū vnum. ¶ Secū-  
 do. Parmenides dixit ipsum esse finitū, & Melissus ipsum

Ens equi  
 uocē su-  
 mi debet  
 re,

esse infinitum. Non erit igitur illud ens: solum substantia.  
 Nam sola substantia, neq; finita, neq; infinita est. *Quantita-*  
*tati enim ratio finiti & infiniti cōgruit.* Nam magnitudo  
 quæ trāfiri potest, finita est. Quæ verò trāfiri nequit, infini-  
 ta. Neq; per idem erit vna qualitas, aut vna actio, aut  
 passio. Nam qualitates, actiones, & passiones, finitæ aut

*Quantita infinitæ per accidens dicuntur.* Neq; erit illud ens finitum  
 tē à sub<sup>st</sup> (vt vult Parmenides) aut infinitū (vt Melissus) solū quātū  
 stantia di tas. Nam esset accidens sine subiecta substantia. Neq; erit  
 stinguī. vna substantia quāta. nā si est substantia quāta, substantia est,  
 Quatuor & quātitas est. Quæ si sunt, duo vere sunt quæ sunt. Erūt  
 vni<sup>9</sup> acce igit multa, & nō tātū vnū est. ¶ *Tertio, vnū multipliciter*  
*piones, dicitur.* Primo, vnū continuitate. Secūdo, impartibilitate.

*Tertio, ratione, quæ vnū, eādēmq; rationē habēt, vt merū*  
*& vinū. Quarto, actu & potentia.* Sed illud ens, vnū cō-  
 tinuitate nō erit. nā multa essent. Est em̄ cōtinuū, in infinitū  
 diuisibile. Neq; vnū impartibilitate. nam neq; esset finitū,  
 quod dicit Parmenides. neq; infinitum, qđ dicit Melissus.  
 Impartibile enim, neq; finitū, neq; infinitū est. Neq; tantū  
 erit vnū diffinitione: vt tunica & vestis. Nam incōuenien-

*Heraclit<sup>9</sup> tia sequerentur ad quæ perducebat Heraclitus: quia boni*  
*& mali, boni & nō boni, hominis & equi, quantitatis &*  
*qualitatis, cōtrariorū & cōtradictoriorū, disparatorū, diuer-*  
*forū generū eadē erit ratio: & de eodē affirmatio & nega-*  
*tio. vt idē erit bonū & nō erit bonū. nā erit nō bonū, boni*  
*enim & nō boni, eadē esset ratio, quæ impossibilia sunt.*  
*Neq; erit vnū actu & potētia: nam statim multa essent, &*

*Partes sū nō tantum vnū. ¶ Dubitatio. An totius partes sint ipsum*  
*mul totū totū, an multa sint & diuersa. ¶ Respōdet quālibet partē*  
*sunt, esse à toto diuersam. Nam si quælibet pars esset toti eadē,*

*quælibet pars cuiuslibet parti esset eadē. quæcūq; em̄ vni &*  
*eidē sunt eadē, illa inter se sunt eadē. Omnes tamen partes*  
*simul, nihil aliud qđ ipsum totū sunt. ¶ Quinta conclusio. ¶*  
*posteriores incōueniēter orationū copulas auferebāt, aut*  
*eas in adiectiua verba mutabāt cū predicaret accides: ne*

*Lycophron, vnū esse multa cōcederēt: vt Lycophron & eius sequaces*  
*dicebāt dūtaxat, homo albus, homo ambulās: & nō, ho-*  
*mo est albus, homo est ambulās. Alij, verò dicebāt, homo*  
*albarur*

albatur, homo ambulat: dicere nō audentes, homo est albus, homo est ambulās. Videbatur em̄ eis, quia verbū est subtraherēt: nō multa esse vnū significare, sed vñ simpli-  
citer dicere, quasi vnum aut ens vnice diceretur. ¶ Quod aut id non recte faciant, patet: quia vnū subiecto, ratione multa est: vt Socrates albus & musicus subiecto idē est, ratione vero multa. Est em̄ alia ratio Socratis albi, & eiusdē musici. Et vnū actu, multa potestate. vt continuū est actu vnū: potestate vero, multa. tot em̄ potētia est, in quot diuisi potest. Quo fit, vt vnū & multa nō repugnēt, vt credebant. Nam vnū subiecto & ratione multa, eidē cōueniūt: & vnum actu & multa potentia, eidē. licet vnum & multa eodē modo cōsiderata, vt vnū actu & multa actu, bene repugnēt. Non igit̄ oportuit eos copulas auferre, & alias orationes accidentalīū prädicatorū expressorū negare, ne vnū multa esse cōcederent: cū id, incōueniēs minime sit.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Prima Parmenidis ratio. Quicquid est præter ens: non est ens. quod autē non est ens, nihil est, igitur quicquid est præter ens, nihil est. At ens & vnum conuertuntur: igitur quicquid est præter vnū: nihil est. Est igitur tantū vnū. Si autē est tantū vnū: non habet locū: igitur ipsum est immobile. ¶ Secunda eius ratio. Si illud vnū diuidi potest, illud nō proprie vnū est: nam eius sectio in infinitum abiret. est igitur illud vnum impartibile. ¶ Melissi ratio. Si aliquid est factum, ipsum habet principiū. igitur si non est aliquid factum, ipsum non habet principiū. ens autem non est factum, igitur nō habet principiū. Quod autem nō habet principiū: non habet finem. ipsum igitur est vnum & infinitū, & quod est vnū & infinitū: locū nō habet. ipsum igit̄ immobile est. ¶ Ratio Melissi q̄ ens non sit factum. Quia aut fieret ex ente, aut ex nō ente. non fiet autē ens ex ente, quia ipsum ens esset priusq̄ fieret, neq̄ fiet ex non ente: nam ex nihilo nihil fit. Non est igitur ens factū. ¶ Quod vere est, substantia. ¶ Id habet principiū temporis: cuius aliquod tps sue durationis est principiū. ¶ Et illud principīū magnitudinis, cui⁹ aliqua magnitudo est sue extēionis principiū. ¶ Principiū magnitudinis, principium rei.

Parmenis  
dis ratio.

Melissi ra  
tio.



Rationis  
Parmenidis  
dilu-  
tio.

**T**ertium cap. continet sex conclusiones, & tres rationes ad tertiam. ¶ Prima conclusio. Non est difficile rationes Parmenidis, & Melissi solvere. ¶ Patet. quia statim Sophisticæ apparêt, vitiose enim concludunt, & falsum assumunt. Ratio tamen Melissi deterior est & minus apparet. Attamē vno inconueniente dato, multa cōtingunt. ¶ Secunda. Parmenidis ratio, & vitiose cōcludit, & falsum assumit. Argumētat̃ enim sic. Quicquid est præter ens, nō est ens: quod autem nō est ens, nihil est. igit̃ quicquid est præter ens: nihil est. ¶ Falsum quidē assumit. cū enim ens dicatur multipliciter, ipsum vno modo capit. Si igitur capiat ens pro substātia, falsum est. Esto enim q̃ illud ens substantia non sit esse tamē potest quātitas aut qualitas. Si vero pro accidente, rursus falsum est. Nam quod nō fuerit accidens, substantia esse potest. Et cū vltra dicit ens & vnū cōuertitur: esto. igitur quicquid est præter vnum, nihil est. esto. Cum vero concludit, igitur tantum vnū est: hoc nō oportet. Nam si solū essent alba: simili modo cōcludi non potest, quicquid est præter albū, nihil est. posita enim sunt sola esse alba. igitur tantū vnum albū est: hoc nō oportet. Nam cū assumptum sit verū, cōsequēs est falsum. Et cū vltra argumentatur, est tantum vnum: igitur est immobile. nam nullus erit loc⁹ in quo moueatur. hoc nō oportet: quia ipsum alterabile esse potest, & partes vt aquæ, in toto moueri. ¶ Tertia conclusio. Qui Parmenidē tutari volunt: ens pro substantia solū capere non possunt. ¶ Primo. Quia de illo ente dicitur accidēs, vt album aut nigrum, aut aliquid aliud. Et tamē nihil esset album aut nigrum, nam sola substātia esset. hæc autē accidēs importāt, illud igitur ens, nihil erit. Quod si dicit album quod vere est significare, iam multa erūt. Nam albū, quod vere est, & quod ei accidit, significabit. ¶ Secundo. Quia si illud ens sit substātia: non erit magnitudo, neq; aliorū accidentium vllū. Nam solum erit substantia, & quod vere est, vt homo, animal, bipes. Quod autem vere est: nulli est accidēs. hoc autē impossibile est. ¶ Tertio. Si substātia esset: ipsum esset diffinibile. diffinitio igitur eius diuerlas partes explicabit quæ vere sunt, non enim accidētia explicabit. Nam

accidētia affunt & absunt præter subiecti corruptionē. at neq; diffinitio neq; diffiniō is pars abesse pōt. Vt si diffiniat homo esse aīal gressibile bipes: neq; possibile est hominē nō esse aīal, neq; nō esse gressibile, neq; nō esse bipes dē. Erūt igit multa quę vere sunt, & nō tāū vnū ens: etiā

15 ipsum pro substantia capiēdo. ¶ Quarta cōclusio. Parmenides nō solū ens pro accidēte capere potest. ¶ Nā cū esset accidēs, esset eius subiecta substantia. Impossibile est em̄ accidēs, sine subiecta substantia esse. & cū solū esset accidēs: nō esset subiecta substantia. esset igit eadē subiecta sub-

Solū acci-  
dens esse  
nō posse.

16 substantia & nō esset, quodd est ipossibile. Non igit ens capiet Parmenides solū p accidēte. ¶ Quinta cōclusio. Non res se soluerūt aliqui Parmenidis rationē: illud vnū esse impartibile cōtinuū volētis probare. Argumentabat em̄ sic Parmenides. Si illud vnū diuidi pōt, illud pprie vnū nō erit. nā eius sectio in infinitū abibit. nō est igit illud vnū partibile. ¶ Soluebat Xenocrates, dicens illud esse ex impartibilibus lineis. Et ne cōcederet vnū quodāmodo esse multa (credebat em̄ illa esse repugnātia) dicebat quālibet impartibiliū linearū esse illud vnū: & idē esse magnitudinē & nō magnitudinē, diuisibile & nō diuisibile, in parē errorē Parmenidis relabens. Nā incōueniēs non est (vt dixim⁹) vnū esse quodāmodo multa. vt vnū actu, multa potētia. Incōueniens tñ est, idē esse magnitudinem

Xenocras-  
tes.

17 & nō magnitudinē, partibile & non partibile. ¶ Sexta cōclusio. Ratio Melissi, & vitiose concludit, & falsum assumit. ¶ Argumentat enim hoc pacto. Si aliquid est factū, ipsum habet principium. igitur si non est aliquid factum, ipsum nō habet principiiū. Hic aut vitiose concludit. nam ex destructo antecedente, intendit perimere cōsequēs. Et cum dicit. si aliquid est factū, ipsum habet principiiū: cum principiiū æquiuocum sit, si intelligat ipsum habere principium temporis, hoc non oportet, vt patet in momentaneis. Si autē intelligat ipsum habere principium magnitudinis: neq; hoc oportet. Sunt enim alterationes & impartibilia, quę principium magnitudinis nō habent. Et rursum cū dicit. Si non est aliquid factū, nō habet principium. Si intelligat ipsum nō habere principiiū temporis:

Rationis  
Melissi di-  
lutio.

est. Si vero intelligat ipsum non habere principium magnitudinis: hoc non oportet. Nam & cœlum & sol & astra principium suæ magnitudinis habent. Et cum ultra argumentatur, Quod non habet principium, non habet finem, Si intelligat, quod non habet principium temporis, non habere finem temporis: esto. Si vero intelligat id non habere finem magnitudinis: hoc non oportet, quod tamen intendit, & ex quo sequeretur ipsum esse infinitum. Cum ulterius argumentatur, Quod est infinitum, non habet locum: igitur est immobile. hoc non oportet. Nam nihil prohibet partes in ipso moueri, & ipsum alterari. non enim ut alterabile sit, requiritur locus. Dicebant Melissum sequentes, illud unum, esse unum specie. Sed quomodo homo & equus & quæ adinuicem sunt contraria, eadē specie essent? sane hæc per se ipsa falsa esse deprehendunt.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Segregatio, extractio. ¶ Cōgregatio, cōfusa cōmixtio. Et est cōfusa: cum res amplius non appareat. ¶ Ab his quæ sunt actu: magnitudinis & paruitatis determinatio sumitur.

**Q**uartum cap. continet sex opiniones antiquorum, duas Anaxagoræ rationes, quinque cōclusiones Anaxagoram reprobando, duas rationes ad secundam, & quatuor ad tertiam. ¶ Sex naturaliter loquentium opiniones. ¶ Prima est ponentium ignem omnium materiale principium: & contraria, raritatem & densitatem formalia. ¶ Secunda est ponentium aerem omnium materiale principium: & contraria superabundantiam & defectum esse principia formalia. ¶ Tertia est Anaximandri ponentis unum corpus igne densius, aere vero rarius, omnium rerum esse materiam: & contraria illi infinito corpori inserta esse rerum formas. ¶ Quarta est Platonis, magnam & parvam contraria duo principia rerum naturalium ponentis: & unam formam & efficientem ideam. Et in hoc Plato ab alijs differt, quia alij unam ponunt materiam: Plato autem, plures. Alij contraria ponunt formas, Plato materias. ¶ Quinta est Empedoclis, quatuor elementa rerum omnium materias esse ponentis, & contraria immixta formas, & duo effectiva, litem & amicitiam & res in se inuicem esse cōmixtas, & mundum sæpius generari & sæpius corrumpi. ¶ Sexta

est Anaxagoræ infinitas similes atomos rerū materias. Anaxagoras,  
ponētis: & cōtraria immixta formas, & vnū efficiēs, diuī  
nū intellectu, & omēs res in omībus esse adinuicē cōmix-  
tas & cōfusas, & eas generari per segregationē. Dicit em̄

intellectū diuinum eas segregare: & eas facere apparere  
quę latebāt, & eas corrūpi p cōgregationē, & mundū di-  
cit semper generari, & nunq̄ corrūpi. ¶ Et differt Anaxa-  
goras ab Empedocle. ¶ Primo. Quia Empedocles ponit  
tantū quatuor elemēta rerū materias. Anaxagoras vero,  
infinitas ponit rerū materias. ¶ Secūdo. Empedocles po-  
nit duo effectiua. Anaxagoras autē, vnū. ¶ Tertio. Empe-  
docles ponit mūdū sepius generari & sepius corrūpi.  
Anaxagoras autē ponit mundū semper generari & nunq̄  
corrūpi. In ceteris cōueniūt. ¶ Dux rationes Anaxago-  
ræ. ¶ Prima. Quia videmus ex cōtrarijs cōtraria fieri. At  
impossibile est, cōtrariū in suū contrariū abire. sunt igit̄ cō-  
traria in contrarijs, & oīa in omnibus. ¶ Secūda. Omne  
quod sit, aut sit ex ente, aut ex nō ente: nō aut sit ex non  
ente. Nā ex nihilo nihil sit. Fiet igit̄ ex ente. Et cū videas  
mus ex quolibet fieri: erūt omīa in omnib⁹, & quodlibet  
in quolibet. Hæ sunt dux Anaxagoræ rationes propter  
quas credebat quālibet rē esse in qualibet: & rerū genera-  
tionē nihil aliud esse q̄ rerū à cōfusa cōmixtione, segrega-  
tionē & apparentiā. Et cū interrogabāt. Cū omnia sint in  
omībus: quomodo igitur illa nō vident̄? Respōdebat ea  
nō videri propter nimīā eorū paruitatē. Et cū iterū. Cur  
potius dicendū sit id os, id caro, id sanguis cū omnia sint  
in omībus? Dicebat, qñ plus esset de osse, dicebatur os, &  
quādo superabūdabat caro, dicebāt caro, & qñ sanguis,  
id dicebāt sanguis. nihil tamē est purū aut os, aut caro,

24 aut sanguis, aut aliorū quicq̄. ¶ Prima cōclusio. Incōue-  
niēter Anaxagoras infinita rerū naturalīū assignauit prin-  
cipia. ¶ Patet. Quia tollebat rerū naturalīū scientiā. infini-  
tum enim & magnitudine & multitudine q̄tū sit, notū  
esse nō potest. si igitur rerū naturalīū infinita essent princi-  
pia, ipsæ essent ignote. nā composita cognoscimus, quan-  
do ex quibus & quot cōposita sint, cognoscimus, nō igit̄  
cōuenienter Anaxagoras rerū naturalīū infinita assigna-



Res natu uit principia. ¶ Secūda cōclusio. Nō oīa cōmixta sunt in 25  
 rales de oīb<sup>9</sup>. ¶ Primo quia impossibile est, aīal aut plantā sub q̄  
 terminas tulaciūq; esse magnitudine, aut sub q̄tulacūq; paruitate:  
 tē sūt q̄pti sed determinatē sunt q̄titatis. Et toti<sup>9</sup> magnitudo ex par  
 tatis, tū magnitudine resultat, voco em partes, quē à seinuicē  
 & à toto separari possunt. Impossibile est igit, oīa in oīb<sup>9</sup>  
 esse cōmixta. quō em & homo ī milio, & equ<sup>9</sup> & plāta: &  
 quē & q̄pta ei<sup>9</sup> caro esse possit infinitis alijs reb<sup>9</sup> distracta:  
 & q̄ os, & q̄ nerui, & qui arboris fruct<sup>9</sup>: ¶ Sec<sup>do</sup>. Si ex  
 finita aqua, determinatē q̄titatis carnē segreges, & iterū  
 tāta: hoc toties facere poteris vt tādē nihil carnis residuū  
 sit. Nā oē finitū, p determinatē q̄titatis ablationē tandem  
 cōsumit. quo factō, relinquit nō oīa mixta esse in oīb<sup>9</sup>.  
 ¶ Tertiā. Nō quodlibet segregabile est à quolibet. ¶ Pri<sup>mo</sup> 26  
 mo. q̄a caro magnitudine & paruitate determinata est. q̄  
 uis em carnis in eo q̄ corp<sup>9</sup> est infinitā sectionē itelligas:  
 in eo tū q̄ caro, esse nō potest, sed tandē ex sectione desī  
 neret esse caro, ex minima igit nō est carne segregabile ali  
 quod corpus. nā cū oīe corpus ex corporis subtrahtiōe  
 fiat min<sup>9</sup>, esset caro minima carne minor, q̄ est impossibi  
 le. nō igit quodlibet à quolibet est segregabile. ¶ Secun  
 do. Quia si quodlibet semper esset à quolibet segregabi  
 le: in aliquo finito esset infinita caro, & infinitū os. nā per  
 subtractionē determinatē carnis nūq̄ cōsumeretur, neq;  
 os: imō & quodlibet q̄tulūcūq; paruū esset, cōtineret infi  
 nita. At ipossibile est īfinitū finito cōtineri. igit nō quod  
 libet segregabile est à quolibet. ¶ Tertiō. Quia accidentia  
 habitus & colores à substantia subiecta nō sunt segregabi  
 lia. nō igit quodlibet à quolibet est segregabile. ponit em  
 Anaxagoras, & substantias & accidentia simul mixta.  
 ¶ Quarto. Quia incōueniēs est, Anaxagorā dicere sapiē  
 tissimā mentē conari oīa segregare, et quia infinita sint nō  
 posse: & id eā latere, nō aut latere Anaxagorā, non igitur  
 quodlibet esse in quolibet, & quodlibet semper esse segre  
 gabile à quolibet: cōtra sapiētissimā dei prouidentia atter  
 stari debet Anaxagoras. ¶ Quarta. Nō oīe quod fit, ex 27  
 specie similarib<sup>9</sup> fit partibus, vt vult Anaxagoras. ¶ Nā  
 lutū non fit ex lutulis: sed terra & aqua. & lateres non ex

lateribus, sed luto, & domus nō ex domib⁹, sed lateribus  
& lignis, & aēr ex aqua, & aqua ex aère, vt saepius vides  
28 mus. ¶ Quinta. Minus errauit Empedocles finita ponens  
rerū naturalium principia, ipso Anaxagora. ¶ Nam rerum  
naturalium posse esse scientiam, non auferebat: neq; ple-  
raq; eū incōmoda sequūtur, quæ sequuntur Anaxagorā.

# QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Prima, quibus non sunt intrinseca priora principia.  
¶ Aliqua fieri ex alterutris: est vnū ex altero sua quidem  
substantia fieri. ¶ Substantia, essentia.

29 **Q** Vintū cap. cōtinet vnā conclusionē & duas ra-  
tiones ad eā. ¶ Cōclusio. Rerū naturalium princi-  
pia sunt cōtraria. ¶ Primo. Quia cōcorditer di-  
xerunt hoc oēs Physici. Qui eū tantū vnū pos-  
uerunt, vt Parmenides & Melissus, calidum & frigidum  
(quæ ignē & terrā vocabāt) principia posuerūt. Qui plus  
ra & finita, vt Plato & Empedocles: magnū & paruum,  
par & impar, cōgregationē & segregationē, litē & amicitia-  
m, raritatē & densitatē. Qui infinita dixerunt rerū natu-  
ralium esse principia, vt Democritus: plenū & vacuū (quorū  
ipse alterū vt ens, alterū vt nō ens esse dixit) sitū, ordinē &  
figurā. quæ ponebat habere cōtraria, vt sitū sursum, situm  
deorsum, situm anteriore & posteriore, sitū dextrū & sinis-  
trū, figurā rectilineā, figurā circularē. Et hoc oēs antiqui di-  
xerunt: nō tā ratione q̄ veritate coacti. ¶ Differūt tñ. quia  
quidā posuerūt posteriora & particularia, vt calidū & fri-  
gidū cōtraria principia, sensum sequētes. Alij vero priora  
& vniuersalia: vt magnū parū, par impar, cōgregationē  
segregationē, litē amicitia, raritatē & densitatē, sequētes ra-  
tionē. Nam singulare, secūdū sensum notū est: vniuersale  
autē, secūdū rationē. Est eū sensus, particulariū: ratio autē,  
30 vniuersaliū. ¶ Secūdo. Quia ea rerū naturalium assignanda Principio  
sunt principia: quæ nō fiunt ex alijs neq; ex alterutris, sed rum diffi-  
oia alia fiunt ex ipsis. Prima aut cōtraria nō fiunt ex alijs, nitio.  
neq; ex alterutris: sed oia alia fiūt ex ipsis. Nam cū sint pri-  
ma: nō fiūt ex alijs, & cū sint cōtraria: nō fiūt ex alterutris.  
¶ Nam contrariū in sui cōtrarij substantiam nunq̄ transire Oēm rem  
potest. Qudd autem omnia fiant ex contrarijs patet; quia naturale

fieri ex cō res naturales omnes per generationē sūt: quæ est de cōtrarijs.

trario in cōtrariū. Nam nō quodlibet agere in quodlibet, neq; quodlibet pati à quolibet natū est: sed determinatū à determinato, & cōtrarium à cōtrario, vt album non fit ex quodlibet: nō em̄ fit ex musico nisi secūdum accidens, sed fit ex nigro aut colorato medio. & musicū non ex quolibet nō musico, sed ex immusico. & domus ordinatio nō fit ex qualibet inordinatiōe, sed ex inordinatione domus. Similiter albū nō corrumpitur in quodlibet, sed in nigrū aut mediū. neq; musicū corrumpitur in quodlibet, sed in immusicum. & domus ordinatio nō corrūpitur in quodlibet, sed in domus inordinatiōe. ¶ Attamē ex quib; cōtrarijs res fiant, & in quæ cōtraria corrūpant, nos plerūq; latet. quia huiusmodi dispositionibus cōtrarijs non sunt noīa imposita, generalia tamē apte dici possunt, cōuenientia, incōuenientia, ordinatio, inordinatio: at specialia non sunt vsitata, sed ea ex cōmunibus circūloqui poterimus. Nam oē cōueniens, ex incōueniente fit, & in incōueniēs corrūpitur, vt cōuenientia statux, ex incōuenientia fit nō qualibet, sed ex statux incōuenientia. & corrumpitur, nō in quālibet incōuenientiam, sed in statux inconuenientia. Et ita in cæteris est dicendum, vbi nomina desunt.

#### SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Genus, gen; trāsmutatiōis. ¶ Cōtrarietas, duo adinuicem cōtraria. ¶ Generis substantiæ cōtraria, trāsmutatiōnis substantialis cōtraria. ¶ Trāsmutatiōnes substantiales, generatio, corruptio. ¶ Cōtraria priora, substantia. ¶ Posteriora, accidentalia. ¶ Per se, nō in alio. ¶ In, utroq; qnti modo. ¶ Primę instātiæ solutio. Cōtrarior; principior; subiectum est principiū subiectiuū, nō essentiale & cōstitutiuū.

**S**extum cap. cōtinet quatuor cōclusiones. quatuor rationes ad secundā, duas instātiās ad tertiam, duas rationes ad quartā. ¶ Prima cōclusio. Nō tantū est vnū rerū naturalium principiū. ¶ Patet. Quia rerū naturalium principia sunt contraria, ipsa autem contraria non sunt vnū, igitur nō tantū vnum est rerū naturalium principium, nam nihil sibi ipsi cōtrarium est. ¶ Secūda conclusio. Non sunt rerū naturalium infinita cōtraria principia,

¶ Primo. Quia rerū naturalium tolleretur scientia. ¶ Secundo. Quia in vnoquoque genere est vna prima contrarietas, contrarietas autē duobus extremis clauditur. Igitur in vnoquoque genere contraria sunt finita. Rerū autē naturalium contraria principia, vnius sunt generis, est enim substantia, genus quoddam, igitur ipsa sunt finita. ¶ Tertio. Melius ex finitis principiis rerū naturalium generationes, corruptiones, & ceteras transmutationes saluamus, quā ex infinitis: vt Empedocles melius ipsa saluabat, ipso Anagora, igitur potius ponenda sunt finita quā infinita. ¶ Quarto. Contrariorum quaedam sunt priora & quaedam posteriora, igitur non sunt infinita. Nam in infinitis, neque priora, neque posteriora inueniuntur. ¶ Tertia conclusio. Præter duo contraria principia, ponendum est tertium principium, eorum subiectum. Nam sicut contrarium, suum contrarium non efficit, vt caliditas non efficit frigiditatem, neque lris amicitiam, neque raritas densitatem: ita idem constituere nequeunt, & nulla contraria per se subsistunt: vt caliditas & frigiditas, raritas & densitas, & ita de singulis, est igitur ponendum tertium principium, quod modo cum vno vnā rem constituat naturalem, & modo cum altero alterā, & quod eorum contrariorum vicissim sit subiectum.

¶ Prima instātia. Si principia contraria essent in subiecto, Obiectio principiorum esset principium. Nam subiectum, prius & prima principium esse videtur eorum quæ in ipso sunt, hoc autem incōueniens videtur.

¶ Secūda. Substantiæ nihil est contrarium, igitur rerū naturalium (quæ substantiæ sunt) principia Obiectio secunda. non sunt contraria.

¶ Responsio. Si ratio probas rerū naturalium principia esse contraria, vera est illa contraria esse substantias oportet, alioqui res naturales non constituerent. Nam ex non substantiis, non fit substantia: neque quod prius est non substantia, postea vnquam est substantia. Et illorum contrariorum est aliud principium subiectiuum, quod vicissim eis subiectum est, & cum ipsis res constituit naturales. Et antiqui ferè omnes vnā communē substantiā posuerunt cum contrariis, ex quibus omnia fieret, quidā eā posuerunt ignem, alij aërem, alij aquā, alij substantiā mediā. Contraria vero quidā calidum & frigidum, alij magnū & parū, alij congregationem, segregationem, litē, amicitiam, raritatem & densitatem; & duo posuerunt



agētia & vnū patiens. Plato autē posuit duo patientia, māgnū & parū, & ideā vnū principiū agēs. ¶ Et vetustissima fuit opinio rerū naturalīū tria esse principia, subiectū, superabundantiā, & defectū. ¶ Quarta cōclusio. Trāsmutat<sup>33</sup>ionis rei naturalis tria principia sufficiūt. Prius. Quia vnū subiectū sufficit ad patiēdū: & duo cōtraria, ad agēdū. Si em̄ duo fuerint subiecta, duę erunt cōtrarietates (cuiuslibet em̄ subiecti, trāsmutationis est vna cōtrarietas) & sic diuerse generabunt res naturales. Si autē sint duę cōtrarietates & subiectū vnū, cū vnū cōtrariū sufficiat suū corrūpere cōtrariū et rei naturalis facere trāsmutationē (nā quicqd habet cōtrariū, ab eo corrūpi natū est) altera cōtrarietas erit ociosa. Nō autē ponēda est pluralitas ociosa. Sufficiūt igit trāsmutatōis rei naturalis tria principia. ¶ Secūdo. Vniuscuiusq; generis est vna cōtrarietas, quę cū subiecto trāsmutatōis est sufficiens. Substantia autē quoddā genus est. igit substantia est vna cōtrarietas, quę cū subiecto trāsmutatōis substantialis est sufficiens. Trāsmutationis igit rei naturalis (est em̄ ea, substantialis trāsmutatio) tria sufficiūt principia, duo scilicet cōtraria, & subiectū vnū. ¶ Et differūt illa secūdū prius & posterius: & nō genere. Nam subiectum cōtrarijs prius est: & vnum cōtrariorum prius inest, & alterum posterius, & oēs alie cōtrarietates in hac primam & substantialem reduci videntur cōtrarietatem.

Quo prin  
cipia diffe  
rūt ab in  
uicē tpe.

#### SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Modus exprimēdi est simplex, quādo extrema sunt in cōplexa. ¶ Cōpositus, quādo alterū cōplexū est. ¶ Priuatio primo, est formę in subiecto nato carentia. ¶ Est autē carētia formę in subiecto nato, subiectū forma (quam natum est habere) carēs. ¶ Secūdo, est forma, quę (adueniente altera) materia priua. ¶ Vnum numero, vnum essentia. ¶ Sub alteratiōe, generatio, corruptio, & alij mo<sup>9</sup> cōprehenduntur. ¶ Dignitas. Quę eadē ratione dicūtur: si vnū conuenit, & alterū conuenire necesse est. ¶ Principia per se, sunt quę remanentia, rei naturalis constituunt essentia. ¶ Principia per accidēs, sunt principia quę vt fiat res naturalis requirūtur, factę tamē cōstituunt essentiam. ¶ Res naturalis, hoc aliquid, totū, cōpositū, cōpletū, ens in actū,

- Septimum cap. cōtinet duas diuisiones. quatuor conclusiones. duas rationes ad primam partem primæ. vnum corollarium, & instantiam ad tertiam, & vñ corollarium ad quartam. ¶ Prima diuissio. Duobus modis aliquid fieri exprimimus. ¶ Primo, simplici. vt homo fit musicus: ex immusico fit musicus. Secūdo, cōposito. vt immusicus homo fit musicus: ex homine immusico fit musicus. ¶ Secūda diuissio. Duob⁹ modis aliquid fieri modo simplici exprimimus. ¶ Primo, in recto. vt homo fit musicus. Secundo, in obliquo. vt ex immusico fit musicus. Nā cū aliquid fieri exprimimus nomine permanentis materix & formæ: vt plurimū recto vtimur. vt homo fit musicus. Nō tamē id semper oportet. Nā dicimus ex ære fit statua. & ex lignis fit domus: & nō, æs fit statua, & ligna fiunt domus. Cum vero nomine non permanentis materix, habitu & priuatione, aut nominibus contrarijs transmutationē exprimimus: obliquo vtimur. vt ex femine fit equus, & ex immusico fit musicus, & ex nigro fit albus. Et de modo exprimendi composito ita dicēdum est. Et hoc vniuersaliter de transmutatione intelligimus. Nā natura communia prius determinanda sunt: deinde circa propria speculandū est. ¶ Prima conclusio. In omni transmutatione aliquid subijcitur, quod vnum numero est, ratione vero duo. ¶ Prima pars patet. ¶ Primo. quia omne quod fit: aut fit simpliciter, aut nō simpliciter. fit enim aliquid simpliciter, cū acquiritur substantia. nō simpliciter vero, cum acquiritur accidens. Sed cum aliquid fit simpliciter, aliquid subijcitur. nā formæ quæ acquiritur, subiecta est materia. subijcitur em̄ vicissim formis cōtrarijs. Et etiā cum fit nō simpliciter, aliquid subijcitur. Nam nō erit accidens quod acquiritur sine subiecto. igitur omni transmutationi aliquid subijcitur. ¶ Secundo existimant omnia fieri transfiguratione, appositione, subtractione, compositione, aut alteratione. Transfiguratione quidem, vt cum ex fuso ære fit statua. Appositione, vt cum quid augetur. Subtractione, vt cum quid diminuitur, aut cum ex lapide sculpiri Mercurius aut Apollo. Compositione, vt cum ex lapidibus, lignis & lateribus cōgestis fit domus.

Alteratione, vt cū aliquid fit album. Sed in omnibus his subijcitur materia ex qua fiūt. vt æs trāsfignationi statuę, corpus augmētationi aut diminutioni, lapis inſcriptioni Mercurij, lapides, ligna, & lateres cōſtructioni domus, & ſubiectū ſuū alterationi. igitur in omni trāſmutatione aliquid ſubijciť. ¶ Secūda pars, quod trāſmutationis ſubiectū vnū ſit numero, ratione vero duo, patet. Quodd vero ſit vnū numero, ſuperius dictū eſt, alias nō fieret vnū. Sed quodd rōne duo, patet: quia in omni trāſmutatione ſubiectū, forma (quā natū eſt habere) caret, & quā quidē facta trāſmutatione habet, eſt igit idē, & ſubiectū & priuatio. At alia eſt ratio ſubiecti & priuationis, ſicut alia eſt ratio hominis & immuſici. Nā factis trāſmutationibus quod ſubijcitur, dicĩť ſubiectū: non aut formæ (cuius prius) dicĩtur amplius priuatio. & homo ſemper dicĩť homo, non aut immuſicus: igitur quod ſubijcitur, vnū numero eſt & ratione duo, ſubiectum & priuatio. ¶ Secūda conſuſio. Subiectū & forma, rerū naturalium per ſe ſunt principia. ¶ Patet. quia illa p ſe reę naturalium ſunt principia, quę intrinſecē eas conſtituūt, & earū ſubſtantiā cōplet & perficiūt. quālibet autē rē naturalē ſubiectū & forma intrinſecē cōſtituūt, & eius ſubſtantiā cōplent & perficiūt. ſunt igit ſubiectū & forma, rerū naturalium per ſe principia. ¶ Tertia cōcluſio. Priuatio & cōtrariorū alterū, principia ſunt per accidēs. ¶ Patet. quia rei naturalis nō cōplent & perficiūt eſſentiā. nā facta re naturali, ei⁹ priuatio & cōtrariorū alterū nō manēt. igit principia ſunt p accidēs. ¶ Corollariū. Vnde fit, vt rerū naturalium principia ſint vt duo, ſint vt tria, ſint vt cōtraria. Nā duo ſunt p ſe, ſubiectū & forma. tria vero, ſubiecta natura & duo contraria. eſſe vero cōtraria, prius oſteſum eſt. ¶ Inſtātia. Si rerū naturalium ſint principia cōtraria, ea adinuicē nō agere aut pati impoſſibile eſt. nō poterit igit cōſiſtere res naturalis. ¶ Rñdet, in re naturali illa cōtraria non manere, ſed vnū cū ſubiecto. Sufficit em cōtrariorū alterū, ſua preſentia & alterius abſentia cū ſubiecta materia, rē cōſtituere naturalē. ¶ Quarta. Materia ſecundū proportionē & analogiā cognoscibilis eſt. ¶ Nā ſicut æs ſe habet ad ſtatūā, & lignū ad lectū,

41 & vnūquodq; taliū formā habētū: ita materia ad rē natus  
 ralē & hoc aliqd. ¶ Cor. Illiū. Vñ materia vnū est, nō vt  
 forma, neq; vt hoc aliqd. nā forma, vnū est vt act⁹: hoc  
 aliqd, vnū est vt torū. Materia vero, vnū est vt subiectū.  
 Dicere autē quomodo materia & forma & hoc aliqd  
 substantiæ sint, nō ampli⁹. Phisici est, sed Philosophi primi.

# OCTAVI CAPITIS ANNOT.

¶ Ratio quam subiungebāt ad probandū nō esse multa  
 entia. Si multa essent entia, ipsa inter se essent diuersa. &  
 si essent inter se diuersa, essent diuersa ab entibus. quæ au  
 tem sunt diuersa ab entibus, esse non possunt. igitur non  
 sunt multa. ¶ Fit aliquid ex aliquo per se, quando ipsum,  
 factam constituens, in eo remanet. ¶ Per accidens vero,  
 cum non manet in facto. ¶ Priuatio secundo. ¶ Per se  
 non ens, quod hoc aliqd non est, aut ipsum consti  
 tuendo remanens. ¶ Ens in potentia, potentia, materia.  
 ¶ Non ens simpliciter, quod nullo modo est ens.

Philoso  
 phus pri  
 mus, Me  
 taphys  
 cus.

42 **O**ctauum cap. continet vnā cōclusionem, & duas  
 dubitationis dilutiones. ¶ Cōclusio. Soluēda est  
 ratio dicentium nihil posse fieri, neq; corrumpi.

¶ Qui ita argumentabatur. Si fiat aliquid, aut fiet  
 ex ente. & hoc nō, quia iam est. esset enim prius quā fieret.  
 aut ex nō ente: hoc autē nō. Quia ex nihilo nihil fit. non  
 potest igitur aliqd fieri. Et hi statim credebāt nō esse multa  
 entia, & ex disputādi imperitia, lōge à veritate in quandā  
 aliam viam digressi sunt. hæc itaq; indissoluta ratio, posset  
 nos à veritatis perceptione distrahere. ¶ Prima dubitatio

43 nis dilutio. Ex ente aut non ente pōt intelligi dupliciter  
 aliquid fieri. Primo per se. Secūdo per accidēs. sicut dicim⁹  
 medicū medicationis causam esse per se, & ædificationis  
 per accidēs. medicus enim in eo quodd medicus medetur:  
 per accidēs autē ædificat, nā accidit medicū habere ædifi  
 candi habitū. Nos itaq; dicimus, ex ente hoc aliqd, per  
 se nō fieri aliquid (aliās redit opinio Anaxagoræ) sed per  
 accidēs, vt ex quodā animali per se nō fit canis aut aliud,  
 sed per accidēs. Ita ex non ente, vt priuatione (quæ non  
 est ens per se) non fit per se aliquid, sed per accidēs.

Duplici  
 ter quip  
 piā fit ex  
 altero.

44 ¶ Secunda dilutio. Ens dicitur multipliciter. Primo, ens



in actu. Secūdo, ens in potētia. Ex ente in actu, per se nō  
 Quomodo fit aliquid: sed ex ente in potētia, per se probē fit aliquid.  
 do ex ente. Similiter nō ens dicitur multipliciter. Primo, non ens in  
 te aut nō actu. Secūdo, non ens in potētia. Ex nō ente in actu, per  
 ente fit ali se probē fit aliquid. nā ex materia per se fit aliquid. Ex nō  
 quid. ente aut in potētia, per accidēs: nam ex cōposito. Ex non  
 ente tamē simpliciter nihil fit, neq; per se, neq; per accidēs.  
 Ex his dictionibus (ob quā coacti sunt generationem &  
 corruptionē negare) omnem soluimus ambiguitatem.

### NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Potentia, materia. ¶ Diuersa, multa. ¶ Substantia, res  
 naturalis. ¶ Appetere, ad absens inclinari, instigui, ordi  
 nari. ¶ Desyderiū, appetitus, inclinatio, instinctus. ¶ Ge  
 nerari, vt terminus. ¶ Corrupti, vt terminus.

**N**onum cap. continet quinque conclusiones. ¶ Pri  
 ma cōclusio. Nō rectē defendunt aliqui, aliquid 45  
 fieri simpliciter, Parmenidem approbātes. ¶ Nā  
 cum ipsi approbent illud Parmenidis, quicquid  
 est prāter ens, nihil est, & ens completum intelligant (nā  
 illud ens non cognoscunt) & credāt, quod nō sit hoc mō  
 do ens, nihil omnino esse, ex quo quidē ente nihil credūt  
 simpliciter fieri. Restat sanē vt dicant ex omnino non en  
 te aliquid fieri, & materiam ponant omnino nō esse ens.  
 Id autem rectē defendi non potest. ¶ Secunda. Nō item 46  
 rectē existimant, qudd si potētia vna est numero, omnino  
 non sit diuersa. ¶ Nam diximus, idem esse numero potē  
 tiam & priuationem: illa tamē late inter se differre. Nam  
 potētia, rei naturalis principium est per se: priuatio vero,  
 per accidēs. Est enim materia, vt per se ens, & propē sub  
 stantia: priuatio vero, non. Nam rei naturali sua potentia  
 & priua semper adest: eius vero priuatio nunq̄ adest. ¶ Tertia. Nō 47  
 tionis dif est nostrae trinitati eadē Platonis principiorum trinitas.  
 ferentia. ¶ Nam Plato, magnū, parū, & ideam, tria posuit rerū  
 naturalium principia: & magnū & parū, nomina mate  
 rix ponebat, & non priuationis. Qudd si eandē materiā  
 intelligebat, erat solū nominū trinitas, sin vero diuersas,  
 trinitatē sine priuatione ponebat. Priuationē enim despe  
 xit, quā despicieda non est, nam tametī res naturalis ex

sua materia sicut oim matre, suaq; forma subsistat: priua-  
tio tñ vt ad maleficiũ, plerũq; cõteplãtib⁹ occurrit. Nā ab tione resq;  
ea p̃ficiunt rerũ interit⁹. ¶ Quarta. Materia, rerũ formas corruptis  
48 appetit. ¶ Patet. Nā est bonũ quoddã diuinum, optimũ, onẽ pro  
summe appetibile, summa abstracta forma: a qua oēs rerũ uenire,  
formæ p̃ficiuntur. Huic autẽ diuino bono optimo, vna  
quæq; res quãtũ p̃õit, quãsimillima fieri natura appetit, &  
ei ad hoc summa illa puidẽtia naturale ididit desyderiũ. Omnia ad  
At materia formas à bono optimo oim absoluta forma sumi bo-  
manãtes recipiẽdo, illi (quantũ cõcedit) bono optimo fit ni assumũ  
quãsimillima, appetit igit, materia rerum formas. Appetit lationem  
enim materia rerũ formas, vt foemina marẽ, & turpe hunc cõtẽdere,  
stũ, nō qdẽ qd p se turpis sit, sed p accidẽs & pfectiõis carẽ  
tiã. Et forma se ipam nō appetit: qd nihil seipso eget. Neq;  
formã cõtrariã appetit, qd nihil sui ipsi⁹ appetit corruptio-  
nẽ, ea ṽo à suo cõtrario corrupit. Neq; materiã qd prius p̃  
49 sit in materia, nō est. ¶ Quinta. Materia, p se, neq; generat:  
neq; corrupitur: generatur autẽ & corrupitur per accidẽs.  
¶ Primũ patet. Quia quodcũq; p se generat aut corrupit,  
ei subijci aliqd oportet, quod autẽ ei subijcit, materia est.  
Vocamus em̃ materiã, subiectũ vnicuiq; primũ, ex quo fit Diffinitio  
aliqd, cũ inlit nō secũdũ accidẽs, quod si corrupat, in hoc materiæ,  
abibit vltimũ. Igit si p se generaret, esset anteq; generaretur.  
& si corrumperet, corrupta esset anteq; corrumperetur, est  
igit p se ingenerata atq; incorruptibilis. ¶ Secũdũ, qd p acci-  
dẽs, patet. Quia dicitur generari aut corrumpi, ad corruptio-  
nẽ eius quod in ipsa est, hoc autẽ, est p alterũ & p accidẽs.  
igitur. Vtũ vero formæ multiplices sint, an vna sit à qua  
formæ prodeũt omnes, primi philosophi est, & in illud tẽ-  
pus id quædũ differat. De formis au Physicis & cor-  
ruptibilis, in his libris intẽdimus, & primũ quot naturæ,  
& quæ, & quot numero rerũ causæ, determinandum est.

¶ Paraphraseos in primũ Physicorũ Finis.

## PRIMI CAPITIS PARAPHRASIS

seos in secundum Physicorum Annot.

¶ Ens habens naturam, ens naturale. ¶ Secũdũ se, quæ  
conuenire nata sunt. ¶ Accidunt, accidentia sunt. ¶ Pro-  
pter, per. ¶ Priuatio, priuatio secundo.



Secundus liber Physicorū cōtinet no-  
 uem cap. Primū cōtinet vnā diuīsiō-  
 nem, vnā differentiā, tres diffinitio-  
 nes, tres cōclusiones, quatuor ratio-  
 nes ad tertiā. ¶ Diuīsiō. Eorum quæ  
 sunt: quædā sunt à natura, quædam  
 vero p̄ alias causas. A natura sunt ele-  
 mēta, ignis, aer, aqua, terra, animalia,  
 animalīū partes, plātæ, & similia. Per alias causas, domus,  
 lectus, indumentū per artē scilicet, thesauri inuētio per for-  
 tunam. ¶ Differentia. Differēt ea quæ sunt à natura ab alijs. 2  
 quia ea quæ sunt à natura habēt à sua forma principiū sui  
 motus & quietis, augmētationis, & diminuationis, altera-  
 tionis, & secūdum locū mutationis. Ea vero quæ sunt per  
 alias causas, vt per artē, domus, lectus, indumentum: à  
 forma artis nō habent principiū sui motus & quietis, sed  
 secūdū quodd ip̄sa lapidea, lignea, aut terrea sunt. ¶ Prima 3  
 Formæ diffinitio. Ex his naturę diffinitio nota esse potest, quæ est.  
 Natura est principiū & causa motus & quietis ei⁹ in quo  
 est primū, per se, & nō secūdum accidens. Non secūdum  
 accidēs dico. Nam medicus xger in se habet suæ sanatio-  
 nis principiū, medicinā scilicet, nō tamen est natura. Nam  
 nō est in eo primū & per se, sed secūdum accidens. accidit  
 enim ip̄sum esse medicū & sanari. quapropter & separant̄  
 aliquādo ab inuicē. Similiter domus, lectus, & alia arte fa-  
 cta: artificiales formas in se habēt, quæ nō sunt causæ, quæ  
 primū & per se insunt, sed secūdum accidens, quapropter  
 Res natu hæc dici nequeunt naturæ. ¶ Secūda. Ens habēs naturā, 4  
 ralis. est substantia ex naturis cōstans. Est em̄ naturarū vna semp  
 Secūdum subiectū, altera vero semper in subiecto. ¶ Tertia. Secūdū 5  
 naturam. naturā sunt hæc, & quæ secūdū se his accidunt, vt ignis mo-  
 tus sursum, neq; natura est, neq; naturā habet, sed secūdū  
 Naturam naturā est. Secūdū naturā, & à natura idē. ¶ Prima cōclu 6  
 esse, ī phy sio. Ridiculum est conari demonstrare naturā esse. ¶ Patet,  
 sica sup. Quia ridiculū est conari manifesta p̄ immanifesta nota fa-  
 ponendū cere. & nō potētis indicare qd ppter se notū, & qd ppter  
 esse, & pri alterū notū esse debeat, qui autē conabit̄ demonstrare na-  
 cipium. turā esse, hæc ei accidet. Nā q ea quæ per se manifesta sunt  
 non intelo



nō intelligens, syllogismū quæret: accidēt ei quæ cæco na-  
to de colorib⁹ syllogizāti accidūt, meras voces audire, &  
nihil de reb⁹ ipsis intelligere. Non igit̃ demonstrādū est, na-  
turā esse, sed vt per se notū capiendū est. ¶ Secūda cōclusio.  
Prima vnicuiq; subiecta materia, habentium in seipsis  
motus principiū: natura est. ¶ Patet. Nam antiqui solū id  
credebāt esse naturā, qđ facta trāsmutatione & facta cor-  
ruptione, semp manet. vt Antiphon, quia putrescēte lecto  
(si vim germinādi accepisset) remanebat lignū, & nō res  
manebat lect⁹: ideo lignū dicebat naturā lecti, & nō eius  
formā. Et q̄ crediderūt oīm materiā esse ignē q̄ factis iesset,  
& q̄ idē corruptis remaneret: solū ignē vocabāt naturā. Et  
qui aērē: aērē. Et qui aquā: aquā. Et qui terrā: terrā. Et q̄ plu-  
res posuerūt materias: plures posuerūt naturas. Et eā solā  
credebāt perpetuā & ortus & interitus immunē. Cætera  
aut vocabāt qualitates, habitus, dispositiones, passionēs:  
quas credebant infinities fieri & infinities corrumpi. Sed  
quodd̄ vere facta trāsmutatione & facta corruptione semp  
manet, est priā vnicuiq; subiecta materia, habētū ī seipsis  
motus principiū. igitur ipsa est natura. ¶ Tertia cōclusio.  
Forma rerū naturalū, etiā natura est. ¶ Primo. Quia sicut  
se habet forma artis ad artificiale: ita & ipsa forma ad ens  
à natura. Sicut em̄ lignū, prius qđ artis formā recipiat, non  
lectus actu est, sed sola potētia: habita vero forma, actu si-  
mul lectus est & res artificialis: ita prius qđ materia formā  
ossis aut carnis accipiat, nō actu est os aut caro, sed solum  
potētia. sed simul atq; forma ossis aut carnis est; ipsum os  
aut caro est. At à forma artis, res denominatur artificialis.  
igit̃ & à sua forma, denominabit̃ ens à natura. est igitur  
ipsa forma, natura. ¶ Secundo. quodd̄ ex materia & forma Rē natū  
existit, vt elementū, animal, planta: nō natura sed à natura rale à for-  
esse dicūt, sed magis à forma qđ à materia esse vidēt. nam ma potis  
simul cū forma & est, & suū nomē recipit: neq; prius. tunc simū exis-  
em̄ sunt singula & esse dicunt̄, cū actu ipso sunt. Est igit̃ stere.  
forma, illius (cui⁹ est) natura: & ven⁹ qđē natura, qđ mate-  
ria ipsa. ¶ Tercio. Antiphon dicebat lignū esse naturā: qđ prācipuā  
putrescēs regerminaret lignū: & nō formā artis esse naturā, vim agen-  
qđ nō regerminaret lectū. Sed lignū potius à forma regem dīpēdere.



minat lignū, q̄ a materia. vt homo a forma generat homi-  
nem: & bos, bouē. igitur forma est natura: imō & magis  
Forma ar ipsa materia. ¶ Quarto, Formā artis nō ponimus naturā:  
tis natura quia non sit principiū motus & quietis. At eorū quę sunt  
non est. a natura: forma est principiū motus & quietis, generatio-  
nis, corruptiōis & reliquarū mutationū. Et vnaquęq; res  
quę sit, nomē sumit ab eo quo pergit: & non ab eo vnde  
venit. vt a fabro dicitur fieri scānum, nō lignū, & cū aqua  
vertit̄ in aērē, dicitur fieri aēr: nō aqua. & denominat̄ ens  
a natura, non sicut medicatio a medico: sed sicut sanatio  
quę est ad sanitatē. Est igit̄ forma, eius (cui⁹ est) natura: &  
poti⁹ natura ipsa materia. Et q̄a forma dicit̄ quodā mō, &  
de forma principio p se & de ei⁹ priuatiō: (nā ei⁹ priuatio  
& cōtrariā quodāmodo spēs est) ideo natura etiā quodā  
modo dicit̄ de priuatione. Sed quō circa generationē erit  
forma, & eius cōtraria priuatio: postea determinandū est.

## SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Mathematic⁹: q̄ quadriuiū cōsecut⁹ est. Quadriuiū: Musi-  
ca, Arithmetica, Geometria, Astronomia. ¶ Lōgitudines,  
plana, solida, lineę, sup̄ficies, corpa. ¶ Magnitudines, figu-  
ras & sūta, cogitatiōe & intellectu a re naturalī, materia &  
motu abstrahere: est ea, rē naturalē, materiā & motū nō cō-  
syderādo cōsyderare, curāq; an rei sint naturalis, an sint in  
subiecta materia, an cū motu sint necne, relinq̄re. ¶ Ab-  
strahere, abiūgere, separe. ¶ Architectonica, ars p̄cipalis,  
Ecū dū cap. cōtinet duas cōueniētiās, tres differētiās,  
vnā quēstionē, vnā conclusionē. & qnq; rationes ad  
illā. ¶ Dux cōueniētiarū. ¶ Primo cōueniūt Physicus  
& Mathematic⁹: q̄a vterq; pūcta, lōgitudines, plana  
& solida cōsyderāt. ¶ Secūdo cōueniūt Physic⁹ & Mathe-  
matic⁹ vt Astrologus, q̄ p̄p̄ ad Physicā accedere videt̄.  
quia Astrologus de ijs quę mouent̄ cōsyderat: & de ma-  
gnitudine & figura, vt q̄ terra, coelū, sol, mūdus, spherica  
sint, quę cōsyderat & Physic⁹. ¶ Tres differētiarū. Differūt  
primo. quia Physicus & Mathematicus, hęc eodē modo  
nō cōsyderāt. Nā Physicus magnitudines & figuras cōsy-  
derat vt termini sunt rei naturalis, & cōiūcta materię: &  
intētiō eius est oia ad motū referre, Mathematicus autem

ea à re naturali, materia & motu, cogitatione & intellectu  
 abstrahit. ¶ Neq; idcirco arbitrandū est, abstrahentiū esse Quomō  
 mediū. Nā quā magnitudines & figuræ & cetera acci abstrahit  
 deria, à materia & subiecta substantia reipsa separari non Mathe  
 possint, cogitatione tñ & intellectu possunt. & hæc latue maticus.  
 rūt Platonē ideas introducēt: quas nō modo cogitatio  
 ne & intellectu, sed reipsa à materia sciūgebat. faciebat em  
 Physica magis Mathematicis abstracta, cū ea min⁹ abstra  
 eta sint. ¶ Secūdo. Quia Physic⁹ & Mathematic⁹ nō eodē Quām  
 modo diffiniūt. Nā Physic⁹ diffinit, sumēdo noīa mates differēter  
 riā, formā & motū importātia. vt os quodd materiā & for diffiniūt  
 mā ossis habeat, & caro, & hō, & vt diffiniē simitas. cū di Physicus  
 ciē est nasi cavitās. nā nasi, ei⁹ materiā: cavitās vō, ei⁹ for & Mathe  
 mā explicat. Sed Mathematic⁹ cū diffinit par, impar, lineā, maticus.  
 figurā, curuū, rectū & reliqua hmōi quē cōsiderat: nō su  
 mit noīa materiā & motū importātia, abstrahit em ab ijs  
 illa, cogitatione & intellectu. ¶ Tertio. quia Physicus &  
 Mathematic⁹ vt Musicus, Perspectiu⁹, & Astrologus (q  
 propius ad Physicā accedere vident) nō eodē modo des  
 monstrāt. quia Musicus, Perspectiu⁹, & Astronom⁹, des  
 mōstratiōes ab Arithmetica & Geometria, accipiūt. Phy  
 sicus vō, nō: sed à materia, motu, & ijs quē rē naturālē cō  
 sequunt. nō tamē omīno eodē modo Musica, Perspecti  
 ua, & Astronomia: vt Arithmetica & Geometria demōs  
 trant. Nā Geometria, de lineā vt Mathematica est demon  
 strat. Perspectiua vero: de lineā Mathematica nō vt Ma  
 thematicā (nā cogitatione atq; intellectu à motu eam nō  
 separat) sed vt Physica (mutuat em à Physica motum) ex  
 11 Geometria demōstrat. ¶ Quæstio. Quoniā consideratio  
 Physica est vt de simo, & natura de duob⁹ diciē vt de ma  
 teria & de forma, an vtriusq; sit Physica consideratio:  
 12 ¶ Conclusio. Vtriusq; naturæ, & materiæ & formæ est  
 Physica consideratio. ¶ Prima ratio. Si ad antiquos res  
 picias, vt Democritū & Empedoclē, inuenies eos de ma  
 teria amplissimam fecisse determinationem. Hic enim, de  
 quatuor elementis: ille vero, de atomis, & de forma in  
 parte determinauit: vt Democritus de figuris, & Empe  
 docles de lite & amicitia. ¶ Scd'a. Ars, naturæ imitatrix

est & æmula. Ars aut, materiā & formā ad aliquem vsq;  
finē cōsiderat. vt Medic<sup>9</sup> cholera & phlegma & ceteros  
humores, in quorū cōtēperamento & suarū qualitatum  
proportionē cōsistit sanitas. Et edificator, ligna & lateres  
(quæ sunt materia domus) & dom<sup>9</sup> formam cōsiderat.

**Forma,** Igitur est Physici, utrūq; naturā cōsiderare. ¶ Tertia. Eius  
**materię si** de sciētiā est finē, & media in finem ordinata cōsiderare.

**nis.**

Forma aut, quæ vt dictū est, est maxime natura, materiæ  
finis est. Nā cū cōtinue mota sit forma, vt id gratia cuius  
mouebat, affecuta, quiescit. igitur cui<sup>9</sup> est cōsiderare formā,  
eiusdē est & considerare materiā. Est em forma, vltimum  
quoddā, & id gratia cui<sup>9</sup> est materia. Quapropter ridicu  
le poeta mortē (quia vltimū sit) finē & gratia cui<sup>9</sup> orti su  
mus, appellat, solet em non oē vltimū esse finis, sed q<sup>uod</sup> vlti

**Artiū me** timū est & prestatissimū. ¶ Quarta. Artiū factiuarū, qdā  
**chanicæ** suā materiā simpliciter facit, vt ars laterū factiua. Alia di  
**diuersis** sponit: vt quæ dolādo aut partes distrahendo formā indu  
**tas.** cit. Alia rebus factis vti<sup>9</sup> (nos em quodāmodo sum<sup>9</sup> oīm  
finis, sed finis, vt in morali philosophia dictū est duplex  
est) quæ & architectonica quodāmodo est. nā est materiæ  
cognoscitiua, & alij præceptiua. cognoscit em guberna  
tor qualis formæ temo esse debeat, & præcipit alij vt ar  
chitecto q<sup>uod</sup> formā temonis habet iducere. vt q<sup>uod</sup>, quo ligno,  
& quali temo formādus sit, cognoscit. igitur Physic<sup>9</sup> mater  
riā & formā habet cōsiderare. vt em factiue ad operādū  
se habēritā speculatiue ad cognoscēdū se habere vident<sup>ur</sup>.

¶ Quinta. materia ad aliqd referē vt ad formā. est em ma  
teria, alicuius formæ materia. igitur eiusdē est, materiā &  
formā cōsiderare. Qui enim eorū quæ adinuicē referunt  
tur vnū cōsiderat, & alterū cōsiderabit. ¶ Et si quærat<sup>ur</sup>  
vsquequo Physicus rerum formas cōsiderat? Vsquequo  
materiæ cōiūctæ generāt, eorūpūt, augmētāt, minuunt.  
Ex materia em, homo & sol hominē generāt. Quæ vero  
separatę, & à materia seiunctę formæ sint, & quomodo:  
non Physici, sed Philosophi primæ cōsideratio est.

**Quas for**  
**mas cōsi**  
**deret phy**  
**sic<sup>9</sup>.** Phi  
**losophia**  
**pria, meta**  
**physica.**

**TERTII CAPITIS ANNOT.**

¶ Modi causarum, genera causarum. ¶ Ratio, diffinitio.

¶ Vltima causa est, qua habita, nulla vltior relinquitur



quærenda. ¶ Vniuersales causæ, sunt quas vniuersalibus  
nomini b<sup>9</sup> exprimim<sup>9</sup>. ¶ Particulares, quas particularib<sup>9</sup>.

¶ Ita & vniuersales effectus: quos vniuersalibus nomi  
nibus exprimimus. & particulares: quos particularibus.

- 13** **T**ertium cap. cōtinet quinq; conclusiones. quatuor  
modos causarū post primam. tres diuisiones post  
quintā, vnā differētiā & duo documēta. ¶ Prima  
cōclusio. Determinādū est de causis. ¶ Nā hec di  
sciplina, sciēdi gratia instituta est. Scire aut maxime arbitra  
mur vnūquodq; cū cām primā, ppter quā res est, cognos  
scimus. determinādæ sunt igit̃ causæ rerū naturalū, gñæ  
tionis, corruptionis, & ceterarū Physicarū mutationū, vt **Quid ma**  
**14** **cas** cognoscamus. ¶ Quatuor modi causarū. ¶ Prio mo teria.  
do causa est ex qua fit aliqd cum insit: & materia dicit̃. vt  
æx, materia est statux. & argētū, materia phialæ, metallū, **Quid for**  
& horū genera. ¶ Secūdo, causæ est forma aut ratio (vt ipsi<sup>9</sup> ma.  
diapason, q ex dupla pportione, vt duorū ad vnū, nascit̃  
concētus) & rō nis partes. ¶ Tertio. est ā qua aliqd fit: & **Quid effi**  
dicit̃ efficiēs. vt principiū ā quo motus & quietis, & qui ciens.  
dat cōsiliū, & pater filij, & faciēs facti, & transmutās trās  
mutati: causæ sunt efficiētes. ¶ Quarto. est gratia cuius ali **Quid fi**  
quid fit: & dicit̃ finis. vt ambulatiōis finis, est sanitas. Cū nis.  
em̃ querim<sup>9</sup>, gratia cui<sup>9</sup> quis ambulari<sup>9</sup>ndemus, vt sanet̃,  
arbitrātes ambulatiōis finē reddere. Est em̃ sanitas, finis,  
nō modo ambulationis, sed & maciei, purgatiōis, & po  
tionis his indigētibus (quæ media ordinata in finē dicit̃. Eiusdē ef  
tur) & omnū instrumētōrū, quæ instaurādæ sanitatis gra se plures  
**15** tia sunt. ¶ Secūda cōclusio. Vnius eiusdēq; plures causas causas p  
per se esse cōtingit. ¶ Nā ærex statux, æx causa est p se: pa se.  
riter & statux factor. nō tamē eodē modo. Nā æx, per se  
causa est vt materia: statux vero factor, per se causa est vt  
**16** efficiēs. ¶ Tertia. Possunt & causæ sibi inuicē esse. causæ.  
¶ Nā ambulatio, causa est sanitatis: & sanitas, causa am  
bulatiōis: nō tñ eodē modo. Nā ambulatio, sanitatis cau  
Cōtrario  
fa est, vt efficiēs: sanitas vero, ambulatiōis, vt finis. Efficit rum esse  
em̃ ambulatio, sanitatē: & sanitatis gratia, ipsa plerūq; am etuū iter  
**17** bulatio est. ¶ Quarta. Interdū eadē causa contrariorū est dū eadē  
effectū. ¶ Nā idē aliqñ præsens, causa est vnius: absens esse cām.



vero, alterius. Gubernator enim, sua presentia causa est salutis  
 Quatuor naui, quod idem absens, causa est periclitationis. Quinta. Omnes cau-  
 sarum genera se in dictos quatuor coincidunt modos. ¶ Hec in singulis 18  
 nera suffi sciētis videre propriū est. Literę enim dictionū, dictiones ora-  
 cere. tionū, suppositiones argumentationū, materia factibiliū, par-  
 tes toti<sup>9</sup>, elemēta, ignis, aer, aqua, terra, mixtorū sub mate-  
 ria cōprehēdunt. Cōpositio, diffinitio, forma: sub forma.  
 Genitale semē, Medic<sup>9</sup> cōsiliū dās, faciēs & trāsmutās: sub  
 efficiēte. Bonū, aut quod videt bonū (nihil enim hic differt eē  
 bonū, & videri bonū) sub fine, Manifestū est igit<sup>9</sup>, oēs cās  
 in dictos quatuor coincidere modos. ¶ Prima diuisio. Cārg: 19  
 quædā est pp̄quior, & quædā remotior. vt sanitatis cā pro-  
 pinquior est Medic<sup>9</sup>: remotior, artifex. Et ipsius diapa son  
 causa, pp̄quior, duplū: remotior, nūer<sup>9</sup>. ¶ Secūda. Cau 20  
 sarū: quædā est per se, & quædā per accidēs. Statux enim  
 causa per se est statux factor: per accidens vero, Polycle-  
 tus, homo, animal, albū, musicū. Accidit enim, Polycleturn  
 & hominē & animal & albū, & musicū: habitum habere  
 quo efficiat statuā. Et harū causarū: quædā est pp̄quior, &  
 quædā remotior. ¶ Tertia. Causarū, quædā sunt actu, alię 21  
 vero, potētia, vt ædificās ædificationis, causa est actu: ædi-  
 ficator vero, causa potētia. ¶ Et has causas quādoq; com-  
 plexe, & quādoq; incōplexe exprimim<sup>9</sup>. cōplexe, vt Poly-  
 clet<sup>9</sup> statux factor, statux causa est. incōplexe: vt Poly-  
 cletus est causa statux. ¶ Prædicta quoq; causarum mem-  
 bra de se inuicē hoc ordine formant<sup>9</sup>. vt an causa particu-  
 laris aut vniuersalis: per se sit, an per accidēs: actu, an po-  
 tentia: cōplexe, an incōplexe expressa. De effectibus etiā  
 Quę has eodē modo dicendū est. ¶ Differētia. Differunt causę actu 22  
 bitudo & potētia. Nā causę actu, simul sunt cū suis effectib<sup>9</sup>: &  
 cārū actu simul cū illis esse desinūt, vt hic medicās, est simul cum eo  
 ad suosef cui medela adhibet<sup>9</sup>. & hic ædificans, est simul cū eo quod  
 factus. ædificat<sup>9</sup>. Cū autē non ampli<sup>9</sup> fuerit is cui medet<sup>9</sup>: neq; hic  
 Quę has medicās erit. & cū non fuerit quod ædificat<sup>9</sup>: neq; hic ædi-  
 bitudo ficās. Causę vero potētia: nō simul cū effectib<sup>9</sup> sunt, neq;  
 cārū potē cū ipsis esse desinūt, vt ædicatorē non simul cum domo  
 tia ad suū esse oportet: neq; eundē (desinēte domo) desinere. ¶ Pri 23  
 oseffect<sup>9</sup>, mū documentū. Querenda est in singulis causarū generib<sup>9</sup>

bus vltima causa, vt cur hic edificat? quia edificator est. cur edificator? quia edificandi habitū habet. Hæc autē vltima causa est: vltra quā nulla vltior superest quærenda. **Quid vltima causa.**

- 24 ¶ Secundū. Assignādx sunt vniuersaliū effectū vniuersales causæ: & particulariū, particulares: & actualiū, actualiales: & potēialiū, potēiales. vt statux assignanda est causa statux factor, & hui⁹ statux, hic statux factor. & statux factionis, statuū faciens. & statux potestate, statux factor.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Causa indeterminata, est causa quæ in aliquē effectum non ordinatur.

- 25 **Q**uartū cap. cōtinet vnā cōclusionē, tres opiniōes cū solutionib⁹ duarū rationū primæ, & improbatione secūdg. ¶ Cōclusio. Casus & fortunæ. Phisica determinatio est. ¶ Nā casus & fortuna, causæ sunt à qb⁹ multa fieri dicūt. Causarū autē taliū, Phisica determinatio est. igit̃ & casus & fortunæ. ¶ Prima opinio, est dicētiū nihil fieri à casu & fortuna. ¶ Primo, quia oīm effectū, videm⁹ cām determinatā esse. vt si qs it ad for. & inuenit debitore, quē iuenire nō intēdebat: ipsi⁹ rei cā determinata, est debitoris veniēdi ad for. volūtas, pariter & repertoris ad for. veniēdi volūtas. nō igit̃ fit aliqd à casu aut fortuna. nam casus & fortuna: causæ essent indeterminatæ. ¶ Secundo. Antiqui rerū naturalīū causas perquirēs, & casus & fortunæ oīno nō meminerunt. nihil igitur sunt casus & fortuna. Vnde, nihil à casu & fortuna fieri continget. ¶ Solutio. Multa fiunt à casu & fortuna, licet illas causas in effectus determinatos referre possimus. vt voluntas eundi in for. causa determinata est emendi aut negociandi: nō tamē causa est determinata inuētionis reperi. Qudd autem antiqui casus & fortunæ nō meminerint, hoc nō arguit autoritatē: verum eorū potius insufficiens determinatiōē. quod & falsum est. Nam etsi Empedocles casum & fortunā nō ponat eē litē, amicitia, ignē, aērem, aquā, terrā: dicit tamē in mūdi origine ignē, aērem, aquā, terrā i loca (in qb⁹ sunt) casu icidisse, & aliter sepius excuisse, & multas aīaliū partes à casu & fortuna factas fuisse. ¶ Scda opinio, est dicētiū oīa à casu & fortuna fieri:

Prima causa & fortunā negantium ratio.

Secunda eorum ratio.

Primæ rationis solutio.

Secundæ rationis solutio.

& fortunā voluere cœlū, & eo motu oīm rerū trahere om̃  
 Oīa à casu dinē. ¶ Sed hæc incōuenienter dicūt. ¶ Primo, quia videt  
 su & for̃ mus animalia & plātas à determinata causa procedere, vt  
 tuna fieri hominē ex homine, & ex semine plex, oleā : & vnāquāq;  
 dicētium reliquarū plātarū ex suo determinato semine, & nō esse à  
 refutatio. fortuna, minus igit̃ erit & cœlū, & ei⁹ motus, & diuiniora  
 illa superiora corpora (quę semp eodē tenore cōstātissime  
 Fortunā i perseverāt) à fortuna. ¶ Secūdo, quia in inferioribus ple  
 cœlo mī⁹ raq; à fortuna fieri cōploram⁹: in cœlo vero nunq̃, quicq;  
 nime lo⁹ aut casu aut fortuna fieri cōspicimus, sed certo tenore, in  
 cādā esse, mutabili ordine, cōstātissime oīa illic perseverare vident̃,  
 male igit̃ fortunę sedē, cœlum posuerit: cū plura deberēt  
 percipi in cœlo fieri à fortuna, q̃ siant in his inferioribus.  
 Quare potius fortunā, in inferioribus locare debuissent.  
 ¶ Tertia opinio, est dicētū fortunā esse quid diuinū & ses 28  
 licissimū, supra humanā mentē: & cuius humanus intelles  
 ctus nō sit capax, quā plurimi mortaliū vt numē coluerūt.  
 ¶ Hanc opinionē hoc in loco nō reprobant Aristoteles.

#### QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Secundum ppositū: secūdam electionē, consulto. ¶ Ea  
 quę sunt à casu, aut à fortuna : effectus casuales aut for  
 tuiti. ¶ Offendit, inuenit. ¶ Infinita, numero indetermina  
 ta. ¶ Sicut boni cōsecutio : ita & mali fuga, bona dicitur.  
 & sicut incommodi affecutio, mala: ita boni habiti perdis  
 tio, aut quasi ad manum præsēntis frustratio, mala.

**Q** Vintū cap. cōtinet quinq; diuisiones, duas diffi  
 nitiones, & tres cōclusiones post quartā. vnū cor  
 rollariū ad secūdā diffinitionē, vnū ad primā cō  
 clusionem, & vnū ad secūdā. ¶ Prima diuisio. 29  
 Eorū quę sunt, quædā semp cōsimiliter fiūt, alia frequēter.  
 alia vero raro, quę scilicet neq; semp neq; frequēter fiūt.  
 In ijs quę semp cōsimiliter fiūt: null⁹ fortunā locat, neq; in  
 ijs quę frequēter. aiūt em̃, quę à fortuna eueniūt, raro cō  
 tingere esse oīa. Et hinc (quę raro eueniāt) oīa: dicere solēt  
 à fortuna. & ipsi (vt & nos) fortunā esse aliqd. à quo ple  
 Quę dñi raq; fieri cognoscim⁹, supponūt. ¶ Secūda diuisio. Eorum 30  
 fieri pro, quę fiūt: quædā fiūt ppter quippiā, alia vero nō. Hæc em̃  
 pter hoc. sunt ppter quippiā quęcūq; à natura, intellectu, aut volun



- 31 tate facta, ut prosequantur, fugianturve digna sunt. ¶ Tertia.  
Eorū quæ fiunt: quædā fiunt ab agente secundū ppositū,  
32 quædā vero nō. ¶ Quarta. Causarū: quædam est per se, ut  
domus causa per se, ars ædificatiua. Alia vero per accidēs: ut  
albū & musicū. Et causam per accidēs, oportet esse fortunā.  
Nā causa per se, finita & determinata est per accidēs vero,  
incerta & indeterminata. Fortuna autē, causa est incerta &  
indeterminata. & vni infinita accidere possunt. ¶ Prima  
33 diffinitio. Hæc sūt a casu aut fortuna, quæ raro & per acci-  
dens fiunt, & quæ propter aliquid fiunt. Et quādo a casu, &  
quādo a fortuna: horū differētia postea determinabitur. Ut  
venit quis in villā, nō quidē ut debitore inueniat, debitore  
offendit, debitā pecuniā reportat. reportatio huiusmodi  
pecuniæ, a casu aut fortuna fit. Nam taliter raro euenit, &  
per accidēs, nō enim reportādi gratia in villā ierat. & hoc est  
eorū quæ propter quippiā fiunt. Si enim frequēter fieret huius-  
modi reportatio, aut reportādi intētiōne locū adijisset: hæc  
neq; a casu, neq; a fortuna facta fuisset. ¶ Secūda diffinitio. Fortunæ  
34 Fortuna est causa per accidēs secundū ppositū, extra semper diffinitio.  
& frequēter, & eorū quæ propter quippiā fiunt. ¶ Corolla. Eūdem effe-  
35 riū. quapropter circa idē, & intellectus & fortuna sunt. Nā etum ex  
ppositū sine intellectu non est. ¶ Prima cōclusio. Infinitæ multis cau-  
36 causæ esse possunt, a quib; (quod sit a fortuna) fiat. ¶ Nā si fortui-  
infinita sunt, quæ ad idē accidere possunt. Pecuniæ autem  
reportatio accidere potest, aut quia quis amici vidēdi gratia posse,  
aliquē locū adeat, aut quia prosequat fugientem, aut fugiat  
prosequentē, aut quia spectacula videre desideret, & sic de  
37 innumeris alijs. ¶ Corollarium. Vnde merito fortuna, infini-  
tū esse videt, & homini immanifesta. Nam infinitis ex  
causis accidere potest, quæ ad rei (quæ a fortuna fit) non  
38 ordinantur exitū. ¶ Secunda cōclusio. Quodāmodo rectē  
videt, nihil a fortuna fieri: & quodāmodo a fortuna ali-  
quid fieri etiā rectē videt. ¶ Nā per se nihil fit a fortuna. Si  
enim solū essent causæ per se (ut domificator per se causa est  
domus) nihil fieret a fortuna. At vero per accidēs rectē vi-  
detur aliqd a fortuna fieri, causas autē per accidēs, dictū est  
39 numero esse infinitas. ¶ Corollarium. Quapropter quodā-  
modo rectē dici videtur, fortunā carere ratione. Nam ra-



tio, solū eorū est, quę semp aut frequēter sūt. fortuna autē,  
nō horū est, sed eorū quę raro. ¶ Tertia cōclusio. fortuna  
rū, altera causa est p accidēs p̄p̄inquir: altera vero, remō- 40  
tior. Nam sicut aliarū causarū efficiētū, alia est p̄p̄inquir  
vt Polyclēt⁹ statū, & alia remōtior vt homo: ita & fortu-  
narū esse vidēt, sunt em̄ efficiētēs causę, vt cū āgroto sani-  
tatis causę sint tōsio, vētus & æstus, & nihil horū sanitatis  
grā suscipit, p̄p̄inquir cā æstus, & deinde vēr⁹, & remō-  
tior est tōsio. Quia tñ infinitę hmōi p accidēs causę esse  
possunt: si assignādx sunt quę prop̄inquire, & quę res  
remōtiores, statuendę aliquot & figēdx sunt, aliq quę sint

Quid bo priores & quę remōtiores assignare nō possis. ¶ Quinta 41  
na fortūa diuisio. Fortunarū, quędā est bona, qua bonū aliquod cō-  
tingit. Alia vero mala, qua aliquod contingit incōmodū.  
Quid ma la. Quęquidē fortuna, si circa bona excellentē magnitudinē  
habētia cōtigerit: prosperitas & fors fortuna dicitur. Si ve-  
ro circa excellētia mala, infortunium. Vnde fit, vt qui pp̄e  
est, vt magnū aliquod bonū malūve accipiat: bene for-  
tunatus sit aut infortunatus. iam em̄ mens illud se tenere  
arbitrat. Nam id quod prop̄e est, quasi nihil distare vidēt.  
Est autē fors fortuna & infortunū, inconstans & incertū.  
Nam oīs fortuna, inconstā & incerta est, vt quę nunquā  
semper & frequēter, sed raro & inopinatē contingat.

#### SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Actio, hominis secundū electionē operatio. Actio, prax-  
is. ¶ Eupraxia, bona hominis secundū electionē operatio.  
¶ Tripes, triū pedū sedes. ¶ Priora principaliora, ad  
suos effectus p̄fectiora. ¶ Frustra, incassum, inuanū, temere,  
ματην. ¶ Casus, p se vanm, temeritas, & ΤΟΛΑΤΟΝ.

Extum cap. continet quinque conclusiones, duas ra-  
tiones, & vnum corollarium ad secundam, duas ra-  
tiones ad tertiam, & vnum corollarium ad quintam.  
Casus & fortunę S tiones ad tertiam, & vnum corollarium ad quintam.  
discrimē. ¶ Prima cōclusio. Casus & fortuna differunt. Nam 42  
casus de pluribus dicitur: fortuna vero, de paucioribus.  
Fortunā Quicquid enim fortuna sit, casu sit: non autem omne qđ  
solis ho casu sit, sit & fortuna. ¶ Secunda. Fortuna, solū est eorum 43  
minibus circa quę est actio. ¶ Primo, Quia fortuna est eorum quę  
cōuenire, voluntatē & cōsilio regūt, nā agentū secundū propositū.

hæc aut sunt circa quæ versat actio. Secundo. Quia fortunatos dicere solemus felices: & fors fortuna prope felicitatem esse videtur. felicitas autem solus est eorum circa quæ est actio. Est enim, bona secundum electionem operatio. signum est igitur, & fors

44 **44** tunc solus circa ea variari, circa quæ est actio. ¶ Corollarium. Inanimatus unde fit, ut inanimata, belugæ, ac infantes nihil à fortuna facta & bruti, neque fortunata aut infortunata, nisi secundum similitudinem tantum nihil à dicantur. Nam hæc omnia: nulla, consilio & electione agunt. Similes fortitudo dicitur autem dicuntur & fortunata & infortunata: quæ admodum gerere. Protarchus lapides eos fortunatos dicebat, quia aris extruendis aptantur, quia colluntur & venerantur. Infortunatos autem: quia libellis iustissimi humi strati pedibus conculantur. Possunt & hæc à

45 **45** fortuna multa pati. ¶ Tertia. Casus, & inanimatis & animalibus. Casus & bus rationis expertibus convenire potest. ¶ Primum. Quia si tripes quæ brutis, & ceciderit, aptus ad sedendum faciat: id casu fit. Non enim ut apta sed inanimatus fieret, ceciderit: sed ut in loco quiesceret. Et si equus furto tuis compe sublatus, bibendi desiderio fontem petat, & in manum domini incidat: tunc à casu saluatus est. casus igitur & inanimatis & animalibus rationis expertibus convenire potest. ¶ Secundo. Fieri frustra: est tam inanimatorum, quam animatorum, & rationis expertium. Fit enim aliquid frustra, cum ad finem ordinatur, quæ non consequitur. ut si quis cibi in fundum stomachi descendendi gratia ambulat, & cibum non descendat: hæc ambulatio frustra fit, & vana est. Si enim quis diceret se frustra balneum intrasse, quia sol non defecit: ridendus esset. non enim ideo se, ut sol deficeret, laudabat: igitur signum est, & casum esse inanimatorum & animatorum & rationis expertium. videntur enim frustra & casus solus in hoc differre. quia quod frustra fit: ad quæ ordinatur, non consequitur effectum. casus autem consequitur, sed non ad quæ ordinatur. ut si ceciderit lapis & cadendo lædit prætereuntem:

46 **46** id casu fit: non enim eius gratia ceciderat. ¶ Quarta conclusio. Fortuna & casus in genus efficientis causæ reducuntur. Nam naturæ & voluntati accommodantur, quæ causæ sunt efficientes. ut natura ceciderit lapis, qui casu vulneratus prætereuntem, & voluntate fodiens Socrates, reperit thesaurum. reducuntur igitur casus & fortuna in causas efficientes. huiusmodi tamen causarum multitudo, indeterminata est.

47 **47** ¶ Quinta. Casus et fortuna causæ posteriores sunt naturæ &

volūtatē. Nā natura & volūtas, causę sunt p se: casus vero & fortuna, per accidēs. At vero semper priora ea sunt quę p se sunt, his quę p accidēs dicunt. Sunt igitur natura & volūtas, causę priores: casus vero & fortuna, posterio-

Fortunā res. ¶ Corollarium. Quare nō cōuenienter fortunā causam 41  
coeli cām coeli assignauerūt. Nam cū causa esset, esset per accidens.  
esse non esset igitur causa coeli, natura & volūtatē, & similib⁹ poste-  
rior, quod statim per se absurdum esse deprehenditur.

### SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Mouens, agens. ¶ Prima mouētia Physica, mota sunt  
terminatiuē & per accidēs. primum autem mouēs Metas  
physicum, omnino non.

Septimū cap. cōtinet duas cōclusiones, & tres ratio- 45  
nes ad primam partem secunde. ¶ Prima conclusio,  
Sufficienter videntur esse assignata quatuor causarū  
genera. ¶ Nam tot assignāda erant, quot (vt causas  
Quot sūt queramus) inuenimus quęstiuā. Quatuor aut inueniunt  
causarum quęstiuā: ex quo, per quid, ā quo, & cui⁹ gratia, vt si que-  
ratur, ex quo res sit naturalis: ex materia, cur corrūpit⁹: quia  
quęstiuā est ex materia, materiam respōdes. Et si in Mathematicis  
ua. queratur, per quid est rectum: per mediū nō discrepare ab  
extremis, cur sit rectū: quia mediū nō discrepat ab extre-  
mis, respōdes formam. Si vero queratur, ā quibus Theba-  
norū spoliātū est templū: ā Phocēsi⁹, cur Thebani Pho-  
cēsi⁹ bellū intulerūt: quia eorum templū spoliauerunt,  
causam efficientem respondes. Si vltra queratur, cuius gra-  
tia Persarū rex Græcis bellum indixit: vt dominaret⁹, cur  
Græcos debellauit: vt dominaret⁹, respōdes finē. Et simi-  
liter de reliquis causis omnibus queratur. Sufficiētē igitur as-

signata fuerunt quatuor causarū genera. ¶ Secūda, Phy- 50  
sarū gen⁹ sicus omne genus causę habet cōsiderare, pariter & per  
Physicę quodlibet habet demonstrare. Quodd vero omne gen⁹ cau-  
esse cōsy- se habeat cōsiderare, patet primo, quia tres causę, for-  
deratio- ma, efficiēs, & finis, in idē coincidūt. homo em̄, ratioe for-  
nis, mæ hominē generat, quę quidē operationū efficiēs est,  
& quę sunt ei⁹ gratia. At Physicę formā (quę natura est)  
habet cōsiderare, igitur & efficientē & finem illi coinci-  
dentē, & habet (vt prius dictū est) materiā cōsiderare.

habet igitur Physicus omne genus causæ, materiæ, formæ, efficientiæ, & finis considerare. ¶ Secundo. quædā sunt mouētia nō mota, quæ Physicæ non sunt considerationis. Alia diuisio. vero mouētia mota, & hæc Physicæ sunt cōsiderationis. Trifida Vnde philosophiæ cōsideratio tripartita est. Est enim pars Philosophiæ vna, quæ immobilia cōsiderat, vt Metaphysica & philosophiæ diuisio partim Mathematica. Alia, mobilia sed incorruptibilia vt scilicet Astronomia. Tertia, mobilia & corruptibilia, quæ Physica nominat. habet igitur Physicus efficiētes causas cōsiderare, & materiā, & formā, quæ fini coincidit, vt dictū est, quare & quatuor genera causarū. ¶ Tertio. Physici est cōsiderare generationes, & in quo fiunt, & hoc est materiā cōsiderare, & quid sint, & hoc est cōsiderare formā. & à quo sint, & hoc est cōsiderare mouens. nō dico mouens oīno immobile & omniū primū (nā hoc non est Physicæ cōsiderationis) sed quod mouet & mouet. & quia natura propter aliquid est: habet etiā finem cōsiderare. habet igitur Physicus, quatuor causarum genera cōsiderare. ¶ Quod vero per omne genus causæ demonstraret, patet. quia cum omne genus causæ cōsideret, eas ad quæ sita habet respondere, & per eas facere manifesta. quia si quærat ex quo? materiā respondere habet. quid? formā. à quo? efficientē. & gratia cuius? finē. Quod si inueniat causas quæ sint frequenter, concludit quod est frequenter. dignius enim est sic, vt vnumquodque vt materia ipsa patitur, fiat. igitur Physici est, per omne genus causæ demonstrare.

#### OCTAVI CAPITIS ANNOT.

¶ Par, rationale, consensaneū, idoneum. ¶ Area, campi planities. ¶ Contundere, conterere. ¶ Absoluere, perficere. ¶ Id natura intendere dicitur, quod non impedita produceret. itē dicitur & illius gratia agere, quod non impedita cōsequeretur: & quo habito, quiesceret. ¶ Portenta, monstra. ¶ Monstrū, est naturæ peccatū. ¶ Id naturæ peccatū est: quod natura nō impedita, aliter produisset. ¶ Ἀνδρὸς πρόσωπον, id est, ἀνδρὸς πρόσωπόν, hoc est humana facie præditos. ¶ Viginæ ἐλαί ὀπρῶραι, plantæ, quarum priora sunt oleæ, & posteriora vitis. ¶ Priora, partes priores. ¶ Deliberare, ratione inquirere.



Citauit cap. continet duas conclusiones. tria Empedoclis dicta ad primam. sex rationes ad secundam, tres instantias cum earum solutionibus. ¶ Prima conclusio.

¶ Par est naturam alicuius gratia agere ostendere, & si

unum in rebus naturalibus pendeat necessitas. ¶ Nam naturam alicuius gratia agere prius a nobis positum est, quod plerisque antiquorum non videtur. Nam qui calidum & frigidum principia posuerunt, dixerunt res non alicuius gratia fieri, sed quia materiale principium tale sit, ut ex eo rem fieri necesse sit. & materiam & necessitatem idem dicebant. ¶ Empedocles vero (quod praeter materiam, litteram & amicitiam, efficietes causas posuit) & Anaxagoras (qui praeter materiales atomos, efficiens intellectum) primo dixerunt res non alicuius gratia fieri: sed sicut pluit Iupiter, non ut increseat triticum huius in agro, & illius perdat in area, sed si augmetur alterum, & alterum putrescat & perdat, hoc utrumque accidere. ¶ Secundo. Dixerunt pluuiam de necessitate cadere, & vaporem sursum ductum, de necessitate congelari, & de necessitate redire in aquam, non alicuius gratia. ita & animalibus anteriores dentes, acutos esse, maxillares laetios: non quidem ciborum diuidentium & contundentium gratia, sed ex materiae necessitate. Similiter quoddam reliquarum animalium partes ita sitae sint, ut ad ipsorum opera apte iaceant, & ut ipsa animalia saluari possint: hoc a casu euenire. ¶ Tertio dixit Empedocles, si huiusmodi partes sitae non habeant ad opera faciendam conuenientem: animalia illa interire, ut bouigenas dicebat, quorum priora viri & posteriora bouis erant. ¶ Secunda conclusio. Nequaquam ea quae a natura eueniunt, a casu eueniunt (ut vult Empedocles) sed alicuius gratia. ¶ Primo. Quia quaecumque a natura eueniunt, semper eodem modo aut frequenter sunt, quaecumque vero a casu sunt, non semper eodem modo aut frequenter sunt. ut in hyeme frequenter pluit: & ideo id natura esse dicitur. raro vero fit cauma: & ideo id a casu euenire. contra sub cane frequenter fit cauma: ideo id natura est: raro vero pluit: ideo id a casu fieri putatur. Nequaquam igitur ea quae a natura eueniunt, a casu eueniunt, quae cum a casu non eueniunt, propter aliquid igitur erunt. id enim ipsi concedunt, aut a casu, aut propter aliquid esse. ¶ Secundo. Quorumcumque est finis, eo semper

Empedoclis & Anaxagoras sententia.

Cauma, atis. i. color.

per aliquo habito quiescunt, & quæ id antecedunt ei<sup>9</sup> gratia facta esse videntur. At res naturales semper mouentur: quousque Pulchra ut nature sunt fieri, factæ sint, quo facto quiescunt. vñ quodque nature oritur em sicut agit, sic natum est esse: & sicut natum est esse, sic agit, dinatio.

nisi supuenerit impedimentum, igitur quæ id antecedunt ei<sup>9</sup> gratia sunt. ¶ Tercio. Si natura extrueret domum, non aliter quam nunc Naturæ ab arte extructa est, eam faceret. & si ars efficeret animam, non alio & artis arte ipsam faceret quam nunc ipsam natura factum est. Ars enim antequam finitas in deum, propter sequentia & finem faceret, igitur & natura. Eadem enim operando.

In arte & natura antecederet & sequeretur. ¶ Quarto. Ars aliquam perficit, quam natura nequit absolueret, ut medicina. & quædam imitatur naturam, ut ars quam imagines fingit: & quam antecedunt, sequentia gratia facit, igitur & natura (quam ars adiuuat aut imitatur) quæ antecedunt propter sequentia & finem agit. ¶ Quinto. Quædam animalia quæ neque arte, neque consilio reguntur, alicui<sup>9</sup> gratia agere cognoscimus manifestissime, ut araneas texere telas, & formicas grana congregare, & hircines nidos ponere, & plantas fructuum ptegendorum gratia, folia producere, & radices deorsum alimentum attrahendi gratia porrigere, agit igitur natura, propter finem. ¶ Sexto. Duplex est natura, materia atque forma. Naturæ materia materię autem finis, est forma. est igitur natura alicuius gratia, diuisio.

¶ Prima instantia. Si natura propter finem ageret, nunquam deberet peccatum committere, ut producere monstrum, at videmus eam insectio. plerumque edere monstra non igitur gratia alicuius agit. ¶ Respondet. Eius solus quis natura aliqua peccata ut monstrum committat: non tamen idcirco tunc.

sequitur, eam non propter finem agere. Nam & ars, quæ alicuius gratia agit, interdum peccata committit, ut nonnumquam Grammaticus non recte scribit, & medicus non recte portionem ministrat. Et sicut in artibus finis intenditur, & quæ non attingitur peccatum est in finem, ita in naturalibus finis intenditur, & cum monstrum datur, peccatum in finem committitur. nam natura, neque monstrum producere intendit, neque illius gratia agit: impedita tamen a suo fine, monstrum dedit.

¶ Secunda. Si natura alicui<sup>9</sup> gratia ageret, non videretur vnquam Secunda bouigenas (ut vult Empedocles) producere, quorum priora obiectio. sunt viri, & posteriora bouis. non enim ad aliquem finem videretur eos natura producere. non agit igitur natura alicuius gratia.

¶ Respondet prior. Si talia monstrum dederent, natura esset imperfecta. Eius soluta, & aliquod principium ei<sup>9</sup> (ut semine) corruptum. Nam animalia tunc.

nō statim sūt: sed oportet mollē illā massā quæ ē semine  
 orta est primū dispositioni. quæ si corrupta, deficiens, aut  
 exuberās fuerit: plerūq; cōtingere solet mōstrū. ¶ Secūdo.  
 Empedocles bouigenas αὐτογενέων cōfinxit. dē  
 buisset autē potius in plātis huiusmodi portēta cōfingere,  
 vt vitigenas αὐτογενέων. Nā plātæ minus ppter finē  
 quā animalia agere vident, quæ tamē ausus cōfingere  
 nō est, quæ si fieret: fieret (vt dictū est) quēadmodū cetera  
 mōstra, aut semine deficiēte, aut exuberāte, aut corrupto.

¶ Tertio. Empedocles reliquit nomē naturæ, dicēdo ali  
 quid à natura fieri. Fīūt enim à natura, quæcūq; ab intrin  
 seco principio contrinūe mota in aliquē finē tendunt, quē  
 semper eūdē nō impedita attingūt. & nō mouētur indiffe  
 renter à quolibet, neq; indifferēter in quodlibet tēdunt. &  
 tamē cū casu aut fortuna ait ea fieri, tollit ea à natura fieri.  
 Fieri em̄ nequit vt casus & fortuna (quæ neq; determinas  
 ta sunt, sed infinitorū: neq; ad determinata semper aut fre  
 quēter pcedūt, sed ad infinita) simul cū natura cōueniant  
 quæ & determinati est, & ad determinatū semp (nisi impe  
 dita fuerit) pcedit. ¶ Tertia instātia. Natura nō deliberat,  
 nō igit̄ agit ppter finē. ¶ Rēder, nō oportere, si nō delibe  
 ret, ipsam nō agere, ppter finē. Nā & artifex semp alicuius  
 gratia agit, nō autē semp deliberat. ad agēdū igit̄ alicuius  
 gratia, nō requirit̄ deliberatio. Et sicut ars semp ppter finē  
 agit: ita & natura eius exemplar & quā ars imitat, semper  
 propter finē agit. Inter autem tamē & naturā. hoc interesse  
 videt̄, quodd̄ ars extra opus est: natura vero, intra. Intellige  
 igit̄: nauifactiūā in ligno, & nauē efficere. eodē modo ars  
 hæc: sicut natura operaretur, & huic quāsimillima est na  
 tura. similiter cū medicus seipsum sanat hæc ars naturæ est  
 quāsimillima, & vt hæc, eodē modo natura operatur.

Tertia  
 obiectio.  
 Eius solu  
 tio.

#### NONI. CAPITIS ANNOT.

¶ Necessitatē simpliciter ab aliquo esse intelligim⁹ quādo  
 eo existente, alia vt sint necesse est. ¶ Necessitas autem ex  
 suppositione ab aliquo est, quando id esse, altero existi  
 te necesse est. ¶ Fastigium, summitas. ¶ Intritum, cemer  
 tum. ¶ Præmissis existentibus, præmissis veris. ¶ Conclu  
 sio sit, conclusio sit vera. ¶ Ratiocinationis, cogitationis.

Nonum



- 53 **N**onum cap. cōtinet tres cōclusiones, & duo corollaria. ¶ Prima cōclusio. Vidēdum est vnde in rebus naturalibus pēdeat necessitas: & an ea simpliciter, an ex suppositione sit. ¶ Nā aliqui existimauerūt totā in reb<sup>9</sup> naturalib<sup>9</sup> necessitatē, ex materia & motibus materiæ puenire. quēadmodū si existimares parietum lapides necessario deorsum esse: quia grauiores. & lateres supra necessario: quia leuiiores. & ligna necessario tenere fastigiū: quia leuissima. vidēdū igitur est, an sit ita, an aliunde pendeat. ¶ Secūda. In rebus naturalib<sup>9</sup> necessitas simpliciter, non ex materia prouenit: sed ex suppositione. ¶ Nam nō propterea q<sup>d</sup> materia est: rē naturalē statim esse necesse est, sed cū quēuis res sit naturalis: materia vt sit necesse est. Si em̄ quærat aliquis, ppter quid oporteat aliquā rem naturalē, vt ignē, esse: non sanē respōdeas, quia materia est. At verō si quærat ppter quid vt sit materia necesse est: probē respōdeas, quia ignis est. Et hæc necessitas cōsistit militer in artificialibus sese habet. vt si sint intritum, ligna & lapides: non ppterea statim est domus. at si domus est, saluat & ptegit: vt sit intritū, ligna & lapides necesse est. Et si sit ferrum, aut quod vsum ferri obtineat: nō ppterea necesse est esse ferrū. At ferrū, aut q<sup>d</sup> ferri vsum obtineat: ppterea q<sup>d</sup> ferra sit, p<sup>er</sup>tinus esse necesse est. Si enim quærat abs te, ppter quid esse ferrū necesse est: non bene, ppterea quod ferrū sit, aut quod ferri vsum obtineat, respondeas. cōtra tamē optimē dixeris, vt sit ferrū, aut quod ei<sup>9</sup> vsum obtineat, ppterea q<sup>d</sup> ferra sit, necesse esse. ¶ Tertia. Necesse sitas simpliciter, in rebus naturalibus à forma & fine est. ¶ Nam forma & fine existēte (est enim forma in reb<sup>9</sup> naturalibus finis) materia & motus materiæ vt sint aut fuerint necesse est, materia autem existēte & eius motibus: nō protinus vt sit res naturalis necesse est. Et hæc necessitas similitudinē quandā habet ad necessarium in disciplinis, quia sicut si forma sit, & eius dispositiones esse necesse est, at cōtra, illis existentibus: non oportet vt ea forma sit. Ita tātē in disciplinis, præmissis existentibus (vt quæ demonstrant disciplinis triāgulū tres duobus rectis æquales habere) vt sit cōclusio cōueniens necesse est, & præmissis necessarijs, vt cōclusio necessaria.



ria sit oportet, sed cōclusionē existente, nō propterea præmissas esse necesse est, nec cōclusionē necessaria: præmissas esse necessarias oportet. ¶ Hoc tamen in rebus & disciplinis primo interest, q̄ hæ necessitates ē diuerso sumuntur. Nam in reb⁹, posterioribus existētibus præcedētia vt sint necesse est: nō autē, cōtrā. In disciplinis vero, priorib⁹ existētib⁹, posteriora esse necesse est. Nam præmissis existentibus, est cōclusio: nō autē cōtrā oportet. ¶ Secūdo. Quia in rebus, hæ necessitates priora & posteriora sunt actio⁹ nis: in disciplinis vero, ratiocinationis. Et sicut necessitas in reb⁹ naturalib⁹ à forma est: ita & in artificialib⁹ est à fine, vt si sit domus: protinus vt sint intritū, ligna & lapides necesse est, at nō cōtrā oportet. & si sit à pluuijs, niuib⁹, & vētis defensio: & dom⁹, ligna & lapides sunt, quæ si sint: nō idcirco talē defensionē esse oportet. Et si sit ferra, aut ligni sectio: & ferrū aut quod eius vsum obtineat, p̄tinus est. At cōtrā nō oportet. Quare manifestū est, & in naturalibus & artificialib⁹ necessitatē simplicitē, à fine esse quæ redā. ¶ Primū corollarīū. Quare cū vtraq; natura à Physic⁹ 56  
co sit cōsyderāda: magis tamē forma & finis. Nā ab ea in rebus naturalib⁹ pēdet oīs necessitas. Et similiter in artificialib⁹ forma & finis maximē spectāda sunt. sic tñ, vt materia (quæ vt talis forma & finis cōsequantē, necessaria est) Per quæ nō negligat. ¶ Secūdū corollarīū. Quapropter & Physic⁹ 57  
potissimū & artifex, à forma & fine potissimū suas diffinitiones dū diffinit cū. Ducit em̄ ab ijs quæ suę cōsyderatiōis præcipua sunt. Physic⁹. Et si artifex finē diffiniat, & materiā nō exprimat: eā facile intelligim⁹, vt qd op⁹ dom⁹: defensio à pluuijs, niuib⁹, & ventis, statim intelligas ligna & lapides in ædificiū erecta: quæ (si sit hmōi defensio) vt sint necesse est. Quid medic⁹ nū opus: sanitatis introductio, protin⁹ intelligas medicamēta: quæ (si sit introducta sanitas) vt sint aut præcesserint necesse est. Quid op⁹ ferræ: ligni sectio, statim intelligas ferrū & dētes: quæ (si sit ligni sectio) vt sint necesse est. Idcirco si opus ferræ ita diffinias, est ligni sectio quæ ferro dentato, aut qd ei⁹ obtineat officiū cōplet: cōpletā operis ferræ exprimis diffinitionē, & finē & materiā apertē ponis. ¶ Paraphraseos in secūdam Physicorum, finis.

## PRIMI CAPITIS PARAPHRASIS

secos in tertium Physicorum, Annot.

¶ Hec sunt actu: quę presentialiter existunt. Hec vero potentia: quę nondum presentialiter sunt. ¶ Hec sunt ad aliquid: quę in comparatione ad aliud considerantur. ut actus & potentia, motuum & mobile. sunt enim ad hoc sua indita nomina. ¶ Secundum excessum, ut maius. Secundum defectum, ut minus. ¶ Comune, commune vniuocum. ¶ Priuatio, priuatio secundo.



¶ Tertius liber Physicorum continet octo capitula. Primum continet duas conclusiones, duas rationes ad secundam, & quatuor diuisiones. unum corollarium ad ultimam. ¶ Prima conclusio. Oportet Physicum, motum non ignorare. ¶ Nam Physica, de natura scientia est. at natura ut diffinita est, ignorato motu, ignorare necesse est. diffinita est enim, esse principium motus & quietis eius in quo est: per se, & non secundum accidens. oportet igitur Physicum, motum non ignorare. ¶ Secunda conclusio. Eodem modo, de consequentibus motui, ut infinito, loco, vacuo & tempore, ad Physicum, spectat determinatio. ¶ Primo. Nam motus, primo occurrit esse continuus, continuum autem, infinito diffinitum: dicimus enim id esse continuum, quod in infinitum diuisibile est. Deinde nullum contingit sine loco & (ut existimauerunt) vacuo & tempore esse motum. Ad Physicum igitur infiniti, loci, vacui & temporis spectat determinatio. ¶ Secundo. Dictum est, quę omnibus erunt communia, prius determinanda esse, deinde propria. Est enim de proprijs speculatio: ea quę de communibus est, determinanda posterior. At motus, infinitum, locus, & (ut putant) vacuum, & tempus, omnibus rebus naturalibus communia sunt. ¶ ea igitur in libris Physicis determinanda sunt. ¶ Prima diuisione. Quaedam sunt actu, quedam vero sunt potentia. ¶ Secundum. Eorum quę sunt actu: quoddam est substantia, quoddam corpus, quoddam ad aliquid, quoddam quale, & ita de ceteris predicamentis. ¶ Tertia. Eorum quę sunt ad aliquid: quędam dicuntur secundum excessum & defectum, quedam secundum actiuum & passiuum, hoc est secundum motuum & mobile. Est enim motuum, mobilis motuum: & mobile, a

Diffinitio continui.

motiūo mobile. ¶ Quarta. eorū quæ mutantur: quædam 6  
mutantur secundū substantiā, quædam secundum quāti-  
tatē, quædā secundum qualitatē, & quædā secundū locū.

¶ Vnde fit, vt totidē sint motus, quot sunt res secundum  
quas fit motus, quibus non est res cōmune nomen: sicut  
neq; decem prædicamētis. Non enim erit, motus, præter  
res ad quas fit mot⁹, & ea quæ dicta sunt, extra quæ nihil  
est. ¶ Quinta. In vnoquoq; horū, quidā est motus perfe- 7  
ctior: alius verd, imperfectior. In substantia: forma & pri-  
uatio. In q̄titate: quātitas perfecta & imperfecta. In qua-  
litate: albedo & nigredo. In loci mutatione: sursum &

Quot sūt  
species  
motus.

deorsum. ¶ Corollarium. Quare motus tot sunt species 8  
quot & entis. diuisio enim, secundū vnūquodq; genus.  
**SECVNDI CAPITIS ANNOT.**

¶ Vt generabile, vt corruptibile: vt in potentia cōtinuæ  
generationis, corruptionis. ¶ Secundū quodd huiusmo-  
di, secundū q̄ in potētia. ¶ Vt, inquātū, secundum quod.  
¶ Idem subiecto, idem essentia. ¶ Visibile, potēs videri.

¶ Coordinationes Pythagoræ sunt hæ.

¶ Coordinatio positiuorū. ¶ Coordinatio priuatorum.  
Impar Rectum Par Curuum  
Finitum Quadratū Infinitum Altera parte lōgi⁹  
Dextrum Intellectus Sinistrum Opinio  
Masculum Vnum Fœmininū Multa  
Quietum Lumen Motum Tenebræ.

¶ Mouēs, mouēs completū. ¶ Quiescere: est non moue-  
ri, quādo & vbi quid moueri natū est. ¶ Quies: priuatio  
motus in subiecto, qñ & vbi moueri natū est. ¶ In subie-  
cto quādo & vbi moueri natū est: in subiecto nato.

Diffini-  
tiōis mo-  
tus decla-  
ratio.

¶ Ecūdū cap. cōtinet vnā diffinitionē, vnā instantiā &  
responsonē ad illā, quatuor cōclusiones, vnū corolla-  
riū ad primā, vnū ad terciā, duas rationes, & vnū cor-  
rollariū ad quartā. ¶ Diffinitio. Mot⁹ est actus entis 9  
in potētia, secundū q̄ huiusmodi. vt generatio: actus est  
generabilis, inquātū generabile. & corruptio: actus cor-  
ruptibilis, inquātū corruptibile. & augmentatio: actus  
augmētabilis, inquātū augmentabile. & diminutio: di-  
minuibilis, inquātū diminuibile. & augmentationi & di-

minutioni: non est nomē cōmune impositū, & alteratio: actus est alterabilis, inquantū alterabile, & loci mutatio: actus loco mutabilis, vt est loco mutabile. Et dixi huius modi actū entis in potētia, vt in potentia est: esse motū. Nā cū ædificabile mouet: actu ædificatur, & aliquid ædificatiōis, potētia relinquitur. & hic motus, ædificatio dicitur. Et ita cū alia mouent, in singulis est percipere actū incōpletū, aliquid semp potestatis habentē, sicut cū est doctrina, ratio, medicatio, volutatio, saltatio, adolefcētia, & vt ita dicam, senescētia: aliqd eorū actu est, & aliquid potentia res manet. ¶ Instātia. Si motus esset actus entis in potētia, vt dictū est: idē simul esset actu & in potētia, quod videt in cōueniēs. ¶ Rñdet, idem nō esse simul actu & potētia secundū idē: licet bene secundū diuersa, nec hoc est inconueniēs, vt idē non simul est actu calidū & potētia calidū: sed simul bene est actu calidū et potētia frigidū, sicut multæ res naturales adinuicē agūt & patiūtur: sed nō simul, aut nō secundū idem. Nec incōueniens est, omne mouēs Physicū, simul mouere & moueri, agere & pati, secundū diuersa. Et crediderūt aliqui, omne mouēs moueri, quod verū nō est (est enim quoddā mouētū, immobile) licet hoc cōcedi possit, de ijs mouētibus quæ potētiā & formam in se habēt. Sed de his, aliās quid verū sit, fiet manifestū. ¶ Prima conclusio. Secundū q̄ huiusmodi, referri debet, non ad id quod habetur: sed ad id quod nondum habetur, verū adhuc habēdū est. ¶ Nam statue factio nō dicitur, actus æris secundū q̄ æs (iam enim æs actu habetur) sed actus æris secundū q̄ est in potentia ad statuā, quæ quidē nondū habetur, sed adhuc remanet habēda. ¶ Corollarium. Quapropter quia æs & æs in potentia statua, vnū numero sunt: ratione tamē sunt diuersa. ¶ Nā si eadē, ratione essent: actus æris inquantū æs, esset motus æris, quēadmodū actus æris, vt in potentia statua est, est motus æris, quod iam dictum est esse falsum. Neq̄ idcirco quia æs & æs in potentia statua, idem sint: credendū est ea nō esse diuersa, nam potens sanari, & potens ægrotare, subiecto idem sunt: quæ tamē latē ratione differunt. Nā si diuersas nō haberēt rationes, idē, & sanū & ægrum

Cōtra diffinitionē motus, in statia. Eius solutio,



simul esse posset, quæ contraria sunt. quorum enim potetia nulla ratione differunt: neque eorum actus differet. Similiter, idem est, & color & visibile: color tamen & visibile ratione differunt, atque diuersas habent rationes. ita & similiter, res & potentia statua. ¶ Secunda conclusio. Cum res solum in potentia est, aut solum in actu: non mouetur. Nam res tunc mouetur: cum in ea est actus entis in potentia, ut dictum est, & neque prius, neque posterius. At cum res sit solum in potentia: in ea nondum est huiusmodi actus, nec similiter cum solum sit in actu. Solet enim unumquodque mobile interdum

**Natura** motus per moueri, & interdum non moueri, ut domificabile (cum non artis operis dum ligna, lapides, & cetera talia, ab artifice mota sunt) tione ex non mouetur. Cum vero actu operatur, & eius operationis plicatio. aliquid in potentia relinquitur: domificabile mouetur, & talis motus, domificatio nuncupatur. Cum vero est completus actus, & est domus: ipsum (ut huiusmodi) non amplius mouetur. & ita in singulis. Cum igitur res solum sit in potentia, aut solum in actu: non mouetur. ¶ Tertia. Non recte diffiniuntur

**Diffinitio** motus, motum Pythagorici dicentes motum esse alteritatem, inaequalitatem, & non ens. ¶ Nam si sit alteritas, aut inaequalitas: a Pythagorici non magis ex his oportet esse motum, quam ex suis oppositis. Similiter si quod non est ens: non potius sequitur esse motum. non possunt igitur per haec recte motum diffinire. Et certe aliter quam dictum est, difficile est motum diffinire. Et certe aliter quam dictum est, difficile est motum diffinire. Ponebant autem motum esse non ens: quia videbatur eis, motum esse aliquid indeterminatum, & ponebant ipsum in coordinatione priuationis: quorum nullum est (ut docebant) ut hoc aliquid, ut completum, aut aliquod aliorum predicamentorum. Nos vero dicimus motum esse quod indeterminatum: non quia sit pura priuatio. nam non omne dicimus actu determinatum, & completum: aut puram potentiam, & priuationem. Sed est aliquid quod est partim actu & partim potentia: quomodo dicimus motum esse quid indeterminatum. videtur enim omnis motus esse actus imperfectus. ¶ Corollarium. Quapropter nihil mirum, si quid sit motus, difficile fuerit inuenire. Nam neque simpliciter est actus, neque simpliciter potentia: sed, ut dictum est, eorum quæ partim sunt actus, & partim potentia. qui quibus sit ut diffinitus est: diffinitus

**Pythagorici de motu sententia.** ¶ Diffinitio motus, motum Pythagorici dicentes motum esse alteritatem, inaequalitatem, & non ens. ¶ Nam si sit alteritas, aut inaequalitas: non magis ex his oportet esse motum, quam ex suis oppositis. Similiter si quod non est ens: non potius sequitur esse motum. non possunt igitur per haec recte motum diffinire. Et certe aliter quam dictum est, difficile est motum diffinire. Ponebant autem motum esse non ens: quia videbatur eis, motum esse aliquid indeterminatum, & ponebant ipsum in coordinatione priuationis: quorum nullum est (ut docebant) ut hoc aliquid, ut completum, aut aliquod aliorum predicamentorum. Nos vero dicimus motum esse quod indeterminatum: non quia sit pura priuatio. nam non omne dicimus actu determinatum, & completum: aut puram potentiam, & priuationem. Sed est aliquid quod est partim actu & partim potentia: quomodo dicimus motum esse quid indeterminatum. videtur enim omnis motus esse actus imperfectus. ¶ Corollarium. Quapropter nihil mirum, si quid sit motus, difficile fuerit inuenire. Nam neque simpliciter est actus, neque simpliciter potentia: sed, ut dictum est, eorum quæ partim sunt actus, & partim potentia. qui quibus sit ut diffinitus est: diffinitus

**Quid sit,** cile est tamen ipsum videre. ¶ Quarta. Omne ens natum

rale mouens, mobile est: & eius immobilitas, quies est. modu.

**¶**Primo. Quia quicqd potestate habet vt mouet, mobile Quid sit  
est: & eius immobilitas, quies est. quibuscūq; em̄ inest mo immobi  
tus: quoties nō mouent, quiescere dicunt. Omne ens autē litas,  
naturale mouēs, potestate habet vt moueatur. Est em̄ ex  
actu & potētia. Ex actu em̄ ager: potentia autē patiet. igit  
omne ens naturale mouens, mobile est: & eius immobili  
tas, quies est. **¶**Secūdo. Res naturales tactu agūt: agēdo Secūda mo  
igitur, simul & patiunt. Erit igitur oīs res naturalis mo tus diffi  
uens, mobilis: & ei⁹ immobilitas, quies. **¶**Corollarium. nitio.

**16** Vnde fit, vt iterū rectē diffiniatur motus: vt sit actus mo  
bilis inquantū mobile est. vt cū res naturales actu agāt, est  
intelligēda vna species, vt substantia, quātitas, aut qualitas,  
actus continue effectiua in eo qd̄ mouetur. sicut actu hos  
mo: ex potētia, facit hoīem. qui quidē actus ip̄diu cōtinuē  
acquiritur, actus est mobilis inquantū mobile & motus.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

A. Athenæ. T. Thebæ. Linea, spaciū  
interceptum inter Thebas & Athenas.

**T**ertium cap. cōtinet tres quæstiones. tres cōclusio  
nes. tres rationes ad primā. tres instantias ad ter  
tiā, & earū solutiones. **¶**Prima quæstio. In quo  
est motus subiectiue? **¶**Prima conclusio. Motus

**17** subiectiue est in mobili. **¶**Primo. quia est actus mobilis,  
**18** vt dictū est. **¶**Secundo. In eo est actus q̄ motus est: cuius  
prius erat potentia. est enim motus actus entis in poten  
tia. At vterō ipsius mobilis prius erat potentia. est igitur

**19** motus subiectiue in mobili. **¶**Secunda quæstio. An mo  
**20** tiui & mobilis, idē sit actus? **¶**Secūda conclusio. Motiui  
& mobilis, idem est actus. **¶**Nam illorū est idem actus:  
quorum vnum, actum producit, & alterum eundem re  
cipit. Motiuum autem, actum producit: & mobile eun  
dem recipit. Est enim motiuum, mobilis motiuum & mo  
bile, à motiuo mobile, igitur motiui & mobilis, idem est  
actus. Et licet actus ille re ipsa sit vnus: est tamen ratione  
& cōsyderatione duo, sicut idem est spaciū ascensus  
& descensus: ratione tamen duo. Nam actus ille vt est  
à motiuo; dicitur actio, vt vero in mobili: dicitur passio.

**¶ Tertia quæstio.** An actio & passio, diuersi sint actus: 21  
 Actionē quorū vn⁹ in agente sit, & alter in patiente: ¶ Tertia con 22  
 & passio clusio. Actio & passio non sunt diuersi actus. ¶ Nam aut  
 nem, non vterq; in agēte, aut vterq; in patiente, aut actio in agente,  
 esse re ipsa & passio in patiente, aut cōtra: actio in patiente, & passio  
 diuersos in agēte locaret. Non vterq; in agēte locabitur. Nā omne  
 actus,

mouēs moueret: aut habēs motū nō moueretur. & ipsum  
 patiēs & mobile nunq̄ moueret. sine motu em̄ nō moue-  
 retur. quæ sunt impossibilia. Nec vterq; in mobili: quia om̄e  
 mobile moueret. vt si qs disciplinaret: quia haberet vtrūq;  
 actū, actionē doctioē, & passionē disciplinatioē: simul  
 doceretur & doceret. qd̄ statim ridiculū apparet. Et idem  
 duob⁹ motibus ad eundē terminū moueretur. quod fieri  
 nequit. Neq; erit actio in agēte, & passio in patiente. quia  
 sicut omne patiēs moueretur: ita & omne agēs moue-  
 retur. haberet enim vtrūq; actū in potētia secūdu qd̄ in po-  
 tentia. Et minus locabitur actio in patiente & passio in a-  
 gente. alioqui, omne patiēs ageret, & omne agēs pateret,  
 cum cōtra sit, aut nominibus abuteremur. actio igitur &  
 passio nō sunt diuersi actus. sed vnus: vt dictū est, ratione

**Prīa obie** tamē diuersi. ¶ Prima instantia. Actionis & passionis di-  
**ctio,** uersa sunt opera & effectus. est em̄ actionis effectus, actū:  
 & effectus passionis, passum. sunt igit̄ diuersi actus & nō  
 vn⁹. ¶ Solutio. Vt actio, & passio vn⁹ sunt actus numero,  
 & ratione duo: ita actū & passum vnū sunt numero, rōne

**Secunda** duo. ¶ Secūda instātia. Incōueniens est duorū specie diffe-  
**obiectio,** rentiū, agētis & patiētis esse vnū & eūdem actū. igit̄ actio  
 Eius solu & passio minime sunt vn⁹, idemq; actus. ¶ Solutio. Non  
 tio, est incōueniens, duorū specie differentiū, vnus vt ab hoc,  
 & alterius vt in hoc, esse vnum & eūdem actum. Est enim  
 actus ille agētis, vt ab hoc: & est patientis, vt in hoc. Non  
 tamen eius ratio vtriq; est vna, sicut tunice & vestis: sed  
 sicut vix de Thebis ad Athenas, & de Athenis ad The-

**Tertia ob** bas, vt prius dictū est. ¶ Tertia instātia. Si actio & passio  
**iectio,** essent idem actus: doctio & disciplina essent idē, hoc autē  
 esse nequit. ¶ Primo. Quia omne discēs, doceret: & omne  
 patiēs, ageret. Nā discēs om̄e, in se haberet doctioē: &  
 omne patiēs, actionē. ¶ Secūdo. Quia si doctio esset disci-

plina, & actio esset passio: docere esset discere, & agere esset pati. quæ statim absurda videntur. Non erunt igitur idem actus, actio & passio. ¶ Solutio. licet doctio & disci Eius sola plina, & actio & passio idem sint: nō tamen idcirco omne tio, dicens docet, & omne patiens agit. Nam non dicitur quis docere: quia doctio nē habeat, sed quia ab hoc est doctio. Ita neq; quid agere dicitur, quia in hoc sit actio: sed quia ab hoc est actio. Non tamen, pprie actionē eandē passioni dicimus: sed potius quodd actio & passio vnus sint actus: qui quidem, quia est huius in hoc, & huius ab hoc, ratioe diuersus est. Neq; oportet si doctio disciplina sit, & actio sit passio: idem esse docere & discere, agere & pati. Sicut neq; si idē spaciū, eademq; distantia sit de Thebis ad Athenas, & de Athenis ad Thebas: idem esse distare de Athenis ad Thebas, & distare de Thebis ad Athenas. Ille em̄ qui distat de Thebis ad Athenas, non distat de Athenis ad Thebas. Et ita sufficienter dictum videtur quid sit motus: ex cuius generali diffinitione facile est suarū specierum diffinitiones trahere. vt quodd generatio sit actus generabilis, vt generabile est. & ita de corruptione, augmentatione, diminutione, alteratione, secundum locum mutatione, domificatione, medicatione, & singulis alijs.

#### QUARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Numerus quadratus, est qui descriptus quatuor latera habet æqualia. Et idem, est qui ex ductu alicuius numeri in seipsum resultat. ¶ Arithmeticus gnomon, est numerus qui numero quadrato circūpositus, quadratum relinquit.

¶ Quadrati magni siue totales.

25

|   |   |   |   |   |    |   |   |   |   |   |   |   |   |   |
|---|---|---|---|---|----|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
|   |   |   |   |   | 16 |   |   |   |   | ● | ● | ● | ● | ● |
| 9 |   |   |   |   | ●  | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● |
| 4 | ● | ● | ● | ● | ●  | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● |
| ● | ● | ● | ● | ● | ●  | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● |
| ● | ● | ● | ● | ● | ●  | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● | ● |

1 3 4 5 9 7 16 9



¶ Nota pariorū quadratorum. ¶ Nota circumpositorum gnomonū. ¶ 1. 4. 9. 16. parui quadrati. ¶ 3. 5. 7. 9. circumpositi gnomones, qui paruis quadratis additi, magnos constituunt quadratos.

¶ Sensibile, res naturalis. ¶ Magnitudo sensibilis, rei naturalis magnitudo.

**Q**uartū cap. continet vnam conclusionē, duas rationes ad eam, quinque infinitum ponētū antiquorum opiniones, sex, quas ipsi assignabant, infiniti proprietates, sex rationes infinitum esse probātes, & quinque modos infiniti. ¶ Conclusio. De infinito, Physica determinatio est. ¶ Primo, quia de magnitudine, motu, & tēpore, Physica determinatio est: quæ aut finita, aut infinita, necesse est esse, nō tamē omne quod est finitū aut infinitū est, vt pūctū & qualitates, quæ neque finita, neque infinita sunt, igitur de infinito, Physica determinatio est. ¶ Secūdo, Quia q de naturalib⁹ scientiā tradere cūrauerunt, Pythagoras, Plato, Anaximāder, Democritus, Anaxagoras, & plurimi alij, oēs de infinito mētionē fecerūt, signū est igit, de infinito, Physicā determinationē esse. ¶ Quinque antiquorū opiniones. ¶ Prima, est Pythagoræ infinitū principii p se ponētis vt subiectū, scilicet solū parrem numerū. ¶ Primo, quodd in æqualia semper sectionē recipit: nō autē, impar, sed cum primū sit impar: clauditur & terminatur, vt huiusmodi sectionem recipere nō posse. ¶ Secūdo, Quia par numerus, numero vt quadrato additus; aliquādo mutat numeri speciem, quadratis vero suis consequēter adiuncti impares, nūq̃ mutant speciem: sed semper quadratos relinquūt. Hac de causa: impares, eorū gnomonas vocāt, quod solum in rebus sensibilibus intra cælum & terrā ponebant. ¶ Secunda, est Platonis, infinitum principii per se vt subiectū ponētis, & numerū parrem & imparē, magnū & paruum, & sensibilem & intelligibilem. Sed nihil extra cælum ponebat, neq̃ corpus, neq̃ ideam. Ideas enim nusquā ponebat. Et differt à Pythagora. Primo, quodd ponit infinitū etiā imparē numerum. Secundo, quodd in rebus intelligibilibus. Tertio, quodd nihil sit extra cælum, quorū opposita dicebat Py

Plato,

- 26 **Thagoras.** ¶ Tertia, est Anaximādi & aliquorum aliorū Anaxi  
 infinitum vt accidens ponentiū. Aliqui enim posuerūt in mander.  
 igne, vt in subiecto. Aliqui, in aere. Anaximāder verd, in  
 27 corpore defiori igne, subtiliori verd aere posuit. ¶ Quar Democri  
 ta, est Democriti infinitas atomos ponentis, ex quib⁹ ad tus.  
 inuicē sanctis, infinitū magnitudine cōflāt: ex quo omnia  
 fierēt, neq; posuit quodlibet fieri ex quolibet. Nā primas  
 atomos & prima rerū principia, ex se inuicē fieri nō posse  
 28 dixit. ¶ Quinta, est Anaxagoræ infinitas similes ato Anaxa  
 mos ponentis, & omnia esse in oībus, & omnia fieri ex goras.  
 omib⁹: diuino intellectu omnia ab omnib⁹ segregante.  
 ¶ Qui vero principia rerū naturalū & numero & magni  
 tudine finita posuerunt: nullū locū infinito in rebus sen  
 sibilibus reliquerūt. Nō enim in principijs reliquerūt, nā  
 ea, & numero & magnitudine finita faciunt. Neq; in ijs  
 quæ ex principijs sunt, nā quicquid ex ijs quæ numero  
 & magnitudine finita sunt, consistit: finitū esse necesse est.  
 29 ¶ Sex infiniti (quas antiqui, ipsi attribuebāt) proprietates Infiniti  
 tes. Quodd esset principii, ingenitū, incorruptibile, oīa cō, ab anti  
 tinens, omnia gubernans, & diuinum ipsum (vt dicebat quis assu  
 Anaximāder) & numen immortale. Quæ rationabiliter gnate p  
 statuto infinito dicere vident. Nā quicquid est: aut princi prietates  
 pium, aut ex principio est: infiniti autē nō est principii: cū sex.  
 ipsum ponendū esset infinitum, & cū non haberet à quo  
 generari posset, neq; corrūpi (nā alioqui haberet princip  
 piū) ipm esset incorruptibile atq; ingenitū, extra quod cū  
 nihil esse posset: contineret oīa. Quod cū esset principium  
 ingenitū, incorruptibile, omnia continēs: iure videret gur  
 bernare debere genita, corruptibilia, & ex eo principiata.  
 esset igitur diuinū quiddā, & vt numē (vt dicebat Ana  
 ximāder) habedum. ¶ Sex rationes q infinitū sit. ¶ Pri Rationes  
 ma. Tēpus est, igitur & infinitū, nā tēpus, immensum est infinitum  
 & quod percurrī nequit. ¶ Secunda. Magnitudo est igit esse cōtē  
 & infinitū, Nā magnitudo, infinitā partitionē (vt ponit dentū.  
 30 Arithmeticus) recipit. ¶ Tertia. Perpetuæ sunt genera  
 tiones, & hoc esse nequit nisi infinita sit quedam materia  
 ex qua quælibet generatio partē suā accipiat: alioqui tan  
 dem casuræ essent rerū generationes, est igitur infinitum.

¶ **Quarta.** omne corpus finitum, semper ad aliud corpus terminatū est. necesse est igitur esse infinitum. Nam corpora claudendo, non erit pertingere ad finem & terminum. ¶ **Quinta.** Intellectus numerū intelligit infinitum, & magnitudinem infinitam. Intelligit enim extra cælum esse spacium infinitum: quod, infinitū corpus, & infinitos mundos recipere potest, quod si potest, iam recepit. Nam cum sit supra tempus, esset æternum. in æternis autem simul sunt esse & posse esse. Et cur etiam potius illic q̄ hic esset vacuum? est igitur infinitū. Nam intellectus, intelligendo non deficit. ¶ **Sexta.** Eos qui non ponunt infinitum, multa incommoda sequuntur. Nam disciplinæ Mathematicæ tolluntur, infinita numerorum progressio, & infinita magnitudinū & temporū diminutio, ponendum est igitur infinitum. His argumētis statuere volunt infinitum. Et quamuis concedentes infinitum, grauissimæ sequantur quæstiones, an videlicet vspiam sit infinitum, an substantia sit, an accidens? Physici tamen quæstio est, an sit magnitudo sensibilis infinita. ad quod rite cognoscendum, ponēdi sunt modi infiniti. ¶ **Quinq; modi infiniti.** 31

Quinq;  
modi in  
finiti.

¶ **Infinitū primo,** est quod non potest pertransiri. quem admodū vox dicitur inuisibilis: quia non sit nata videri. ¶ **Secundo.** Infinitum, est quantū transitum habens, sed inconsummabilē. ¶ **Tertio.** Transitum habens, nondum totum pertransitum. ¶ **Quarto.** Transitum habens, sed transitu difficilem. ¶ **Quinto.** Est cui semper additio, subtractiove: aut vtrunq; fieri potest.

#### QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ **Actu infinitum, infinitum secundo.** ¶ **Corpora sensibilia simplicia:** elementa, ignis, aer, aqua, terra. ¶ **Composita:** animalia, vegetabilia, mineralia, mixta imperfecta. ¶ **Motus, motus localis.** ¶ **Fulciat, sustineat.** ¶ **Nitatur, sustineatur.** ¶ **Idem, similis.**

**Q**uintū cap. cōtinet duas cōclusiones. tres rōnes ad primā, & sex ad secundā. ¶ **Prima cōclusio.** Nō est ponēdū actu infinitū, à sensibilib<sup>9</sup> separatū. ¶ **Prio.** Quia aut eēt substantia, & tūc ipartib<sup>9</sup> 23  
bile erit, oē em partibile; aut magnitudo, aut multitudo est.

Si autem est impartibile: non erit infinitum, nisi quemadmodum punctus dicitur infinitus, & vox inuisibilis. de quo infiniti modo non agitur hic, neque de eo ipsi intendunt, agimus enim (& idem ipsi intendunt) de infinito transitum, sed incommensurabile habente. Aut accideret esset: & tunc non esset principium, sed potius id cui inesset. ¶ Secundo. Infinitum passio est magnitudinis, & numeri magnitudinis, separata verò à sensibilibus: neque magnitudinem, neque numerum, qui ex magnitudinis sectione commensuratur, habet. neque igitur eis convenit infinitum. quibus enim subiectum non convenit, neque eius passio conveniet unquam. ¶ Tertio. Quia si tale infinitum, substantia esset: cum esset principium, ipsum esset simplex. Aut ergo partibile esset: & tunc quælibet pars eius esset infinita, sicut quælibet aeris, est aer. hoc autem, impossibile. Nam idem, plura infinita esse, impossibile est. Aut erit impartibile: & tunc relinquitur solum infinitum ut punctus. Ponendum igitur esset accidens. quod (ut dictum est) esse nequit. nam non esset (ut ipsi volunt) principium. patet igitur Pytagoricos male ipsum ponere substantiam partibilem. Hæc tamen quaestio an sit huiusmodi infinitum separatum, aut in Mathematicis, aut in intelligibilibus & omnino magnitudinum & dimensionum expertis bus: Physica non est. sed ea qua quaeritur, an sit corpus sensibile actu infinitum. ¶ Secunda conclusio. Non est corpus sensibile, neque numerus, actu infinitus. ¶ Prima ratio. Quia omne corpus, superficie clausum est, nullum autem infinitum claudere potest. igitur nullum corpus sensibile, infinitum est: imò neque intelligibile, ut Mathematicum. Sed quiddam neque numerus infinitus sit, patet. quia omnis numerus, numerabilis est. quod autem numerabile est, percurri & transiri potest. Nullus igitur numerus, infinitus est. nam infinitum, neque percurri, neque transiri potest. & hæc rationes, communes sunt: quæ sequuntur autem, Physicæ. ¶ Secunda ratio. Si esset aliud quod corpus sensibile actu infinitum: aut simplex esset, aut compositum. Non compositum. quia cum sit ex multitudine finitis: si illa sint & magnitudine finita, totum erit finitum. quod enim ex multitudine & magnitudine finitis constat: ut finitum sit, necesse est. Aut ergo eorum alterum ex quibus est, infinitum esset: & alia, finita, hoc autem esse nequit, quia

Infinitum,  
actu esse  
non posse,



ea proportionata esse oportet. nūc aut cum eorū quodlibet vim habeat infinitā, vis esset infinita. & finitorū, finita. qd ideo statim destrueret finita, vt si ignis sit finit⁹, aer vero infinit⁹: quantūcūq; etiā equalis ignis & qualē aerem potētia superaret & vim suā duplaret: nihilosecius aer infinitus ignē finitū extingueret. nō igitur erit sensibile cōpositū infinitū, ex altero infinito & ceteris finitis cōstans. neq; erit ex omnibus infinitis. nā vnū infinitū omnia occuparet. nullus igit alijs relinqueretur locus. aut omnia simul eundē occuparent. hęc aut impossibilia. Neq; corp⁹ sensibile infinitū, simplex erit. Nā sensibilia simplicia corpora

**Nota.** adinuicē cōtraria sunt. Est enim ignis, calidus & sic⁹. aer, humidus & calidus. aqua, frigida & humida terra, sicca & frigida. Si igit vnū esset infinitū: alia statim cōsum

**Anaximander.** meret & corrūperet. Neq; est (vt Anaximander credidit) mātri cō corpus simplex, mediū, infinitū, ex quo oīa fiāt. ¶ **Primo futatio.** Quia exdem (quę de alijs sensibilibus) prohibēt ratios

nes. nā si vim agendi habeat, alia cōsumet omnia. & null⁹ ceteris (quę occupare possint) relinquet loc⁹. ¶ **Secundo.** Quia vnūquodq; resolui videm⁹ in ea ex quibus cōponit⁹. vt ignea, in ignē. aerea, in aerem. aquea, in aquā. & terrea, in terram. Nihil aut in illud corpus resolui cōpertū est: sed omnia in ignē, aerem, aquam, aut terrā resolui videtur. Non igitur tale ponēdum est, ex quo omnia fierent.

¶ **Tertio.** Quia si dicāt tale corpus simplex, vim nullam habere qua cetera absumat, igitur neq; ex eo fiant omnia, neq; in ipsum corrumpentur. Fiunt enim sensibilia ex contrarijs: & in sua corrumpuntur contraria. Quapropter, cum finita sint elementa, & concordī proportionē

**Heracliti sententia.** ligata: non sanē Heraclitus audientes territurus, comminabatur aliquando futurum, vt omnia ignis fierēt, vā omnia ad suam recurrāt originem. Faciebat enim Heraclitus ignē omniū principiū: vt Anaximander igni, aeriq; corpus mediū. ¶ **Tertia ratio.** Quia omne corpus sensibile alicubi esse natū est: & cuilibet assignandus est proprius locus. & totius rei sensibilis & eius partis, idem est naturalis locus, vt totius ignis, & scintillę ignis. & totius terrę, & glebę terrę. Si vero illud infinitum ponatur sū

miliū partium: quomodo erit in loco naturaliter cum omnē  
 occupet locū, & eius vna partiū in vno loco sit, & altera  
 in altero. mouebit igitur semper. Nā res naturalis omnis  
 extra locū: nō prohibita, ad suū locū mouet. At cū infinī  
 tū sit, & extra se locū nō habeat: nō mouebit. stabit igitur  
 & semper. hæc autē, impossibilia. Si autē sit dissimiliū par  
 tiū: iam nō est vnū sensibile corpus, sed plura vt se tāgen  
 tia. Aut ergo erit ex finitis partib⁹ & numero & magnitu  
 dine. hoc autē nō. Nā ex talib⁹ nō nisi finitū oriri potest.  
 Aut vna infinita est, & ceteræ finitæ. Neq; hoc quidem  
 esset cū infinitū similiū partiū, quod pauldante esse non  
 posse mōstratū est: quod cū esset simplex, alijs sensibilibus  
 simplicib⁹ contrariaret corporib⁹, & ea statim corrūperet.  
 Et tādē minus plures, aut omnes infinitæ esse possunt. Aut  
 erūt omnes magnitudine finitæ, multitudine vero infinī  
 tæ. sic autē infiniti erūt loci. Quodlibet cū corp⁹ simplex,  
 diuersum locū habet. essent autē illa infinita infinitū cōsti  
 tuētia, simplicia. cū oporteat infinitū (si sit) ipsum esse prin  
 cipiū. Hoc autē impossibile est. Quod si finiti sunt loci: &  
 locata finita erunt. Oportet cū corpus & locū simul esse,  
 vt neq; corp⁹ maius sit loco: alioquin esset corpus sine lo  
 co. Neq; locū corpore maiore: sin minus, vacuum aliquid  
 relinqueretur. Neq; rectē sentit Anaxagoras illud infinitū  
 immobile esse, quod seipsum fulciat, & seipso nitat: quia  
 nō habeat à quo contineri possit. ¶ Primo. Nā quod im  
 mobile esset tale sensibile corpus: hoc non natura sua  
 esset, sed vi quadam & quia infinitum esset. vt terra mobi  
 lis est. & si esset infinita: nō idcirco natura immobilis esset,  
 nam natura mobilis est. liceret tamen dicere eam seipsam  
 fulcire, & seipsa niti. Reddenda igitur esset ab Anaxago  
 ra causa: cur huiusmodi sensibile corpus, esset immobile.  
 ¶ Secūdo. Quia querendū est ab Anaxagora, an infiniti  
 partes finitæ fulciāt se & immobiles sint. Nō enim pote  
 runt ea ratione (qua dicebat) se fulcire & immobiles esse:  
 quia non habeant à qua contineri possint. sunt enim finitæ.  
 Quod si mobiles sint: & totum mobile erit. Sensibi  
 lium enim simplicium corporū: vt partes mobiles sunt, &  
 totum, & partis & totius idem est locus, vt si ignis scin

Anaxa  
 goræ im  
 probatio

tilla mobilis est, & totius ignis, & vnus scintillæ ignis: & totius ignis idem est locus. Et si gleba terræ mobilis est, & tota terra mobilis est, & idem vnus glebæ terræ & totius terræ locus est. ¶ Quarta ratio. Omne corpus sensibile: leue est, aut graue, & omne leue fertur sursum: & omne graue, deorsum. At si esset infinitum: neq; esset leue, neq; graue: non enim esset totum leue & graue. Nam opposita sunt. Neq; totum leue, nam totū sursum ferretur. Neq; totum graue, nam totum ferretur deorsum. Neq; mediū leue, & medium graue, quo pacto enim infinitum dimidiabitur, quod principio medio & fine careat: non igitur si esset infinitum, corpus esset sensibile. ¶ Quinta ratio. Omne corpus sensibile, in loco est. Atqui infinitum corpus est sensibile. infinitum igitur in loco est. At omnis locus: sursum, deorsum, ante, post, dextrorsum, aut sinistrorsum est. Sunt enim hæ: sursum, deorsum, ante, post, dextrum, & sinistrum, differentiarum positionum, nō solum à nobis, sed à natura determinatarum. erunt igitur eadem differentiarum positionum, in infinito. hoc autem esse nequit, quia in solis finitis natura, sursum, deorsum, ante, post, dextrū, & sinistrum licet intueri. nō erit igitur tale infinitum, corpus sensibile. ¶ Sexta. Omne corpus sensibile est in loco. quicquid autem est in loco terminatum est. Est enim locus, terminus: igitur quicquid est in loco, finitū est. Nam infinitum termino contineri nequit. non est igitur infinitum, sensibile corpus. non enim erit in aliquo loco, aut sursum, aut deorsum, aut aliquo alio. Si autem non est in aliquo loco: in nullo loco est. sicut si infinitum non est aliqua quantitas, vt bicubitū, tricubitum, aut aliqua aliarū: ipsum nulla est quantitas.

## SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Infinitum potentia, infinitum quinto. ¶ Agon: certamen, ludus. ¶ Olympia: certamina erāt quæ in honorem Iouis Olympij apud Pisas & Elidem Græciæ oppida celebrabantur. ¶ Partes proportionales, sunt, quæ ad suum totum semper similem retinent proportionē, vt duplam, triplam, quadruplā, & ita de cæteris. ¶ Partes proportionales, partes eiusdē rationis, partes eiusdem proportionis.

Sextum

- 34 **S**extū cap. cōtinet tres diuisiones, & duas cōuenientias post secundam. ¶ Prima diuīsiō. Infinitū esse dupliciter intelligi potest. Vno modo, esse infinitū actū: quo modo dictū est infinitū nō esse. Alio modo, esse infinitū potētia, quo modo bene est infinitū. Nā oīno nō esse infinitum, multa incōmoda sequuntur. ¶ Primo, tempus, principium & finem habere: & esse ex impartibilibus constitutum. ¶ Secundo, magnitudines non esse diuisibiles in magnitudines. ¶ Tertio, numerum nō esse in infinitum augmentabilem, quæ quidem incōmoda, posito infinito in potētia cessant. Nam cū ponitur magnitudo non esse infinita actū, sed infinita potētia, vt diuisione: facile est cognoscere magnitudines diuisibiles esse in magnitudine, & interire impartibiles lineas. Et cum ponitur multitudo infinita non actū, sed potētia vt appositione: statim saluatur numerū in infinitum augeri posse. ¶ Secūda diuīsiō. dupliciter aliquid potest esse in potētia. Primo modo sic in potētia, vt cōpletum illius consequi possit actum, quo modo æs nondum formatum, est in potētia, statua. Secundo modo sic in potētia: vt nūq̃ cōpletum cōsequi possit actum, sed semper sit in ipso fieri, ita vt cum aliquid eius sit actū, eiusdē aliquid relinquatur in potētia, vt dies, & agon, & Olympia. Hæc enim in ipso fieri semper cōsistunt: quæ cum aliquid habeant actū, vterius sunt in potētia, quomodo dicimus infinitum potētia diuisionis, & infinitum potētia appositionis: quia semper fieri possit diuīsiō, & semper potētia relinquatur facienda, & semper fieri possit additio, & semper relinquatur addenda. Non autem infinitum potētia diuisionis primo, ita vt infinita actū diuīsiō facta esse possit. Nam cū magnitudo, nira actū diuisibilis non sit in non magnitudines, infinita actū diuīsiō, facta, infinitam actū constituissent magnitudinem, quod esse nō nequit. ¶ Prima cōuenientia. Conueniunt infinitum potētia in successiuis, vt tempore & hominibus: & infinitum potētia in permanentibus, quia vtrūque est continue accipiendo vnum post alterum: sic vt acceptum finitum sit, & nūq̃ accipiendo alterum deficere possimus, & sunt semper in ipso fieri, vt dies & agon, generatio &



corruptio. ¶ Differūt tamen. quia in successiuis vt tēpore, 37  
 prius acceptū nō manet cū posteriore. In permanentibus  
 autē, vt magnitudine prius acceptum: bene manet cū po-  
 steriore. ¶ Secūda, Conueniunt infinitū diuisione & infi- 38  
 nitum appositione. Nam ex magnitudinis diuisione, ac-  
 crescit multitudo & infinitū appositione. quātum em̄ ma-  
 gnitudini detrahimus: tantū numerosę multitudini adij-  
 cimus. Et diuerso tamen sibi mutuo respōdent. Nam illud  
 distrahendo: hoc autē semper apponendo, fit. ¶ Tertia di- 39  
 uisio. Vno modo intelligitur infinitum diuisione, sumen-  
 do semp partes alicuius determinatę quātitatis. quo mo-  
 do nō est infinitū diuisione. Nam omnis magnitudo finis-  
 ta est. omne autē finitū, per determinatę quantitatē abla-  
 tionē tandē absumitur. Alio modo sumendo partes, non  
 quidē alicui⁹ pręfixę & determinatę quātitatis: sed bene  
 eiusdem rationis, quas partes pportionales vocāt, & hoc  
 modo est infinitū diuisione. nam tales partes sumendo,  
 nunq̄ a diuisione deficimus. Et ita de infinito appositio-  
 ne dicendū est. nam vt sumendo partes nō alicuius deter-  
 minatę magnitudinis, sed proportionales: nunq̄ diuisioni  
 ni materia deest: ita quoq; neq; appositioni. Hoc tamē in-  
 tereft. quia diuidendo quātalibet magnitudine, minorem  
 facere possumus: apponendo autē, quātalibet maiore fa-  
 cere nō possumus. Nam vt Physici aiunt, non est corpus  
 cœlo maius, neq; esse potest. Et si quātalibet magnitudine  
 esset apposita maior: infinitum actu esse oporteret. quod  
 esse nequit. Sed est infinitum appositione (vt dictū est) edi-  
 uerso infinito diuisione respōdens. quāta em̄ vni quātitas  
 ti diuidendo detrahis: hæc & tanta, crescenti ex diuisione  
 multitudini apponis. Propter hæc, Plato duo infinita fe-  
 cit: magnū & parū. Magnū quidē, quia apponēdo videt̄  
 in infinitū excrecere. Parū vero, q̄ diuidēdo videtur in  
 infinitum minui. Quę licet dicat rerū principia: nō tamen  
 illis vtitur. Nam vtitur principijs, numeris: in quibus nū-  
 lum locat infinitū. Nō enim in numeris posuit infinitum  
 diuisione: quia omnes in vnitatē resoluūtur, qua nihil mi-  
 nus est. Neq; in ipsis posuit infinitū secūdam augmentū:  
 cum ad denarium vsq; numeros solum augeri putet.

Bisariam  
 infiniti di-  
 uisionem  
 fieri posse

Platonis  
 de infiniti  
 to finia.

## SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

Quantitatem, determinatam quantitatem. ¶ Semper  
esset extra accipere: si extra quascūq; quantitates acceptas,  
semper alix ab ipsis relinquerentur accipiendæ.

- 40 **S**eptimū cap. cōtinet tres cōclusiones. duo corollaria In finiti se  
ad primā, & vnū ad secundā. ¶ Prima cōclusio. Non cundum  
recte diffinierit infinitū, ipsum esse dicētes extra qđ antiquos  
accipere nihil est. At poti⁹ dicēdū esset: cui⁹ est semp diffinitio.  
aliquid extra accipere. ¶ Prima pars patet. quia hæc diffini  
tio cōuenit toti & perfectō: quæ finita sunt. Nā id totum  
& perfectū dicimus, cui nihil deest: neq; est eius aliquid ex  
tra accipere, vt totū & perfectū hominē, totā & perfectā  
arcē. totū enim & perfectū: aut omnino eadē sunt, aut pa  
rū inter se differūt. Nō enim extra vniuersum, est accipere  
aliquid: etsi finitū sit. Non igitur recte diffinitum est infini  
tū: qđ sit extra quod nihil est accipere. Secundum patet. nā  
annulos pala carētes vniūformēsq; consueuerūt dicere in  
finitos: qđ voluendo extra partem captam, semper sit aliā  
accipere. Signū est igitur, infinitū potius dici debere: ex  
tra quod semper est aliquid extra accipere. Hoc tamen in  
tra infinitū & huiusmodi annulos interest: qđ infini semp  
est aliud accipere, nunq̄ prius acceptum repetendo: non  
autem, annulorū. Nam præacceptæ partes, iteratis repe  
runtur vicibus. ¶ Primum corollarium. Quapropter res  
41 cte poterit diffiniri infinitum: vt dicatur esse, cuius q̄pitā  
42 rem accipientibus, semper sit extra aliquid accipere. ¶ Se  
cundū. Vnde fit, vt Parmenides, totum vniuersum vnū  
esse & finitum, rectius opinatus sit, Melisso ipsum vnū  
& infinitū esse dicente. Nam quomodo cū sit cuius semp  
per est aliquid extra accipere, vnū erit. Et quomodo infi  
nitum, toti continuabitur, cum non omne linum quidē  
43 omni lino cōtinuetur. ¶ Secūda conclusio. Non recte di  
cunt, infinitū omnia continere, & in se omnia habere, pro  
pter similitudinem quam ad totum habet & perfectum.  
¶ Nam potius rationē habet partis, vt materiæ & imper Cui infini  
fecti. nam vt materia potentia est & non actus: ita infini niti po  
tum solū potentia est, & diuisione, & appositione, & nō tius assū  
infinitū actu. & si totū est infinitum; hoc nō est secūdum mīletur,

Annuli  
ad infini  
tū conue  
nientia.

Vtriusq;  
discrimē.

se, sed secundū alterū. vt diuisione, aut appositione, quæ  
 quidē nō cōtinet: sed poti⁹ à toto continet. & vt materia  
 quot spēs extra habitas accipiat, ignota est: ita infinitū vt  
 infinitū, ignotū est. Habet igit⁹ infinitū poti⁹ rōnē partis,  
 & imperfecti. quapropter nō recte dixisse vident⁹, ppter tot  
 ti⁹ similitudinē & perfecti, ipso oīa cōtineri. ¶ Corollarium. 44  
 Vnde fit etiam vt plato qui magnū & parū infinita pos  
 nebat & vt materias: inconuenienter dixisset ea, oīa cō  
 tinere. Nam incōueniens esset, ipsa intelligibilia, quæ per  
 fectissima & determinatissima sunt, continere. Ignotum  
 enim & indeterminatum, continere & determinare ne  
 quit. ¶ Tertia conclusio. Non sine ratione euenit, magni 45  
 tudinem secundum paruitatē in infinitū abire: secundum  
 aut excessum appositione in infinitum abire nō posse. Et  
 contra in numeris ad minimum deuenire: ad maximum  
 vero deueniri non posse. ¶ Nam materia sub magnitudi  
 ne clausa, se cū ea semper præstat diuisibile. At vero secū  
 dum excessum, nō abit in infinitum. Nam quantacūq;  
 magnitudo sensibilis esse potest: tanta est actu. Nō enim  
 maior cœlo esse potest. Itaq; magnitudinem, secando, nō  
 occurrit minimum: adiciendo tamen peruenitur ad ma  
 ximum. Quodd vero in numeris contra eueniat: hoc ideo  
 est, quia numerus est vnitates multæ. Nā binarius: à dua  
 bus denominatur vnitatibus. & ternarius, à tribus. & ita  
 de reliquis. At vero vnitas, quæcūq; sit: impartibilis est  
 secūdum numerum. vt vnus homo: vnus est homo & nō  
 multi homines. & numerus, in vnitates secatur, ad mini  
 mum igitur in numeris secando deuenitur: apponendo  
 tamen, semper relinquitur potentia maior. Nam ex par  
 tiū magnitudinis decisione, semper crescit. non quidem,  
 quia sit huiusmodi infinitas actu: sed potentia & semper  
 in ipso fieri, sicut tempus & numerus temporis. Et quia  
 infinitum potentia, & motui & magnitudini & tempori  
 conueniat: non tamē intelligi debet vt quædam natura il  
 lis inexistens. sed magnitudo suapte natura, hoc modo  
 infinita esse videtur. & per eam, motus, generatio, corruptio,  
 alteratio: quia illi contineti sunt. & tempus, per mo  
 tum. Hæc tamen posterius euadent manifestiora.

Magnitu  
 dinē, i in  
 finitū mi  
 nui: sed  
 nō semp  
 crescere  
 posse.

Numerū  
 cōtra i in  
 finitū au  
 geri: sed  
 nō semp  
 decresce  
 re posse.



## NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Intrinsicus terminus corporis: superficies conuexa.

- 46 **O**ctauū cap. cōtinet sex rationū quarti capitis solutiones. ¶ Primæ rationis solutio. Tēpus & motus infinita sunt potentia: & semper in ipso fieri, posteriore cū priori nō manēt. & quāuis illas partes cogitatio de capiam: simul tamē nō permanēt. ¶ Secundæ solutio. Magnitudo, nec actu diuisione infinita, neq; intelligentia in infinitū aucta est: sed, vt dictū est, potentia infinita. ¶ Tertiæ solutio. Nō vt generationes: & corruptiones aliquādo casuræ nō deficient: ponenda est materia actu infinita. Nā quam portiūculam materiæ vnum in corruptione deponit: alterū, eandē in generatiōe assumit. ¶ Quartæ. Falsum est, omne corpus finitū ad aliud corpus esse terminatū. Est em̄ aliquid: suo intrinseco termino & finitū & terminatum. Vnde aliud est: aliquid finiri, & ab alio tangi. qui enim dicunt omne corpus finitū, ad aliqd finiri: volūt intelligere ad aliquid quod ipsum tangat, qd nō oportet. Nam vt finiatur: satis est (vt dictū est) ipsum sua superficie terminari. ¶ Quintæ. Credere infinitum esse quia intellectu effingi possit: inconueniēs est. Non em̄ ideo si cogitatione atq; intellectu rei excessum, aut defectū apprehendo: protinus est rei excessus aut defectus: vt si te extra urbem cogitatione & intellectu effingo, & te ad cœlū vsq; magnitudine excrecere: nō protinus extra urbem existis, & capitis vertice cœlum contingis, sed solū tantus eris q̄tus prius extiteras. Nam ista à nostra cogitatione & intellectu nō pendent. Ita, neq; huiusmodi spaciū, quod extra cœlū cogitatu effingunt. Cū em̄ quis aliquid cogitat: si ita sit vt cogitat, accidit. ¶ Sextæ. Non ponere infinitū actu: nulla incommoda sequuntur, nec Matheseos aufert cōsiderationem. Nā Mathematici, nec infinito actu, in suis demonstrationibus egent, nec vtuntur: sed quātacūq; volunt quantitate finita. Neq; curāt, an talis alicubi & alicui insit: sed eam quātacūq; volūt, suis demonstrationibus aptam, cogitatione effingunt. ¶ Ex his perspicuū esse possunt, rationum superius positarum, & similium, solutiones. & quōmodo infinitum in

Primæ rationis solutio.

Secundæ solutio.

Tertiæ solutio.

Quartæ solutio.

Quintæ solutio.

Sextæ solutio.



materiam & causam materiale potius reducendū sit: q̄ in aliarum causarū vllam. Quapropter satis inconuenienter semper ab ipsis dictū apparet, infinitū continere & terminare: cum formæ potius sit continere & terminare.

Paraphraseos in tertium Physicorum, finis.  
PRIMI CAPITIS PARAPHRASEOS in quartum Physicorum Annot.

Quomodo: an per se, an in alio subsistens. Naturam loci, quæ res sit locus. Hermolaus, scandulæ, imbricamentaq; ædiū: & sunt scandulæ, vt asserculi, quibus domus integuntur. imbricamēta vero, stillicidia. Chaos, hiatus. Alia natura, alterius naturæ & ratiōis res. Elementum, id simplex quod rei constituit essentiam.



Vartus liber Physicorū cōtinet decem & quatuor capita. Primū cap. duas cōclusiones. duas ratiōes ad primā. duas ad secūdā. quatuor rationes locū esse pbātes, & sex ipm nō esse cōtendētes. Prima cōclusio. De loco, si est, quomodo, & qd est, Physica cōsideratio est. Primo. Quia oēs Physici, res naturales existimauerūt esse in loco. Nā quia viderūt ea quæ nō sunt, vt Hircoceru<sup>9</sup> & Sphinx, nusq̄ esse: crediderūt oīa quæ sunt, oportere in loco esse. Secūdo. Quia de motu Physica determinatio est. Atmos<sup>9</sup> reb<sup>9</sup> naturalibus cōmunissim<sup>9</sup> & prim<sup>9</sup>: mot<sup>9</sup> est q̄ scdm locū dicit<sup>r</sup>, q̄ sine loci cognitiōe deprehēdi nō potest. Est igit<sup>r</sup> de loco, Physica cōsideratio. Secūda. Cōsideratio de loco, ardua atq; difficilis est. Primo. Quia ex pprietatib<sup>9</sup> loco cōueniētib<sup>9</sup>: nō facile est naturā eius (vt paulopost ostendē) apprehēdere. Secūdo. Quia ab antiquis, nihil nobis certū (qđ in quæsitę rei cognitionē ducat) relictū est. des- terminauerūt quidē & de loco: sed oīa dubitata atq; per-

Quatuor plexa relinquētes, nihil exquisite perquisierūt. Quatuor rationū rationes locū esse probātes. Prima. Corpora sibi inuicē locū esse succedūt: vt vbi prius erat aer, nunc sit aqua. At in quo pbantiū, ita sibi succedunt, locus est: vtriusq; successiue receptaculus prima lum, sicut dolium, successiue diuersos liquores recipiens.

Est igitur locus. & nō modo est: sed & est à quolibet eorū  
 quæ alternatim suscipit, alterum. ¶ **Secunda.** Vnūquodq; **Secunda.**  
 Physicorum corporum non phibitū, in suū locū fertur, vt  
 ignis sursum, terra & grauiā deorsum: in quo lata conser-  
 uantur. Est igitur locus: & non modo est, verū etiam vim  
 quādam locatorū conseruatricē retinet. Cuius differentię  
 sunt: sursum, deorsum, ante, post, dextrū & sinistrū. Quæ  
 aliquñ ad nos relatione facta sumūtur. vt qđ mihi sursum **Locorū**  
 est: si scādulas cōscēdero, sit deorsum. & quod deorsum: si differen-  
 tiū descendero, sit sursum. & qđ ante: me ad oppositū tū,  
 verso, sit post. & quod mihi est dextrum: si me vertero, fiet  
 sinistrū. Sed hæc in natura nō sic sunt: sed determinata est  
 differētia, vt sursum natura, ad quod leuiā (vt ignis) ferri  
 nata sunt. & deorsum: ad quod grauiā (vt terra) natura  
 feruntur. Quod vero hæc in natura & nobis nō similiter  
 sint: ostendunt Mathematica. quæ cū omniū confessione,  
 in loco non sint: ea tamen ad nos & dextra & sinistra, co-  
 gitatiōe effingimus. ¶ **Tertia.** Antiqui vacuū posuerunt, **Tertia.**  
 in quod corpora reciperentur, & quod locum nuncupa-  
 bant: quem locū tūc dicebant vacuū cum corpore prius  
 retur. Signum est igitur, locum esse. ¶ **Quarta.** Etiam au- **Quarta.**  
 thoritate vetustissimi Poēta, locum esse confirmatum est.  
 Inquit em̄ Hesiodus puetustus Poēta, primū fuisse chaos  
 rerū omniū receptaculū & locū. qui videtur opinione ser-  
 cutus, quā & aliorū multi: omnia alicubi & in loco esse.  
 Quod si ita sit, vt Hesiodo visum est: mirabilis loci poten-  
 tia, quæ omniū prima est, & qua nō existēte, vt nulla alia  
 sint, necesse est, ipso vero existente: non idcirco sint alia.  
 Posuit enim chaos (prius qđ res ceteræ essent) primum.

- 4 ¶ **Sex rationes locū esse tollentes.** ¶ **Prima.** qđ locus non **Sex rōnū**  
 sit, videt̄ primo. Quia aut locus esse corpus, aut alia à cor- locū non  
 pore natura. Nō corpus. qā cū locus & locatū simul sint, esse con-  
 & locatū in loco recipiat: duo corpora simul essent. quod tendentiū  
 est impossibile. Neq; alia à corpore natura. nā tres dimen- **Prima.**  
 siones habere, soli corpori propriū est. At vero locus, tres  
 dimensiones habet. est enim longitudinis, latitudinis, &  
 pfunditatis particeps. Non est igitur alia à corpore natu-  
 ra. ¶ **Secundo.** Si ponas locum corporis & receptaculum **Secūda.**

- eadem ratione & superficiiei & lineæ & puncti ponas locum. Par enim, eademq; ratio est: Sicut em, ubi prius erat aqua, postea pones esse aërē, sic & ubi prius aquæ superficies lineæ, & puncta, postea illic aëris superficies, lineæ, & puncta, sed puncti nō est assignandus locus, nullam enim dimensionem habet, igitur neq; corporis, neq; alicuius aliorum.
- Tertia.** ¶ **Tertio.** Quicquid est: aut est elementum, aut ex elementis quod & verum est, & de corporeis & incorporeis. Nam corporeorum, corporea sunt elementa: & incorporeorum, incorporea. At locus: neq; elementum neq; ex elementis est. Non enim incorporeū: quia ex incorporeis & intellectualibus elemētis nulla prodit magnitudo. Nec corpus: nam esset corpora in se recipiens, quod fieri nequit.
- Quarta.** ¶ **Quarto.** Qui locum ponunt causam locato faciunt. Sed neq; materia, neq; species, neq; efficiens, neq; eius finis esse videtur, dicant quam velint. Non est igitur ponendus locus.
- Quinta.** ¶ **Quinto.** Efficax est & vigorem suū retinet Zenonis ratio. Si enim posueris locum esse aliquid: sic dictum refellet Zeno. Quicquid aliquid est in loco est, locum autē ais esse aliquid, igitur locus in loco est, qui alter locus, eadem ratione in loco est, & hoc in infinitū abiret, quod est impossibile, nihil igitur est locus.
- Sexta.** ¶ **Sexto.** Qui ponunt locum: omne corpus ponunt in loco esse, pariter & in omni loco corpus. De rebus igitur quæ augentur & crescunt, quantum additur corporis, tantūdem addere & loci oporteret, & pariter cū corpore locum crescere. Nam, neq; maior, neq; minor corpore locus debet esse, quod facile non est videre: quin potius videtur impossibile. Sane igitur non videtur locum esse.

## SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ **Timæus**, Dialogus Platonis, quem ipse à **Timæo** Locrensi sic inscripsit, ¶ **Res**, res naturalis.

**S**ecundū cap. continet vnam diuisionē, duas de loco opiniones, vnā conclusionem, & sex ad eā rationes. ¶ **Diuisio**, Quidā est locus cōmunis: qui plura cōtinēt corpora, vt aliquid est in cælo: quia in igne, illic vero, qā in aëre, in aëre: qā in terra. Alius est p̄p̄ri⁹: in quo locatū primo inest, vt loc⁹, nihil præter te immediate cōtinēs.



- 6 ¶ Dux de loco opiniones. Prima, est dicentium locū esse Quid lo-  
 forinā quia forma est quæ terminat, imò primus rei termini cus pro-  
 nus. & locus est primus locati terminus. erit igitur locus, prius.  
 forma. ¶ Secūda, est dicentiu locū esse materiā. quia locus  
 videt esse distantia magnitudinis, quæ quidē materia est,  
 quæ à magnitudine altera est: cōtēta terminis & speciebus,  
 & quæ de se finita nō est, à cuius sphaera si remoueant spe-  
 cies & termini: nihil præter materiā informē, interminā, &  
 magnitudinis spaciū relinquit. ¶ Et huius opinionis fuit  
 Plato: solus, quid esset locus, dicere aggressus. Dicit em̄ in  
 Timæo, materiā, receptaculum & locū esse idem. & in  
 dogmatibus quæ agrapha nūcupatur: receptiuū & locum  
 idem. Et hæc & similia de loco dicta, difficile faciunt eius  
 7 determinationē. ¶ Conclusio. Neq; locus species est, neq; Locū sui  
 materia. ¶ Primo. Quia materia & forma à re non sepa-  
 rantur: locus autē separatur. ut vbi prius fuit aēr, nunc est  
 aqua: & sepe contra, quemadmodum prius dictum est.  
 igitur loc⁹, neq; species, neq; materia est. Quapropter etiā  
 neq; locus, sui locati pars, neq; habitus, neq; passio erit. est  
 enim separabilis ab ipso toto. ¶ Secūdo. Locus, persimis-  
 lis est vasi ut cado continenti, vas autem, eorum quæ con-  
 tinet nihil est, igitur neq; locus locati. Nō est igitur locus,  
 aut eius species, aut materia. ¶ Et (si à proposito licet di-  
 gredi) mirabile est, quomodo Plato numeros (quos dice-  
 bat rerū species) nō diceret esse in loco: cū diceret eos ma-  
 teria ut magno & paruo participatiuos, & materiā in Ti-  
 mæo dicat esse locum. ¶ Terzio. Quia res in sua loca fe-  
 rūtur. In suam autem speciem aut materiā nulla res, fertur.  
 habent enim eam intra se, igitur locus, neq; species, neq;  
 materia est. ¶ Quarto. Sursum & deorsum dīfferētiæ sunt  
 locorum: non autem speciei aut materiæ. igitur locus, neq;  
 species, neq; materia est. ¶ Quinto. Si dicas locū, speciem  
 aut materiā esse: mouebuntur loci, & locus in loco erit.  
 Transmutantur enim simul cum re, & species & materia,  
 & vbi res ipse sunt: ibi pariter adsunt. Hæc autem, absur-  
 da. ¶ Sexto. Si locus esset species: cū ex aère fit aqua perdi-  
 tus esset locus, pariter & corruptus. nam corrupta est spes-  
 cies. Hoc autem non oportet: quia potest aqua in eodem



loco in quo prius aer fuerat (vt ipsi concedunt) esse. Non est igitur locus, species.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

**I**n secundo: ex. **P**rimo, secundū se: idem. **I**dem esset in seipso primo per accidens: cū aliquid primū in ipso esset, in quo etiam primum inesset. **M**axima. Datis duobus quorū primo, secundū primo inest: quicquid secūdo primum inerit, aut per se, aut per accidens: inerit & primo.

**T**ertium cap. continet octo modos quibus aliquid est in altero. vnam quæstionem. solutionem. vnam cōclusionē. tres rationes ad eā. & obiectionis Zenonis solutionē. **O**cto modi esse in altero. **P**ri<sup>o</sup> 8  
**O**cto mo di quib<sup>9</sup> mo. aliquid dicit<sup>r</sup> esse in altero, vt pars in toto, quēadmo<sup>9</sup> aliquid est dum digitus in manu. **S**ecūdo. vt totū in partib<sup>9</sup>. Non in altero, enim præter partes, totū esse potest. **T**ertio. vt species in genere: vt homo in animali. **Q**uarto. sicut genus in specie & superius in inferiori. vt animal in homine. **Q**uin<sup>o</sup>  
**T**o. sicut accidens in subiecto, & forma in materia. vt sanitas in calidis, frigidis, humidis, & siccis. **S**exto. sicut in efficiente, vt Græcorum gubernatio, in Græcorum rege. **S**eptimo. vt in fine: quēadmodū dicim<sup>9</sup> omnia in optimo, vt in felicitate esse collocanda. **O**ctauo. sicut in loco secundū cuius similitudinē aliquid est in vase. Et hic modus: hoc in loco maximē est proprius. **Q**uestio. vtrū 9  
aliquid sit in seipso. **S**olutio. Aliquid esse in seipso, bifariam intelligi potest. **P**rimo modo. vt sit in seipso primo: cū ipsum & quodlibet sui in ipso est. quomodo nihil in seipso est. **S**ecundo. vt sit in seipso per alterū: vt quia partes in ipso sunt. quomodo aliquid bene est in seipso secundū locutionē, quā synecdochen vocāt: quia eius pars sit in ipso. quēadmodū aliquid dicitur album, vt corpus: quia pars eius est alba. Id enim albū est, cuius superficiē coniuncta est albedo. & aliquis dicitur sciens, quod anima eius sit sciens: à parte sumpta denominatione. **C**onclusio. Nihil est in seipso primo. **P**rimo. quia nihil est in seipso (vt vinum in seipso, & amphora in se ipsa) vt pars in toto. neq; vt totum in partibus. neq; secundū aliorum modorū vllum. Quod autē amphora vini, dicatur in am

phora esse: hoc est denominatione facta à parte, quæ ad modum dicimus albedinem esse in corpore, quia in superficie sit, & scientiam in homine, quia sit in anima, & non quia idem sit in seipso primo. ¶ Secundo, quicquid recipitur, in re altera recipitur. Sunt enim rationes diuersæ eius quod in aliquo est, & etiam in quo aliquid est. At vero vinum est vinum, & amphora est amphora. Non igitur vinum recipitur in vino ut huiusmodi: neque amphora in amphora. hæc enim aded discrepant, ut vinum esse amphoram, & amphoram esse vinum, quorum rationes inter se discrepant & sunt diuersæ. Et hæc rationes, probant aliquid non esse in seipso, primo & per se. ¶ Tertio, Quod idem non sit in seipso per accidens primo, ut amphora in seipsa primo per accidens, ut per vinum: patet, quia duo corpora simul essent, ut vinum & amphora, quod esse nequit. non igitur erit idem in seipso primo & secundum accidens. ¶ Obiectionis Zenonis solutio. Ex dictis, Zenonis obiectionem soluere, difficile non est. Cum enim ita insurgit: quicquid aliquid est, in loco est. falsum est. Quod si concedat locum, in aliquo esse: concedimus, sed ex hoc non conficitur, locum esse in loco: neque hoc oportere abire in infinitum, quia concesserim, quod locus sit in aliquo ut accidens & passio, & sicut sanitas in calidis & frigidis. Dictum est etiam satis, locum esse neque materiam neque formam.

Quomodo  
locus  
est in loco.

#### QUARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Locum, locus proprius. ¶ Primum, immediatum. ¶ Primum, neque maius neque minus. ¶ Latitudo, secundum locum mutatio. ¶ Spacium, dimensio corporibus recipiendo non cedens. ¶ Quæcumque, res naturales omnes.

12 **Q**uartum cap. continet septem loci positiones. duas conclusiones. tres diuisiones post primam. duas rationes ad secundam. diffinitionem loci & eius declarationem. ¶ Septem positiones. ¶ Prima. Locum, eam rem (cuius est locus) continere. Secunda. Rei quam continet, nihil esse. Tertia. Primum esse locato, & neque maiorem, neque minorem. Quarta. A corpore locato esse separabile. Quinta. Non esse locatum sine loco, neque locum cui desit locatum. Sexta. Quæcumque sunt in loco, aut sursum aut: deorsum esse. Septima. Vnūquodque Physicalium

Motu lo-  
calē, anti-  
quos i lo-  
ci inquisi-  
tionē idu-  
xisse.

corporū, in p̄p̄riū locū natura fieri & in eo quiescere, na-  
tū esse. ¶ His itaq; suppositionib⁹ positis (quę omib⁹ qui  
intelligētia vigeāt, recipiēda sunt) talē loci diffinitionem  
quæremus, quā opposita diluant argumenta, & quā quę  
loco insint, quāve nō insint, cognoscām⁹. ¶ Prima cōclu-  
sio. Mot⁹ localis, in inquisitionē loci hoīes pmouit. ¶ Nā si  
null⁹ mot⁹ localis fuisset: null⁹ locū p̄quisisset. Arbitratī  
sunt em̄ omnes, cœlū in loco esse oportere: quōd velocis-  
simo motu feratur. Signum est igitur, motum nos in loci  
perquisitionem mouisse. Et tria, augmētatio, diminutio,  
& latio, ad huiusmodi inquisitionē mouerunt. Nā res au-  
ctā, maiore locū (quā prius) occupat: & diminuta, mi-  
norem: & quōd fertur, continue alterū. ¶ Prima diuissio. 14  
Eorū quę loco mouentur, quędam per semouentē, & hec  
ad loci cognitionē perduxerunt. Alia vero per accidens,  
quę minimē ad perquisitionē, loci necessaria sunt. ¶ Secū-  
da diuissio. Eorū quę mouentur, quędā vnū actu sunt, 15  
quędā potētia. ¶ Tertia. Eorū quę per accidēs mouētur,  
quędā separata nata sunt per se moueri, vt totius partes,  
& clauus in nauī. Alia vero, nō: vt sciētia, albedo, & alia  
accidētia. Et hæc quę actu sunt & per se mouētur: in co-  
gnitionē loci vtilia fuerunt, non autē alia. ¶ Secunda cons-  
clusio. Extremū cōtinentis ipsum locatum ambiēs: locus  
est, non autē totum continēs. ¶ Primo. Quia eius solius 17  
extremi gratia, aliquid esse in loco dicitur, vt cur es in cœ-  
lo: quia in aere, cur in aere: quia in eius extremo te circū-  
quaq; ambiente. Continet enim te tale extremum, neq;  
tui aliquid est, & tibi primum est, neq; maius, neq; min⁹,  
& quōd abs te separari potest. Si enim tibi cōtinuum es-  
set: non esses in eo vt in loco. Nam cum aliquid est in cō-  
tinuo: est potius vt in toto (vt oculus in capite, & ma-  
nus in brachio) ad cuius quidem motionē pars ipsa mo-  
uetur, vt vinū in cypho, & vinum in cado. At vero cœlū  
& aer & tota cōtinētia: nō sunt prima, neq; maiora, neq;  
minora locatis, non igitur sunt loca. ¶ Secundo. Locum  
esse oportere horum quatuor aliquod, materiā, formam,  
spacium, aut corporis continentis extremum, omnes cō-  
cedunt. At ipsum esse non posse materiā aut formā:



iam, ostensum est. Et quoddam spacium non sit, videtur primo, Quoddam lo-  
quia cuiuslibet rei ut aeris aut aquae, infiniti essent loci per cuius spa-  
se. Nam cum aqua fuerit in vase: qua ratione concedas totum cum sepa-  
esse in loco, & vas & aqua vasis: & quolibet aquae partem ratum esse  
in loco per se esse concedas oportet, & in cuiuslibet rei locum non possit  
eis per se, abire in infinitum. quod omnes cum Zenone nega-  
re certum est. Non igitur locus erit huiusmodi spacium. Secundo. Si  
concedas huiusmodi spacium cum contento (ut cum vase) simul  
transmutari: cum recipiat in spacio & nouo loco, erit locus  
in loco. Quod si non concedas simul transmutari: accedit  
idem, omnem locum esse in loco, & semper minorem locum esse  
maioris loci partem. quae absurdissima reputant omnes. Fieri  
igitur nequit, ut locus, huiusmodi spacium existat. Manifestum  
igitur est, quoddam locus cum neque materia, neque forma,  
neque spacium esse possit, terminus & extremum corporis  
continentis relictus sit.

¶ Quoddam vero contendunt, locum esse Solutio  
materiam, quia ut materiae est diuersas formas in se recipere rationis per  
re, ut albedinem, nigredinem, & similia quae in ea quiescunt, batis locum  
sic & locum videmus diuersa in se recipere, & quae in eo cum esse  
quiescere, Hoc locum non arguit esse materiam. Nam utraque materiam,  
& locus & quod recipit: se iuncta manent. Non autem utraque,  
& materia & quod recipit: se iuncta atque separata (ut dixi-  
mus) manent & conseruantur.

¶ Quoddam arguunt esse formam, Solutio  
quia ut locus terminus est & continens: ita & forma rationis per  
terminus est & continens. Hoc statim diluitur, quia locus, batis locum  
contenti terminus est extrinsecus, & continens extrinsecum: cum esse  
forma vero, eius terminus est intrinsecus, & continens in-  
trinsecum.

¶ Quoddam etiam nituntur probare esse spacium, quia Solutio  
cum eum vase funditur liquor & aliud subintrat corpus, rationis per  
semper inter vasis latera manet idem spacium praeter subeun- batis locum  
tis corpora, quod quidem nullo subeunte corpore mane- cum esse  
ret, Id nos spacium & vacuum natura esse posse negamus. spacium.

imo vero ne sit, semper nos videmus simul atque vnum cor-  
pus aliquem locum exire, eundem aliud subire. Sumunt au-  
tem isti qui ita arguunt, id quod probare habeant, huiusmodi  
di tamen de loco apparentiae, eius cognitionem reddiderunt

18 difficilem. ¶ Diffinitio. Locus, est corporis continentis ter- Diffinitio  
minus, & extremum immobile primum. Est enim locus, tio loci.



per similes vasi. Hoc tñ interesse videtur: quod vas per se  
defertur & mouetur, non autē locus. At de se & natura  
sua, immobilis permanet. Cū em̄ aliquid in altero est qđ  
defertur, vt naui in flumine ipsam deferēte: verisimilius  
est eā intus, vt in vase, esse dicas, quā i loco. ¶ Quapro-  
pter locus, vt vas immobile est: & vas, vt locus mobilis.  
Existimauerūt em̄, vltimū cœli conuexū: locum sursum,  
quod versus, leuia oīa ferunt. & terrā: locū deorsum, quā  
versus oīa ferunt graua, quia inobilia sunt. Ex quo qui-  
dem, locū esse planum quoddā & superficiē apparet, &  
vt vas cōtinētē. Sed nō rectē putāt. Nā conuexa superfi-  
cies, locus non est: sed quæ circundās simul cum contenti  
extremo sit, & quæ eidem contigua ipsum tangat.

### QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Corpus cœleste, totū quod mundo sensibili supereminet. ¶ Aether, ignis.

**Q** Vintum cap. continet tres conclusiones, & sex  
rationū, locum non esse contēdentiū, solutiōes. 19  
¶ Prima conclusio. Terra, aqua, aer, ignis, in  
loco sunt: corpus autem cœleste, non amplius  
in loco est. Nam omne corpus extra quod alterum cor-  
pus est ipsum continens, in loco est. extra quod vero ni-  
hil est, in loco non est. At extra terram, aquam, aerem, &  
ignem: alterum corpus est, eorum quodlibet continens,  
extra vero corpus cœleste, nihil est. Est igitur terra, aqua,  
aer, ignis, in loco: corpus vero cœleste, nō ampli⁹ in loco  
est. ¶ Et quāuis in loco nō sit: mouetur tñ aliquo modo.  
Nā globi, sphærae q̄ cœlestes, quæ circa globū vltimū cir-  
culo torquent, & semper secundū se totas in eodē loco  
permanēt, secundū suas partes locū egrediunt & mutāt.  
quēadmodū si partē aquæ in tota aqua rotari intelligas.  
Ea vero quæ nō circulo agunt sed deferunt, secundū se &  
suas partes totū mutāt locum, vt leuia & rara, si deorsum  
sunt, sursum feruntur non prohibita: & graua & densa,  
deorsum. ¶ Secunda cōclusio. Vniuersum, secundū se totū 20  
do cœli tum in loco non est: sed secundū varias ipsius partes, in  
sūt i loco. loco variē existit. Nam quod sic in loco est, semper extra

illud aliquid est. extra autē vniuersum, nihil est. extra enī omne & totum, quid esse possit? vniuersum autē, omne & totū est. vniuersum igitur, secundū se totū in loco nō est.

¶ Quidd vero variē secundū ipsius varias partes in loco Quē sunt existat: hoc ideo est, quia quēdā eius partes actu in loco actu in loco sunt, vt quē sunt cōtinua & separata, à circūdantib⁹ tāgunt, quē co. dā potētia: vt quā toti cōtinua, à cōtinēte circūquaq; tang. Quē sunt gē nequeūt, separata vero possunt, quēdā per se: vt quē la in loco nōne mobilia sunt, aut actione diminutionēve, quēdam potētia, vero p accidēs: vt accidētia, anima, cōleste corp⁹, quod ab Quē sunt ipsius parte & inferiorib⁹ globis (qui circulo torquētur) per se in in loco esse denominat. Variē igit vniuersum, secundū va loco.

- 21 ¶ Tertia cōclusio. Cōleste corpus, quāuis extra alia cor per acci-  
pora sit, ea cōtinens, non tamē secundū se totum eorū lo-  
cus esse potest. ¶ Nā locus, corporis cōtinētis extremum co.

est immobile. erit igitur nō totū cōleste corpus, sed extre-  
mum eius, corpus cōtentum circūquaq; tangens: locus.

¶ Est enim terra, in extremo circūdantis aquē vt in loco,  
sita. aqua: in extremo aeris. aer: in extremo ætheris. æther  
vero: in extremo tāgente & cōtiguo cōleste corporis. cor-

- 22 pus autē cōleste, nō amplius in loco est. ¶ Sex rationum,  
locū non esse contentiū, solutiones. ¶ Primā solutio. Primē ra-  
Locus, nō est corpus, neq; ei tres competunt dimēiones. tionis lo-  
Est enim (vt dictum est) terminus, planum, & superficies cum non  
quēdā. Vnde fit, vt non cōficiatur idcirco quia locus est, esse pro  
duo corpora simul esse: neq; vt spaciū & dimēionem lon-  
gitudinis, latitudinis, & profunditatis capacem concede-  
re cogamur. ¶ Secundā. Punctū, lineā, superficiē, per se nō  
est locus, vt dictum est: sicut neq; aliorum accidentiū.  
Neq; eadē in ipsis, quā in corporibus à loco circūquaq;  
cōtētis, militat ratio. ¶ Tertiā. Locus, est elementorum  
& corporeorum. non quidē quia ex ipsis essentia constet,  
aut corpus sit, sed quia elementorum & corporeorū extre-  
mum quoddam & terminus sit. Vnde rationabiliter cor-  
pora naturalia, in seinuicem natura sita sunt. vt terra in  
aqua. aqua in aere, & aer in æthere: quā adinuicē cognā-  
ta sunt corpora, vt in seinuicē conseruentur, & se tangunt

- mediante loco & suis extremis, ut adinuicem agant & par-  
 riantur. Est enim aqua, ut potentia: aer, ut forma & actus.  
 & aqua, potentia aer est, sed hoc aliis diligentius exequetur.  
 Quartæ. ¶ Quartæ. Locus locati efficiens est ut cōseruans &  
 ut finis. illius enim gratia mouetur: cum extra fuerit, atq;  
 Quintæ. locus locatū cōseruat. ¶ Quintæ. Locus non est in aliquo  
 ut in loco, sed ut numerus in finito, & termin⁹ in eo cuius  
 est terminus. Non enim omne quod est, in loco est: sed  
 Sextæ. corpus sensibile. ¶ Sextæ. Non omne corpus dicimus in  
 loco esse. Nam cœleste corpus aut eius vltimum globum  
 in loco esse negamus: quāuis omne sensibile corpus in lo-  
 co esse concedamus. Neq; aucto corpore, locum augeri  
 oportet. Est enim terminus, cui per se augeri nō conuenit.  
 Continens tamen corpus, aucto aut diminuto corpore  
 contento, aliquādo densatur, aut rarefcit. ¶ Hæc itaq; de  
 loco, an sit, & quid sit: abundanter dicta sufficiant.

# SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Vtres, vasa quædam ex pellibus animalium confuta,  
 ut caprarum, & quæcūq; in animali continentur, ut stoma-  
 chus & vesica.

- ¶ Sextum cap. continet duas cōclusiones, & quatuor ra-  
 tiones vacuum esse contendentes. ¶ Prima conclusio. 23  
 ¶ Solutio. Consequens de vacuo (ut de loco) Physica deter-  
 minatio est. ¶ Nam locus & vacuū apud antiquos  
 eādē habuerūt fidē atq; incredulitatē. Putauerūt enī idē  
 subiecto, spaciū, locū, & vacuū esse, ratione vero differre  
 Antiquo & plura esse. Nam spaciū cū est corpore plenum, vocāt  
 rū de vā locum: cum vero corpore vacat, appellant vacuum. Idcirco  
 cū snia. co Physica cōsideratio (ut de loco) erit videre an sit, quo  
 Prima ratio modo, & quid sit vacuū. ¶ Secunda conclusio. Peccabat 24  
 tio Anaxagoras, volens vacuū non esse ostendere. argumen-  
 xagoræ. tabatur enim sic. Vtres inflati fortiter resistunt, quos vul-  
 gus putat inanes & vacuos. est igitur aer: aliquid, quæ  
 Secunda, vacua videntur, replens. non est igitur vacuum. ¶ Item  
 clepsydre, obturato superiore ore, per inferiora forāmi-  
 na aquam non admittunt. & hoc est, quia aer aliquid est  
 intus resistens: qui nisi egressum habeat, aqua subire ne-  
 quit, igitur vacuū nihil est. ¶ His enim rationibus bene  
 contendit



contendit aerem esse aliquid, sed ad datum problema nō arguit. Nam ostendere habet, non esse spaciū actu à corporibus separātū: aut nō esse omnibus (vt vult Democritus & Leucippus) insertum, aut supra cœlū ipsum & terram ambiens, vt vult Citienſis Zeno.

25 ¶ Quatuor rationes vacuū esse contēdentes. ¶ Prima. Motus localis est, est igitur vacuū. Nam si res per vacuum non moueatur, per plenum moueatur necesse est, corpus igitur locatum, per corpus mouebitur: & duo corpora simul erunt, quod est impossibile. Nam si duo: & plura duobus simul erunt, & in paruo corpore simul erit & maximum (nam plura parua, vnū magnum constituunt) & in eodē simul plura æqualia & inæqualia. ¶ Hac ratione victus Melissus, q̄ nihil nisi in vacuo moueri queat: nolens concedere vacuū, nihil posse moueri dixit. Et cōsimilem formant de augmentatione rationem: quia oportet alimentū recipi, aut in pleno, aut in vacuo. ¶ Secunda. Dolia, tantum vini recipiūt, vino cū vtribus recepto: quātum sine vtribus reciperent. Est igitur in vino vacuum, vbi se huiusmodi vtres recipiant. ¶ Tertia. Vas cineribus plenum, tantūdem aquæ recipit: quantū idem vacuū. Est igitur vacuū: in quo aqua excipiat. ¶ Quarta. Sine vacuo corpora à seinuicē disticta & discontinuata esse non possunt. Aiunt enim Pythagorici: discretionis omnium rerū causam esse vacuum, & à cœlo in omnia inspirari, & primū numeros & numerosum vnitates disſungere & discriminari. Est igitur vacuū. ¶ Hæ sunt rationes vacuū esse cōtēdentes. Postea quid nomine vacui intelligendum est: perquirendum.

#### SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Priuatum corpore: non repletum corpore, natum repleti. ¶ Circuli, orbis, sphaeræ, globi.

26 ¶ Eptimū cap. cōtinet tres cōclusiones, duas rationes ad secūdā, & quatuor rationū vacuū esse cōtēdentū solutiōes. ¶ Prima cōclusio. Nō recte diffiniērūt vacuū: dicētes, ipsum esse id in quo nihil est. ¶ Nā pun cui diffinitum est in quo nihil est, non autē est vacuū. Credebāt enī tunc, hi, omne quod est esse corpus: & omne corpus alicubi esse. Et hinc fieri, vbi non esset corpus, nihil esse: & vacuū esse.

Rationū  
vacuū eē  
probātū  
Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.



**Secunda.** ¶ **Secūda.** Neq; recte diffinitur, quodd sit in quo nullū gra-  
ue est, aut leue. ¶ Hanc diffinitionē syllogismo perquirūt  
hoc pacto. Omne corp<sup>9</sup> est tāgibile: & omne tangibile est  
grauē aut leue: est igitur omne corpus aut leue aut grauē.  
Sed hoc incōuenienter. ¶ **Primo.** Quia pūctū esse vacuū  
consequit. Nullū em̄ in eo, grauē est aut leue. ¶ **Secundo.**  
Quia si quid corpore colorato aut sonoro grauitatis & le-  
uitatis experte sit repletum: id vacuum non dicant, haud  
secus q̄ si qd corpore cōlesti (quod neq; grauē esse, neq;  
leue, postea ostēdemus) repletū sit, cui tamē assignata diffi-  
nitio cōpeteret. Non recte igit ea diffinitione vacuū diffi-  
nitū est. ¶ **Tertia.** Itē neq; hoc pacto (vacuū est in quo nō  
est hoc aliquid, neq; substātia corporea vlla) ipsum recte  
diffiniūt. ¶ Nam ipsis cōcedentibus, hæc diffinitio mate-  
riæ cōpetit: & vacuū dicūt esse materiā. Atqui materiā  
à corporibus separari nō potest, vacuum autem petunt à  
corporibus esse separabile. Fieri igitur nequit, vt ex hac  
diffinitione nō incurrant contradictionem. Rectius ergo  
diffiniuissent vacuū, dicentes vacuum esse locū priuatum  
corpore. Locum enim & vacuum, sola ratione sciuntes  
runt, putantes idem cū corpus exciperet, locum dici debe-  
re: cum vero corpore deficeret, idem esse vacuum. Sed q̄  
non sit huiusmodi dimēsum spaciū, rerū locus: iam ostē-  
sum est. Et de hoc, quodd neq; alijs modis ponendum sit

**Solutio** vacuū: latius futura est disputatio. ¶ **Nunc** verd, rationes  
primæ ra vacuum esse contēdentes diluamus. ¶ **Primæ solutio.** Vt  
tionis va sit motus, vacuo nō est opus. Nam corpora alterari vide-  
cum esse mus: quæ vt alterentur, loco non egent. Et ideo iusta ob-  
probātis. iurgatione arguitur Melissus, qui (quodd nō esset vacuū)  
nihil posse moueri dicebat. Sed neq; vt sit motus localis:  
vacuo opus est. possunt enim corpora, sibi mutuo succede-  
re. possunt & circuli, locum nō mutando, in seipsis moue-  
ri: & partes aquæ, in aqua rotari. & alia humida, in suis lo-  
cis ipsa nō egredientia: vertigine torqueri. Non igitur q̄  
sit vacuū, quia sit motus localis, efficere possunt. ¶ **Quodd**  
vero de augmentationē insultant: si augmentationē acci-  
pian pro quolibet magnitudinis incremento, & diminutionē  
p quolibet diminumento; rarefactionē & densatio

nem sub se continent. Quorum rarefactio nullo subeunte corpore fieri potest: sed alteratione. vt cum ex aqua fiat aer. & densatio, per subtilium corporum egressum: vt cum quippiam comprimitur: à quo aer aut aqua exprimitur. Vnde fit, vt vacuo non sit opus, tali augmentationi aut diminutioni, ne corpora se penetrent, atq; plura simul sedeant. Si verò augmentationem viuentiū (quæ fit alimento suscepto) intelligant: neq; id quidem oportet. Si enim corpora se penetrarent, & alimenti dimensio- nes & residui corporis simul essent: nequaquam maius redderetur corpus, neq; si in vacuo reciperentur. sed de hoc alius determinandi locus. ¶ Secundæ & tertix. Quod arguunt de dolijs & cineribus, hæ rationes se impediunt: & se falsas prodentes, in authores retorquentur. Si enim dolia contentis vtribus, & vas plenum cineribus minus vacui habeant, q̃ si vires & cineres non contineant (hoc enim per se manifestum est) & tantundem aut vini aut aquæ recipiant, ac si vires non haberent aut cineres: res ita ratione effectum est, vt vinum & vires, aqua & cineres se penetrent, & plura corpora simul existant, quod tātopere molliuntur defendere esse non posse. ¶ Quartæ. Negamus corpora interstite vacuo esse dirempta, neq; Pythagoricorum testimonium recipimus.

Secundæ  
& tertix  
solutio.

Quartæ  
solutio.

# OCTAVI CAPITIS ANNOT.

¶ Pondus, grauitas. ¶ Aque veloxia & æque tarda: sunt quæ eodē tempore idem, aut æqualia percurrunt spacia. ¶ Id vero velocius: quod eodem tempore (modo cetera paria sint) maius percurrit spacium. ¶ Id tardius, quod æquali tempore pertransit minus.

30

**O**ctauū cap. continet vnā cōclusionē & octo ratios nes ad eam. ¶ Conclusio. Nō est vacuum priuatum quoddā corpore. ¶ Primo. Quia qui tale vacuum intro duxerunt id fecerunt, vt causa motus tuū esset, & potissimā motus localis. Hoc autē nō oportet. Nam omnes res naturales, determinatas suorum motuum causas spectatas habent: vt corpora simplicia suorum motuum causas habent fursum & deorsum causas habent suas formas. Non igitur introducendum est huiusmodi va-

Causæ  
motus  
localis rerū  
naturalium.

cum priuatum: vt motuum assignemus causas. ¶ **S**ecundo. Si in huiusmodi vacuo sit corpus: causa esse non potest vt sursum feratur, neq; vt deorsum, differentiā enim nullam habet aut naturæ diuersitatem. quare optum est ex vacuo: aut vbiq; feretur, aut nusq; vbiq; autē, impossibile est. Non igitur assignandū est tale vacuum: vt motuum causa existat. At potius oppositum eius quod efficere volunt, asseremus. si vacuū est (vt volūt) motus localis non est. potius em̄ vt motū localem, interimeret, adducere debuerūt: p̄ (vt ratiōe monstratū est) ipsum efficeret. ¶ **T**ertio. Si esset tale vacuum: in locis actū in infinitū abiretur. Nā sicut in vacuo erit totū: ita & totius partes. quēadmodum & de spacio prius dictū est. ¶ **Q**uarto. omnis mor⁹: aut naturalis est, aut violentus. At in vacuo, nihil secūdu naturā moueri natū est. Primo. Quia non est differentiā, qua potius huc q̄ illuc feratur. Secūdo. Quia motus secūdu naturā: aut sursum est, aut deorsum. vacuū autē est vt infinitū: i quo neq; sursum, neq; deorsum assignari queāt. Tertio. Quia vt nihili differentiās assignare non possis: ita neq; vacui. est em̄ vacuū, vt nō ens & priuatio quxdam. Sunt autē loci mutationes natura distinctæ. quare & ea ad quæ ferūtur erunt natura distincta. Igitur, neq; præter naturam & violenter. Est enim motus secūdu naturam, prior: violentus verò, posterior. Cuiūq; em̄ motus prior natus conuenire non est. neq; eidem posterior conuenire natus est. Qui igitur tale statuunt vacuum, omnem interimunt motum: non modo naturalem, sed & violentum. ¶ **Q**uinto. Videmus proiecta moueri, proijciente nō tangente. Et hoc (vt aliqui volūt) quia diuisum retro circū fluit, & velocissime reciprocatur, pellendoq; succedit. Aut quia corpus pariter pulsū, vt aer (qui ad motum aptior est) ipsum continue pellit. At vacuo existente: neutra potest esse harū causarum, vt proiecta moueātur. quare si volum⁹ saluare motus: necesse est interimere vacuū. ¶ **S**exto. In vacuo nullus assignare possit causam, cur quod mouet, hic potius q̄scat q̄ alibi vbiq; q̄. Quare vnūquodq; quod moueatur, aut vbiq; natum est quiescere & vbiq; ferri: aut tollendum est vacuum. Res autem vbiq; natas




quiescere, & ubiq; natus ferri: manifestum est impossibi-  
le esse. Confectum est igitur, vacuum (quo de agim<sup>9</sup>) nō  
esse, & de natura tolli debere. ¶ Septimo. Duas causas co  
gnoscimus, quibus mobilia velocius & tardius mouent<sup>r</sup>. locitatis  
Prima est mediū (per quē mobilia mouentur) in rari  
tudine & densitate, inxqualitas, medio enim rariore: mo-  
bile veloci<sup>9</sup> (modo cetera paria sint) q̄ densiore, mouet<sup>r</sup>. bilium.

Vt aere, q̄ aqua: & aqua: q̄ cæno aut terra. Et causa in  
promptu est, quia rarius mediū & subtilius min<sup>9</sup> resistit  
& impedit quod fertur: densius vero & grossius, magis.  
Secūda causa, est ponderū aut leuitatū inxqualitas corp<sup>9</sup>  
eī leuius aut grauius corpore minus aut leui aut graui  
(modo cetera paria sint) velocius fert<sup>r</sup>. Quæ ut liquidi<sup>9</sup>  
appareāt, sit A mobile. B dens<sup>9</sup> mediū (vt aqua) p̄ quod  
ferat<sup>r</sup>. A. C Tēpus ī quo ferat<sup>r</sup>. D equale mediū subtilius,  
vt aer. E Tēpus quo mobile A p̄ mediū subtili<sup>9</sup> D, fert<sup>r</sup>. A  
mobile: tardius feretur per B q̄ D, secundum exigentiam  
densitatis & resistētiæ. vt si B sit duplo densius, & duplo  
magis resistens, D verò duplo rarius & minus resistens:  
A per B duplo tardius mouebitur, & tempus C erit du-  
plum ad E. Et semper q̄tō fuit densius & magis resistēs  
mediū: tantō tardius mouebit<sup>r</sup>. contrā verò, quātō subti-  
lius & minus resistens: tantō velocius. His itaq; positis,



sic deducimus rationem. Quanto corpus medium magis A mobilis  
resistet, tantō tardius: & q̄tō minus resistens fuerit, tantō le. B spa-  
to mobile mouebitur velocius. Et quæ proportio excedentis ad  
dentis mediū ad excessum: talis erit temporis ad tempus. plo dens  
& qualis, temporis ad tempus talis & spaciū ad spaciū. sius. C tē-  
Vt enī spaciū ad spaciū: ita tempus ad tempus, & pus mot<sup>9</sup>  
motus ad motū. Quod si nulla proportio excedentis & A ī B. D  
excessi inueniri queat: neq; profectō temporis ad tempus spa. du-  
inuenietur vlla. At verò pleni ad vacuū nulla est propor<sup>9</sup> plo ra. E  
tio: neq; nihili ad numerum, & lineæ ad punctum. Dis tēpus mo-  
uiditur enī excellens omne in excessum, & id quod ex t<sup>9</sup> A ī D.  
cedit. Si quid igitur moueretur, nunc in pleno, nunc in  
vacuo: temporis ad tempus nulla esset proportio. at ve-  
rò, omnis temporis ad omne tempus est proportio. Mo-  
uebitur igitur in vacuo in non tempore. hoc autem, im-





possibile. ¶ Octauo. Sit A mobile, B alterum & omnino æquale, C vacuum, D tantum plenum. Et Moueātur mobilia A, B, si possibile est: A in vacuo, & B in pleno. Si dicās A mobile moueri in C in tempore: hoc statim ostendo impossibile. Primo. Quia omnis temporis ad tempus proportio est. & quæ temporis ad tempus proportio, eadem spaciij ad spaciū, vt si dupla: dupla, si tripla: tripla, aut quæuis alia. Erit igitur proportio vacui ad plenum, quod esse nequit. Secundo. Si proportio vlla sit, vt exempli causa, tripla (quæcumq; aliam posueris, idem valuerit) Jessingo E spaciū plenum æquale spacio D, triplo subtilius, atq; triplo minus resistens: per quod moueatur B, ipsum B triplo mouebitur velocius per E, quàm D. quare & tempus in quo mouebitur per D: erit triplum temporis in quo mouebitur per E, & in tēpore æquali æqualia mobilia per æqualia spacia, alterum vacuum & alterum plenum, mouebūtur. Et non modo hoc incommode in C. B di sequatur, sed & vacui & pleni, C & E, ad D plenum, mobile in eadem erit proportio, quæ manifesta impossibilia sunt, D & E. C Igitur mouebitur in non tempore: quod cum iterum sit vacuū, D impossibile: relinquitur ipsum in C moueri nō posse. Cōspiciat, triplo factum est igitur propter quod ponebant vacuum (posuissent, E nebant enim propter motū localem) propter id neq; posuissent, E nebare, neq; esse posse.

A mobili rum plenum, mouebūtur. Et non modo hoc incommode in C. B di sequatur, sed & vacui & pleni, C & E, ad D plenum, mobile in eadem erit proportio, quæ manifesta impossibilia sunt, D & E. C Igitur mouebitur in non tempore: quod cum iterum sit vacuū, D impossibile: relinquitur ipsum in C moueri nō posse. Cōspiciat, triplo factum est igitur propter quod ponebant vacuum (posuissent, E nebant enim propter motū localem) propter id neq; posuissent, E nebare, neq; esse posse.

¶ Noni Capituli A n n o t. ¶ Tempus ¶ Dimēiones se penetrarent: si eundem sitū in se inuicem mot⁹ B i habentes, quicquid occupat vna, occuparet & reliqua. D. G tē. ¶ Cubus, est corpus æquā longitudini latitudinē & profunditatē retinēs: qualia sunt quæ tessellarū figurā habent. A i C, & ¶ Dimensio, dimensio. Cyathus, vasculū potorium. B in E.

¶ Noni cap. cōtinet duas cōclusiones, tres rōnes ad primā, tres ad secundā & Xuthi rōnis solutionē. ¶ Prima cōclusio. Vacuū vt separatū spaciū & 31 dimētio: minimē est. ¶ Prius enim nō esse huiusmodi separatū spaciū diximus. & idcirco rectē dictū vācūū nō posse esse, quæ rei (pro qua capi possit) nomen vacuum sit & inane. Id tamen adhuc his nitimur ostendere rationibus. ¶ Prima, Dimēnsiones se penetrare nequeūt, vt corpus,

corpus alterū. vt si ponas cubū in aqua: tantūde aque cedere cubo, liquidū perspicim⁹. & ita si ipsum in aere locas. Quis hoc vsque adeo sensui manifestū nō sit. Et hoc est, ne dimensiones & corpora se penetrent. Igitur & eidē cubo in separato vacuo sito, tantūde dimensionis vacui cedere oportet. alioquin dimensiones & corpora se penetrant. Quod si dux dimensiones & duo corpora se penetrāt: cur se nō penetrent tria, quatuor, imō & omnia: par, eademq; militat ratio, quæ sunt impossibilia. ¶ Si forte dicas: corpus penetrare posse vacuū, quia nihil sit tale vacuum. hoc nos ipsi volum⁹: & nomē vacuū, & natura, & re subiecta vacuū & inane bene reputam⁹. Quidd si dixeris, corpora posse penetrare vacuū, quia neq; graue neq; leue vacuum est: subterfugiū est. Nam quis intelligas ligneum cubum: caliditate, frigiditate, grauitate, leuitate, & cæteris accidētibus, remanente dimensione, spoliatum: tantūdem aquæ occupabit atq; cū cæteris accidētibus & tantūdem aquæ ei cessurum est. Occupat enim locū, non quidem quia calidus, frigidus, grauis aut leuis: sed quia tāti (qui relictus ponitur) dimensus. Sed quo differet tū cubus & cubi dimensio à tanto spaciū quod cōfingunt⁹. ¶ Secūda. Si esset huiusmodi spaciū, & in se recepta conseruaret: nō opus esset altero exterius circūdatē. quod tamen omnibus naturæ entibus exploratum est esse. Quod si nō saluet, quid eo naturæ opus est? Non enim vt locus sit. nam alium natura rebus prouidit locum, neq; vt saluet, neq; ob aliud quicq; esse videt⁹. Non est igitur tale vacuum vt separatū spaciū in rebus locandum. ¶ Tertia. Tactu corpora in mūdo discernuntur: vt aer, vt aqua. sed vacuū nusquā apparet, neq; in aere, neq; in aqua, etiā si pisces ferrei essent, ne sentirent quidem. Exulat igitur huiusmodi vacuum à natura explosum: & quod nusquam comparere audeat. ¶ Secūda conclusio. Item neq; vacuū corporibus immersum, ponendum est. ¶ Existimauerūt enim aliqui propter rarum & densum (quæ ex corporis cōpressione, & cōpressi iterata ampliatione percipiunt⁹) oportere esse quēdā minutula vacua: quæ & vacuū corporibus immersum di-  
Xuthi de vacuo se-  
cebāt, quod nisi esset (vt Xuthus dicebat) oporteret totū tentia.

mūdum turbari & fluctuare aliquo rarefacto, aut semper ex æquali, vt aeris cyathō, æquale vt tātūde aquę generari: aut nunq̃ quicq̃ aut rarefieri aut cōdensari. Sed quidd non oporteat hmōi vacuum esse: his paucis ostendimus. Nā ipsum primo spaciū esse separatū: rationes eadē (quę superius factę sunt) vetāt. Neq; erit vacuū nō separatū. ¶ Primo. Quia huiusmodi vacuū ponūt, vt causā motus sit, causā autē mot⁹ esse nō posset, nisi eius q̃ sursum. Est em̃ (vt aiunt) raritatis & leuitatis causā: quę solū sursum ferunt, vt ignē ocysimē ferri sursum, q̃ rarissimus & leuissimus sit, credūt. At verd̃ vt saluēt huiusmodi motum: non oportet ponere ipsum. Nā dicant: cur grāue mouēt deorsum? si dicāt, natura: & id de leuibus dici poterit, non ponendo vacuū. ¶ Secūdo. Quia tale vacuū moueret corpora quibus esset immersum, vt vtres corpus sibi annexū ē fundo aquę sursum euehant, mouerēt igitur vacuū & in vacuo altero reciperetur. Sed quo ferri posset? & quomodo in loco recipi? ¶ Tertio. Si ponūt ipsum per se moueri: oporteret eius motū esse velocissimū, imō nulli motui velocitate cōparabilem, quod esse nequit. Sed esto dicas ipsum nō per se moueri: de corporib⁹ quę ab ipso moueri dicūt, idem accidere cōtingit. Nam aut ipsorū plenum (cū moueantur) in pleno recipitur, hoc autē esse nequit, vt & ipsi cōcedunt. Nam corpora se penetrarent. Recipitur igitur semper in vacuo: quod nullā ei prębet mouendi resistētiā. Et nihil refert an eorū vacuū in pleno, vacuūve recipiatur: quia nihil ei resistere potest. Perinde igitur erit: ac si corpora ponas in vacuo moueri. At verd̃ ostēsum est corpus in vacuo nō posse moueri: aut moueri in nō tempore. Non est igitur hmōi vacuū vllū corporibus immer-

**Xuthi** rationis solutio. Soluens  
tionis so-  
tio, sum, in natura ponēdū. ¶ **Xuthi** rationis solutio. Soluens  
da est igitur eorū ratio: qua vincunt āstruere vacuum, corporibus immersum, & qua quidem volūt, si nō sit vacuū, neq; esse raritatem aut densitatem: aut oportere cœlum turbari & fluctuare vno corpore rarefacto, aut cōdensato, aut semper ex æquali æquale generari, vt ex æquali aqua, æquale aerē: & ex æquali aere semper aquā æquale, quorū opposita manifesta cōspiciunt, vt ex aqua plus aeris fieri.



**¶** Dicimus non esse tale vacuum & tamen raritatem & densitatem esse: & neque idcirco cœlum turbari & fluctuare operari, neque semper ex tanto & æquali tantum & æquale generari. Nam contrariorum calidi & frigidi & aliorum eadem est materia: quæ quidem quæ prius est potentia, postea fit actu. Neque alia est frigidi & calidi materia re ipsa, sed una numero, ratione vero duo. Similiter eadem est materia rari & densi, magni & parui, ut cum ex acre fit aqua, nec aliud quicquam essentia ipsa accipit materia, sed fit actu quod erat potentia, ex magna dimensione parvam accipiens. Aliquando contra, ex parua in amplitudinem surgens, ut cum ex aqua fiat aer, aut cum maioris molis aer in minorem recidit, aut ex minori in ampliorem iterum exurgit. Est enim materia, ad utrumque in potentia, nam sicut ex calida fit frigida, & ex frigida fit calida: ita & aliquando ex magis calida minus calida, & ex minus calida iterum magis calida, nulla tamen eius pars calidior fit, quæ non esset prius calida: cum minus calida erat, sicuti si intelligas circuli circumferentiam quæ continue in orbem arctior fiat, centrum versus decubens: nullæ partes illius deuiiores curuioresque fiunt, quæ non deuiæ & incuruæ fuissent prius, ite sicut scintillæ non est accipere magnitudinem sine caliditate & calore: sic neque est accipere materiam partem quæ non extendat rarefacto corpore, & quæ non densetur & coarctetur corpore defato, quia sicut alijs affectionibus eadem materia est: sic & rarefactioni & condensationi, & utrisque (quemadmodum cæteris) est potentia.

**¶** Ex his, ad id quod obijciunt prompta patet responsio, Graue & neque statuendum esse vacuum ut sit leue. Nam leue & molle, durum contrarium consequuntur: quod statuimus sine vacuo. & graue sequitur & durum consequitur densum. Non tamen semper oportet, densum, quicquid grauius fuerit durius sit, hoc enim in ferro & plumbino cognoscimus discrepare. Et leuitas sursum est motiua, & grauitas deorsum, molliores vero & durities, passionēs sunt potius alterationis effectiuæ & non secundum locum mutationis. Nos ergo motum sursum & deorsum & eorum causas saluamus ita dicentes. Introducetes vero vacuum, solum motus sursum & eius causam (sed apparere quidem) saluabant. Et hæc de vacuo abundantius dicta sufficiant.



## DECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Id alterum metitur: quod aliquoties sumptum, aut excedit, aut æquat. ¶ Nunc, primo. ¶ Totius cœli conuersio intelligitur, cū motus ipsius ab eodem puncto in eundem punctum fuerit regredieris.

**D**ecimū cap. cōtinet tres rationes tempus non esse cōtendētes. quatuor de tempore antiquorū opinioniones. secūdx, terix, & quartæ reprobationes.

**Rationū** ¶ Tres rationes quod tps nō sit. ¶ Prima. Quod 34  
tēpus nō cōstat ex ijs quæ nō sunt, nō est. tēpus aut cōstat ex præte  
esse. pbā. rito & futuro, quæ nō sunt. Nā præteritū, iā factū abiit: fu  
tū priā. turum vero, nondum est. igitur tēpus non est. ¶ Secunda.  
Secūda. Omni composito existente: vt oēs aut aliquæ eius partes  
existant, necesse est. nulla autē partiū temporis (vt dictum  
est) existit. igitur neq; tēpus existit. esset enim tēpus cōpo  
situm. Et esto nunc sit: nunc tamen, temporis nō est pars.  
Nam pars, est quæ totū metitur. nunc autem, tempus me  
tiri nequit: vt neq; punctus, lineam. nō ergo temporis erit  
pars. nō enim tempus, ex nunc compositum esse videtur.  
**Tertia.** ¶ Tertia. Si tempus est: cum nunc temporis non sit pars,  
est temporis terminus. videtur enim, præteritū & futu  
rum determinare. Hoc autem videtur esse nō posse. quia  
aut continuē esset alterū & alterū nunc: aut semper: vnum  
idemq; manēs. Non cōtinuē alterum & alterum: quia aut  
prius maneret cum posteriori. hoc autem non. nam plura  
instantia simul esse nō possunt. imō neq; plures temporis  
partes: nisi forte alteram vt plus, alteram vt minus, contē  
nentem intelligas. Aut corrumperetur nunc prius. hoc: au  
tem non minus impossibile est; quia nō corrumperetur in  
seipso. esset enim simul, & non esset. Neq; in tempore se  
quēte: nam partes haberet. Neq; in altero nunc: quia vnū  
nunc nō simul est cum altero, vt neq; punctus cum pun  
cto: sed inter quælibet duo, est tempus interiācēs: in quō  
quidam sunt alia nunc innumera, cum quibus oporteret  
Non sem simul ipsum nunc prius manere. ¶ Neq; semper est nunc  
per idem vnum, idemq; manēs. Primo. Quia nullius diuisibilis finis  
nūc esse. tis (cuiusmodi aliquod esset assignabile tēpus) tantū vnus  
terminus est. nunc autem, est terminus. ¶ Secundo. Quia

nullū cōtinuū vno termino cōtentū esse pōt. tēpus autē est cōtinuū. Tercio. Quia ea quę facta sunt ante annū decies millesimū, simul essent cū his quę facta sunt hodie. nā in vno, eodēq; nūc quę statim impossibilia vident, non igit

35 est tēpus. ¶ Quatuor de tēpore opiniones. Prima est, di Prima de cētū tēpus esse cōli motū. ¶ Secūda est, dicētū tēpus esse tempore circuli, sphæramq; cōlestē. hac ratione moti dicunt quodd opinio. tēpus cōtinear omnia. circulus aut, sphæraq; cōlestis omnia Secūda. cōtinet. nō intelligentes, res aliter tēpore, & aliter circulo & sphæra cōtineri. Poterāt enim in oppositū illi? facilius duci, vidētes quālibet partē tēporis, vt pręteritū & futurū, esse tēpus, nō aut circulū & sphæra: neq; quālibet partē circuli sphæraq; circulū esse & sphæra. Et si plures circuli sint & sphære, plura simul esse tēpora. Sed hoc certē stultius est, q̄ vt cōsiderationē requat, vt quę ex ipso sequuntur impossibilia recenseant, refellaturq;. ¶ Tercia est, dicē Tercia. tium tēpus esse totius cōli cōuersionē. Sed quomodo? cum die existēte, & nocte existēte, tempus non esset. non enim aut die aut nocte existente, est totius cōli cōuersio.

¶ Quarta est, dicētū tēpus esse motui idem. Qui quod Quarta. non rectē dicant, facili est perperdere. ¶ Primo. Quia motus sunt diuersi: tēpus verō, omnium vnum. & motus solum in ijs sunt, quorum sunt motus: tempus verō vbiq; & rebus omnibus adest. ¶ Secūdo. Quia simul motū motu velociore, & motū motu tardiore, assignas: non autem tempus tempore velocius aut tardius, assignare potes. ¶ Tercio. Motus velox & tardus, tēpore diffinitur. Est em̄ motus velox, quo mobile ī pauco tpe multū p̄trāsīt. Tardus vero, quo qdē mobile in multo tēpore p̄trāsīt parū. tēpus aut (adiūge si libet aut velox, aut tardū) tpe nō diffiniat. Nō est igitur tēpus: aut motui, aut mutationi idem. nihil enim hic inter motū & mutationē interesse ponimus.

#### VNDECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Motus, motus localis, latio. ¶ Nunc primo, mobile: vt id quod est ad tempus relatum. ¶ Secundo: temporis, im̄ partibilis terminus. ¶ Numerus primo, numerus quo numeramus, numerus numerans, vt ratio. 2. 3. 4. 5. 6. ¶ Secundo: numerus numeratus, res numerata.

**V**Ndecimum cap. cōtinet duas cōclusiones. duas rationes ad primā, diffinitionē tēporis, declaratiōne, & triū rationū tēpus nō esse cōtēdētū, solutiōnes. ¶ Prima cōclusio. Tēpus, aut aliquid motus

Tēporis est, aut sine motu non est. ¶ Primo. Nā cum intelligentia rationem motum nō capimus, neq; tempus capimus. quēadmodū motui cō accidit nobis dormientibus: cū enim expergiscimur, nūc iungi, primum posteriori nunc iungimus, ac si nullum intercessisset mediū: quia motū interiacentē non pereipim⁹. quod ijs quoq; accidit, qui vt fabulę tradūt, in Sardo apud Heroas dormiūt. Signum est igitur, aut tēpus aliquid motus esse, aut sine motu nō esse, ea enim aut simul percipimus, aut nos simul latent: & temporis sensus cū motus sensu semper coniunctus est. ¶ Secundo. Si secundum corpus omnino quiescamus, & obortis tenebris omī officio sensus vacemus, solum animo motum aliquem contemplātes: protinus occurrit & tempus, imd cum nobis cogitātibz occurrat. tēpus: protinus sese animo offert & motus. Quare non modo tempus sine motu non est: sed motus aut aliquid motus esse videtur, vt quod ā motu seiss

Motū & gi, separariq; non possit. ¶ Secūda cōclusio. Motus est cōtinuus, simul & tempus continuū. Nam quod loco motinuū eē. uetur: ex quodam mouetur in aliquid, spacio quodā & interuallo medio, & simul cum magnitudine continua attenditur. Est igitur motus (vt spacium & mediū interuallum) continuus. qui cum sit cōtinuus, & tēpus aliqd ipsius motus continuū erit. videtur enim tempus, prius & posterius esse in motu. Vnde sicut in magnitudine & spacio, aliquid est prius, & aliquid posterius: ita & in motu, aliquid prius est, & aliquid posterius. Id enim motus prius est, qd magnitudinis respondet priori. & posteri⁹, quod posteriori. At hoc interest. quia magnitudinis prius & posterius fixa permanet: mot⁹ verd prius abolet posteriore succedente. Et prius & posterius in motu & mot⁹, idē sunt: rationes autem, diuersę. ¶ Ex his diffinitionē tēporis elicimus: qudd tempus sit numerus motus secundum prius & posterius. ¶ Tunc enim tempus intelligimus, cum in motu duo extrema animo cōstituamus: hoc

Quid tēpus, idē sunt: rationes autem, diuersę. ¶ Ex his diffinitionē tēporis elicimus: qudd tempus sit numerus motus secundum prius & posterius. ¶ Tunc enim tempus intelligimus, cum in motu duo extrema animo cōstituamus: hoc



prius, illud posterius, inter quæ mediū apprehēdimus: cuius pars prior atq; pars posterior mente cōcipitur, & illud est tēpus. Est enim nunc, tēporis terminus, & hoc quidem suppositio est. Potest & nūc vnum, in apprehensione tēporis ducere: cum ipsum vt finis & exitus vnus sit capimus & in itū alterius. Ex hoc enim, prioris & posterioris sensus elicitur. Nā prius id erit, cuius nūc exitus fuerit, id posterius, cuius nunc ponetur initiū. At verd quidd tēpus recte dicatur numerus, signum, quia ratione temporis, plus & minus motui attribuimus, hæc autem, soli numero cōpetunt. Est igitur recte dictum, tempus esse numerum.

39 ¶ Bisariam tamen dicitur numerus. ¶ Primo. Quia quicquam numeratur, ratio. ¶ Secūdo. Quod numeratur, & res ipse numeratur. Tēpus autē, numerus est qui numeratur, & res ipse numeratur. ¶ Triū rationū tempus nō esse cōtendentium, solutiones. ¶ Primæ & secūdx. Tēpus & temporis partes sunt, quomodo motus & motus partes, & sicut motus, continuē alius & alius est, ita & tempus. ¶ Tertie. Ipsum nūc quod deferē, ipsum mobile est: quod ideo nūc appello, quidd ipsum motui cōparatum sese habeat vt punctus ad lineam, nihil sua entitate, suaq; essentia successionis retinēs, & hoc quidē, prius & posterius meretur tēpus. Et test continuē vt idē: quia vnū quodq; est id ipsum quod est, & est vt nō: quēadmodum punctū quod deferē (vt lapis aut aliud quicquam) semper id ipsum quod est, idem est, ratione verd alterū, sicut nititur sophiste ostendere Coriscū alterū esse in domo, & alterū in theatro. Et in ipso quidē nūc vt fertur: cognoscimus prius & posterius, & ex eius numero confatur. Quod enim mutabile est secundum prius & posterius, ipsum nūc est. Et motus ppter id quod mouet est: & loci mutatio propter id quod fertur. Et si non sit tēpus, neq; nunc est: & si non est nūc, neq; tēpus. Sunt enim hæc simul, vt si non sit loci mutatio, neq; quod fertur. Et ipsum nunc quod fertur vt numeri vnitas est, quæ cōtinuē cogitatione & intellectu, alia: numerum cōstituit, tēporis numero correspondens. Nunc verd capimus & alio modo, vt quod sit tēporis extremū & terminus. Vnde dictum est, vt magnitudo continua est, ita &

Duplex numerus.  
Rationū tēpus nō esse cōtendentium solutiones.



secūdum locū mutatio, à qua & tempus habet vt sit continuū. Et sicut magnitudinis punctum terminat & continuat, vt vnius finis, & alterius principium: ita & nunc quodāmodo terminat tēpus. & nūc vno vt duobus vtimur. numerus hic tamē, tempus non est. nam mobile statet & quiesceret, sed numerus prioris & posterioris, motus inter duo nunc cōstitutus, ille est tempus. ¶ Vnde fit, vt nulla tēporis pars, enadat ipm nūc: vt neq; lineę pars, euadit punctū. Neq; tēpus, in nunc & momēta: vt neq; linea in puncta: sed tempus in tempora, vt linea in lineas (quę eius sunt partes) dirimitur. Et ipsū tempus, cum numero quo numeramus maximam gerit similitudinē:

**Analogia tēporis ad numerum.** quāuis sit numerus qui numeratur. Nā sicut idem numerus pluriū vt hominū, equorum & canum, quo ea numeramus esse potest: ita & tēpus idem pluriū motuū numerus. Sed quidd tempus sit numerus prioris & posterioris motus, quodq; continuum plus æquū dictū videtur.

#### DVODECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Id dicimus esse in motu: quod partes, partibus motus habet respondētes. vt actū, actui: atq; potētiam, potētiam.

Vodecimum caput continet septē conclusiones, tres rationes ad quartā, vnū corollarū ad sextā, quatuor ad septimā. ¶ Prima cōclusio. Tēporis, quodāmodo est minimum, quodāmodo verò

41

non est. Nā numerorum minimus, est dualitas: & numeri minimū, ipsa vnitas. Tēpus autē descriptum est esse numerus. Igitur tēporis vt numerus, est minimū: aut duo. aut vnū est. Est igitur tēporis quodāmodo minimū. At verò cum (vt dictū est) tempus sit continuum & continuorum, vt lineę, nō sit minimum (semper enim diuisibilis, linea est) temporis: vt continuum est, non est tempus minimum. Vnde ratione non caret: cur tempus, multum & paucum, longum & breue, & non velox propriē dicatur atq; tardum. Nam vtriusq; quātatis, & discretę, & continuę conditionem retinet. Vt igitur numerum esse cōsideramus, ipsum & multū & paucum dicimus. vt verò continuū est, longum & breue. Et cum nullus numerus, propriē velox dicatur atq; tardus, ipsum tēpus neq; vō

- 42 Iox propriè dicimus, neq; tardum. ¶ Secunda conclusio. Omnium simul existentium & ubiq; est idè tēpus: prius tamē tēporis & posterius, nō idem. ¶ Nā omnia simul existētia & ubiq; metiuntur, vt numerus idē, centū homines & centū equos, quorū alter est numerus centū hominū & alter centū equorū. Et tēpus est numerus, non numerūs, sed qui numerat secūdum prius & posteri⁹: cuius vna pars prius iam facta est, altera verò futura est. Vnde oportet semper
- 43 prius, alterū esse à posteriori. ¶ Tertia cōclusio. Sicut eūdem & consimilē motum redire cōtingit, ita & idè tēpus. ¶ Redeunt em̄ cōsimilia secūdū vices suas, ver, æstas, autūnus, & hyems: quēadmodū cōsimiles motus. Est enim tēpus, numerus ex priori & posteriori motus, sumptus.
- 44 ¶ Quarta. Nō solum motū, tēpore metimur: sed & cōtrā, motu metimur & tēpus. ¶ Primo. Nā tēpus metitur motum, est enim numerus motus, & dicimus tēpus multum aut paucū, in quo multus motus aut paucus factus est, tēpus hoc pacto metiētes. ¶ Secūdo. Quia idem in numerabilibus accidit. Nā denario numero, decē equos appropio: denario decē equos metiēs, & decem equis ediuerso denariū, nō mirū est igitur, & id videri accidere tēpori & motui. ¶ Tertio. Motus comitatur magnitudinē: & motum, tēpus. Meritō igitur sic sese habet tēpus ad motū: vt ad magnitudinē, motus. At magnitudo metitur motum: & motus, magnitudinē. Nam profectiōne dicimus multam: quia via est multa, & ediuerso, viam multā: quia profectio multa est. Debita igitur ratione prouenit, vt & tempus motum metiatur: & ediuerso, à motu remetiatur.
- 45 ¶ Quinta. Res esse in tēpore, est eas mēsurari tēpore. Nam Quid res tēpus est mēsurā motus, & eius quod mouetur, quēadmo esse in tēpore, dū cubitus alicuius magnitudinis, magnitudinē metitur. Cæteras igitur res quæ sunt in tēpore, metitur tempus, & eas esse in tēpore, est eas mēsurari tēpore. ¶ Bisariā em̄ potest aliquid esse in tempore. ¶ Primo. Quia tunc sit, cum tempus ipsum est. Sed putare hoc modo quodcūq; esse in tempore: nihil aliud est q̄ si putes cælū esse in milio, quia tunc sit cælum cum milium est, & omnes res in omnib⁹,

& aliquid esse in motu, & loco: quia tunc sit, cum motus & locus est. ¶ Secundo. Quia sit in tempore ut in numero. Et hoc deducitur, quia hoc est aut ut pars, aut passio, ut unitas, par, impar, in numero. Aut ut in continente & metiente: quæ admodum res dicimus esse, contineri, & mensurari à loco. Ceteræ igitur res, cum non dicantur esse in tempore quia tunc sint, cum sit tempus (nam nihil propriè hoc modo in tempore esse dicas) neque sint in eo ut partes, aut passionis: res linquitur igitur eas esse in tempore, ut in numero continete & metiente. Res igitur esse in tempore, est eas mensurari tempore. Consequitur tamè, cum aliquid sit in tempore: tunc ipsum esse cum tempus est. & cum aliquid est in loco, tunc ipsum esse cum locus est: sed propterea ipsum esse, aut in tempore, aut in loco: acci-

Tempus dicitur. ¶ Sexta conclusio. Res quæ sunt in tempore, patiuntur 47  
causa corruptionis in tempore: & tempus videtur per se esse causa corruptionis, ruptiois.

¶ Nam consueverunt (ut videmus) res in tempore tabescere, putrescere, consenescere omnes: obliuione multa deleri, quorum nihil præter tempus, causam asserre possumus. Est enim numerus motus, motus autem disturbat, & alteram esse facit id quod prius erat. At nihil nouum oriri videmus: cuius nullam causam, præter tempus, asserre possumus. Res igitur quæ sunt in tempore, patiuntur in tempore: & tempus, corruptionis causa esse videtur. ¶ Corollarium. 48

Aeterna non sunt in tempore. Vnde fit, ut immortalia atque perpetua, in tempore non esse dicantur. Neque enim continentur, neque mensurantur à tempore, neque quicquam patiuntur in tempore, ut quæ neque tabescunt, neque senescunt. quod iterum signum est, ea non esse

Tempus in tempore. ¶ Septima conclusio. Tempus, mensura est quietis, 49  
mensura motus. ¶ Nam tempus metitur motum, quies autem, priuatio motus est. Metitur igitur tempus & quietem. eadem enim habitus & priuationis mensura est. ¶ Vnde, sicut motum dicere solemus esse in tempore, & quantus sit assignare: ita

& quietem esse in tempore, & quanta sit assignare. motum tamen, per se: & quietem, per accidens. Tantam enim quietem dixeris, quantus esset motus si tum mobile continuè motum fuisset, atque quantus (qui alibi exercetur) motus. Neque idcirco tamen proprie dixeris quietem: quia in tempore, eam esse in motu, nam non idem est. ¶ Primum corollarium



rollarium. Vnde fit vt tempus id quod mouetur & quod quiescit : vt talia sunt metiatur. Est enim (vt dictum est) mensura motus & quietis, qua quanta ipsa sint, cognoscimus. Non tamen omnino immobile, quiescit : sed prius

- 51 tum motu, aptum natum moueri. ¶ Secundum corollarium. Vnde etiam quod mouet: essentia ipsa non metitur tempus. nam quantitatē non habet: sed eius motus quāti  
52 sint metitur. ¶ Tertium corollarium. Quapropter iterum ea quæ neq; mouentur neq; quiescunt: in tempore non sunt. Nam tempus solum motus quietisq; mensura habet  
53 tur. ¶ Quartum. Fit etiam vt ea quæ nunq̃ aliter se habere possunt: nō sint in tempore. ¶ Vnde quædam sunt quæ nunq̃ aliter se habere possunt: vt diametrum esse incom-  
mensurabilem costæ. Quædam vero nunq̃ esse possunt: vt diametrum esse commensurabilem. Et hæc in tempore non sunt: vt quæ à tempore, vt æterna, claudī nō possint. Alia vero aliquando sunt: & eadem aliquando non sunt. vt Homerus in præterito fuit: quī modo non est. & aliqd futurum est quod nunc non est. & talia & quæcunq; alia quando cum non sint oriuntur, & orta intereunt: esse dicimus in tempore. vt quod eorū esse excedat & superet: & quorum sint generationes & corruptiones.

#### DECIMITERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Terminus, impartibile. ¶ Dirimens, diuidens. ¶ Dirutum, destructum. ¶ Illium, Troianū propugnaculū, Regia Priami. ¶ Atomū, impartibile. ¶ Nuper, modo. ¶ Caries, putredo. ¶ Situs, vetustas.

**D**ecimūtertium cap. continet duos modos nūc, quid olim, quid iam, nuper, quondā, repēte. duo de tempore dicta. & vnā conclusionē. ¶ Nunc, duobus modis dicimus. ¶ Primo, Nunc terminus est (vt Nūc prius dictū est) præteritū futuro cōtinuās, & omnino tem modo. poris terminus, vt huius finis, istius vero vt principium, vt pūcta in linea. ¶ Sed hoc interest. Nam pūctus manet: nunc autē non. & vt pūctus lineam Mathematicam dirimens, vt dirimens vnus subiecto est ratione & cogitatione, duo, & vt coniungens: vnus, vtroque modo. ita & nunc in tempore. ¶ Secundo, Nunc est tempus non lon Nūc secū



do in sege à prædicto nūc vtrinque iacens. vt quādo venit? (q̃a hodie cūdaq̃ si die venit) nūc dicere solemus. Et q̃n veniet? (quia hodie gnifica veniet) nūc veniet dicimus. At vero si quærit quando ditione. rutum est illud: quando factum est diluuium? non nunc respōdebimus. quia ea ab atomo nobis adiacēte, plurimū

Olim. remota sunt. ¶ Olim tēpus importat ad certū impartibile 55

Analo in præterito aut futuro relatū. vt olim Troia diruta est: cū gia per li Troes admiserūt equū ligneum. Olim fiet diluuium: cum neā circū fuerit coniunctio pōderosorum. Et si quæras. cum omne larem: ex tēpus sit finitum: an aliq̃n deficiet. vt ne vllū quidē postea qua Ari sit futurū? ¶ Responso in promptu est. Si semper est futur stoteles la rus motus: & tēpus. & si alius & alius motus: & aliud atq̃ psus ē de aliud tempus. & si idem motus: & idem tempus. Si vero mūdi gter aliquādo cadet motus: & tps casurum est. At vero ipsū nitate. sue nunc videtur ostendere: tēpus nunq̃ casurum: quod lese rat em̃ de habere videtur vt pūctus in circulo. vt semper sit principi tpe philo pium & finis. Non autē principiū potest esse & finis: nisi sophādū priori tēpori succedat alterū. Nam eiūsdē esse principiū p lineā re riter & finis pugnātia sunt. videt igitur potius tps nunq̃ etā: nō at casurū: quin semper reliquū. futurūmve sit vllum. ¶ Iam 56

p lineā cir tēpus propinquū ante aut post præsentī atomo. qd nobis cularem. adiacet. significat. Vt quando profectus es: quia in præter Iam. rito. nostro præsentī propinquo profectus es. respondes: iam. Quādo proficisceris: quia in futuro propinquo p præ senti ibis. respōdes: iam. Non autem sic dicimus Illū iam dirutū: quia eius destructio longe à nostro præsentī absit.

Nuper. ¶ Nuper. temporis præteriti pars est: cum à præsentī nūc 57 parum distet. vt quando venisti? nuper dicimus. cum id præteritum parum à nunc adiacente atomo semotum sit.

Quondā. ¶ Quondam. tempus importat quod multū distet. atq̃ à 58 Repente. nostra memoria sit remotum. ¶ Repente. quod subito fit 59 & ob paruitatem penē insensibile est. tempus importat.

Simoni. ¶ Duo dicta antiquorum de tempore. ¶ Primum est Si 60 des. monidis. dicebat enim Simonides. tēpus esse sapientissimū: quia tēporis beneficio. oīa discūtur & inueniuntur

Paro Py scibilia. ¶ Secundum est Paronis Pythagorici. Dicebat thagoric⁹ enim Pythagoricus Paro. tempus indocile esse & stultissimū: q̃ oīa obliuione deleantur in tēpore. ¶ Conclusio. 61

Rectius Pythagoricus Paro Simonide dixisse videtur. Nā tēpus: poti⁹ causa per se corruptiōis, q̄ rerū ortus esse videtur. mutatio em̄ oīs, à natura remotiua est. tēpus autē: nūmerus motus est. Videm⁹ em̄ cariē, sitū, obliuionēsq; fieri: quarū causam nescim⁹, nisi tēpus asserre. Contrā autē nūhil oriē: cuius nō sit alteram causam asserre, actū, artē, naturam, aurhorē, aut quiduis aliud. Est igit̄ potius (vt Paro sentiebat) tempus causa esse obliuionis & scientiæ interitus q̄ contrā sentiendum. Sed quid sit tempus, nūc, olim, iam, nuper, quondam, repente: abunde dictum est.

#### DECIMIQUARTI CAPITIS ANNO.

¶ Regularis motus, est qui cōtinue æquali tēpore æqualia acquirit spacia. ¶ Spacium, forma, q̄ritas, qualitas, localis mutatio, atq; motionis spacium. ¶ Subiectum, terminus motus. ¶ Sub anima, intelligētiā cōprehēdimus. ¶ Gradarius, triangulus trium inæqualium laterum. ¶ Gradarius, Scalenus.

62 **D**ecimūquartū cap. continet quinque cōclusiones. duas rationes ad primā, & quatuor quēstiones. vnam instantiā ad vltimā, & eius solutiōnē. ¶ Prima conclusio. Omnē motū, omnēmq; mutationē fieri in tēpore necesse est. ¶ Primo. Quia in omni motu & mutatione inuenimus velocius & tardius, est igitur om̄is motus & mutatio, in tempore. Veloci⁹ em̄ id dicimus: quod cōtinue mutātū secundū eandē speciē motus & motu quidē regulari, minori tēpore transit in subiectum, vt datis duobus deorsum latis regulariter eodem spacio motis: id velocius est, quod in minori tēpore spacium conficit, pertransit & absoluit. Et ita datis duobus circulariter motis. ¶ Secūdo. In omni motu est prius & posterius. prius autem & posterius dicuntur collatione facta ad nunc impartibile nobis adiacens, secundum eius aut distātiā, aut appropinquationem. Est enim nunc, præteriti & futuri terminus, est igitur om̄is motus, om̄nisq; mutatio, in tempore. Interest tamen, inter prius & posterius præteriti & futuri prius & posterius. Nam præteriti id dicitur prius: quod à præsentī nunc est remotius, & id præteriti posterius: quod præsentī impartit̄

bili est propinquius. Cōtrā vero sit in futuro. nā id prius  
 est futuri: quod est præsenti impartibili propinquius. id  
 vero posterius: quod ab eodem est remotius. ¶ Quatuor  
 quæstiones. ¶ Prima. Cur tempus esse in cælo, in terra, in 63  
 mari, & quibuslibet alijs reb<sup>9</sup> ponimus? ¶ Secūda. Quo 64  
 modo se tēpus habeat ad animā? ¶ Tertia. Vtrū tempus 65  
 sine anima esse possit. ¶ Quarta. Qualis motus numerus 66  
 tempus sit: an cuiuslibet. ¶ Secūda conclusio. Tempus 67  
 in cælo, terra, mari & cæteris sensibilibus, ponēdum est.  
 Nā oīa hæc mobilia sunt. sunt enim in loco. At tēpus: mo-  
 tus passio aut affectio quædā (quæ numer<sup>9</sup> est) existit. Sūt  
 em̄ mot<sup>9</sup> & tēpus simul: ita vt actus actui, & potētia potē-  
 tie, respōdeat. bene igitur hæc omnia in tēpore esse dici-  
 mus. ¶ Tertia. Si nō sit aīa vlla cōsequēs est vt nō sit in tē 68  
 pus. ¶ Nā si nō sit numerans: neq; numeratū vllū erit. At  
 vero si nō sit anima, nullū relinquit numerās. qd em̄ præ-  
 ter animā, aut animæ portionē intellectu, numerat: igitur  
 si non sit anima, nō erit numeratum. Atqui si non sit nu-  
 meratū: nō erit tempus. Est enim tēpus, numerus qui (vt  
 dictū est) numeratur. At forte cui tēporis ratio accidit: nō  
 hīl prohibet sine anima existere. Est enim motus prius &  
 posterius, vt numerabilia sunt tempus. ¶ Quarta. Tēpus 69  
 non omnis motus sed primi motus numer<sup>9</sup> est. ¶ Nam  
 tempus: omniū motuum mēsurā esse videtur. Primus au-  
 tem motus: merito aliorū metrum & mensura ponendus  
 est. Est igitur tempus: primi motus numerus. ¶ Quinta. 70  
 Primus motus delatio est, quam circulo sphæræq; accōs-  
 modamus. ¶ Nā is motus maxime regularis percipitur:  
 cuius numerus nunq; in incerto est, sed cōstantissime omī  
 æuo perseverans. generatio autē, corruptio, augmētatio,  
 diminutio: non plane regulares. neq; secundum rectum  
 latio: quæ non semper perseverat. Iure igitur delatio quæ  
 toti circulo, sphæræq; accommodata est, primus motus  
 dicitur, & eius tempus esse, quod omnia metiatur. Et cer-  
 te non longe à veritate sentiebant dicentes tempus esse  
 cœli motum: quod alios motus metiatur omnes. Ob hoc  
 enim dici solet, res humanas trahi in circulo: & omnia  
 quæ mouentur, generantur, & corrūpuntur, q̄ omnia in



tempore principium atq; finē accipiant: qui circulus quidam esse videtur. Est em̄ circularis, orbicularisq; motus numerus. In ijs enim quæ mēsurantur, mēsurā conspicit: vt extra quā nihil cadat. ¶ Instātia. Cuiuslibet motus nūmerū dicimus esse tēpus. Quod em̄ generat: generat in tēpore, quod corrūpitur: in tēpore corrūpit. & quod augetur, diminuitur, alteratur, & fertur. Ast alius videt esse numerus eius quod generatur: & alius ei⁹ quod corrūpitur. & ita de cæteris. Non igitur erit tēpus vnū: & vnū uscuīusq; motus. ¶ Respōdet idem esse tēpus omniū dīstorū. vt septem hominū & septem equorū numerus idem septem eos numerās, q̄uis septem homines & septem equi diuersi sint, sicut triangulus æquilaterus & gradarius diuersi sunt, & eūdem ipsorū esse numerū: sicut æquilateri & gradarij, eadem figurę ratio est. Non enim cuiuslibet motus tēpus est intrinsecus numerus: sed pri⁹ mi, vt dictū est, alioqui, simul duo tria, & quotlibet haberi possent equalia tempora. Hanc ob causam, motus cæteri & tempus seorsum sunt. hi multi: tēpus vnū, quia numerus idē ubiq; existens & omniū simul existentīū, imō & tēpus, cætera metitur: & circularē ipsum motū & tempus finitū tēpore finito metimur, vt horā: minuto. cōpletur enim hora, suam mensuram sexaginta minuta. & diem horis & minutis: & mēsem, diebus. Sed haften⁹ de tempore dictum, pro pollicitatione nostra: sufficiat.

¶ Paraphraseos in quartum Physicorum, finis.

## PRIMI CAPITIS PARAPHRASEOS

in quintum Physicorum Annot.

¶ Thorax, pectus. ¶ Pars: pars secundū dimensionem, pars quantitatiua. ¶ Tendit motus in specie: sicut quod partim actu, partimq; potētia est, in totum actum. ¶ Europa: orbis pars tertia. ¶ Subiectum: affirmatione monstratū. Et est affirmatione monstratum: cum affirmationis nomine pariter compositū explicamus & terminū. ¶ Nō subiectū simpliciter, negatione monstratū: cōposito non manēte. ¶ Non subiectū secundū quid, negatione monstratum: composito quidem, aut complēta substantia manente. ¶ Generatio secundum quid; generatio secundū



accidens, secundum accidens mutatio. ¶ Motus: de subiecto in subiectum mutatio, accidentalis mutatio.



Virtus liber Physicorū cōtinet sex cap. Primū cap. cōtinet quatuor diuisiones: & tres cōclusiones. vnam ad tertiā diuisionē. duas ad quartā. & duas rationes ad secundā cōclusionē. ¶ Prima diuisio. Eorum quę trāsmutant: quędā trāsmutant per accidēs, quęadmodū per accidēs dicimus Musicū ambulare. quia id, cui accidit esse Musicū, ambulet. Alia trāsmutant secundū partem. vt cū homo dicatur sanari: quia eius oculus sanetur, aut eius thorax. Alia vero per se: vt quę neq; per accidens, neq; secundū partē trāsmutantur. Et hæc diuersa sunt secundū diuersas trāsmutationes. vt alterū est augmētabile, diminuibile, alterabile, sanabile, calescibile. Et ita mouentiū dicim⁹ quoddā per accidēs, vt cū medicus ædificat. quoddā secundū partē, vt homo percutit, quia eius manus percutiat. & quoddā per se, vt medicus sanat. ¶ Secūda diuisio. Ea quę (cū quid per se trāsmutatur) reperiūtur, quinq; sunt. quod mouet per se, quod per se mouetur, tēpus in quo mouetur, termin⁹ vnde fit mot⁹, & id in quod cōtinuē tendit motus. vt cū lignum calefiat: inuenimus mouēs, calefaciens. quod mouetur, lignū. tēpus motus: horā, minutū. terminū vnde fit motus: frigidū. id quod tendit motus, calidū. & nō est motus in specie, caliditate, in quam tendit: sicut neq; motus localis, in loco. Neq; em̄ ea mouet neq; mouetur. sed (vt iam pridem dictum est) est in mobili vt in ligno. Et mutationes, potius ab eo quod pergunt, denominātur: q̄ ab eo vnde veniant. vt generatio quę est à non esse, & tendit in esse: nomen capit ab esse. & corruptio quę est ab esse, & tendit in non esse: nomen capit à non esse. ¶ Et si quęras. an passionēs, albedo, nigredo, & similes sint motus. Forte q̄ non. sed albatio, denigratio, motus vt sint necesse est. Et terminorū motus, quidam consimiliter est secundū accidens. vt cum dicitur albescens: intelligitur, quidā secundū partē; vt si cū quid mutetur secundum al-

bedinem, terminū assignemus colorem. Albedo enim coloris pars est. Et cum quē dicimus proficisci in Europam: quia proficiscat̃ Athenas. Athenæ em̃ sunt Europæ pars. & horū motuū termini per se, sunt albedo, Athenæ: non, intellectio, colos, Europa. Et de ijs quæ p̃ accidēs mutantur, determinatio relinquitur. quia per accidēs mutatiōes, infinitæ & indeterminatæ sunt. secūdū quas quodlibet in quodlibet mutari possit: & quæ nullo certo p̃cepto claudipossint. De ijs vero quæ per se sunt: futura determinatio est: vt quæ sint finitæ & determinatæ. Sunt em̃ de contrario in cōtrariū aut medium, aut inter terminos cōtradictorios: quod facile inductione cognoscere possis. Neq; hisce quodlibet trāsmutat̃ in quodlibet: sed determinatū in determinatū. vt contrariū & cōueniens, in suū incōueniens. Nec mireris si dixerim de cōtrario in cōtrariū; cum aliqui mutet̃ in mediū, aut à medio in extremū. Nā mediū vtriq; extremo cōparatū: vim, naturāq; cōtrarij obtinet. quēadmodū in fidibus mediæ chordæ vltimis cōparatæ: graues apparēt, eadē vero, primis cōparatæ: acutæ apparent & tinnulæ, ita fuscum, albo cōparatum, nigrū, nigro vero, pinus apparet albū, p̃inde nos medio, vt contrario  
3 vitur. ¶ Tertia diuissio. Omnē mutationem esse oportet aut de subiecto in subiectum: de subiecto in nō subiectū, de nō subiecto in subiectū, aut de nō subiecto in nō subiectum. Subiectū voco affirmatione mōstratum, vt albū,  
4 nigrum. ¶ Prima cōclusio. Solū secūdū tria datæ diuissionis membra, transmutationes sumūtur. ¶ Nam trāsmutationes sunt inter terminos oppositos, id est contrarios aut cōtradictorios. Hoc autē solū erit, quādo transmutabunt̃ de subiecto in subiectū: vt de albo in nigrū. Aut de subiecto in nō subiectū: vt de aqua in nō aquam. De nō subiecto in nō subiectū, nihil pprie & per se mutari dicit̃: quia neq; contraria neq; contradictoria sunt. Solū igitur secundum tria datæ diuissionis membra, trāsmutationes sumūtur. Et mutatio illa quæ est de non subiecto simpliciter in subiectū generatio est. & quæ est de subiecto in nō subiectum simpliciter: corruptio. Est & generatio, secundum quid; & corruptio secūdum quid, vt cum ex nō subiecto

secundū quid in subiectū, aut ex subiecto in nō subiectū:  
 secundū quid transmutatio fit. vt ex non albo, in album,  
 ex albo, in non albū. ¶ Quarta diuifio. Quod non est: tri- 5  
 pliciter dicitur. ¶ Primo. falsum. & id circa cōpositionem  
 & diuifionē est. ¶ Secūdo. quod non est hoc aliquid: & si 6  
 potentia existat. ¶ Tertio. nō ens secundum quid. vt non  
 albū, nō muscum. vnde nō ens primo & secundo: hoc in  
 loco nō moueri dicunt. ¶ Secūda cōclusio. Generatio pa-  
 riter & corruptio, non sunt motus. ¶ Primo. Quia quod 7  
 nō est: non mouetur. quod autē generatur: nō est. Et si em̄  
 quod secūdū quid generatur sit: nō tamē id (quod simpli-  
 citer generatur) est. igitur generatio nō est motus. Et cum  
 solum motus contrarietur motui, aut motui: quies, & cor-  
 ruptio cōtrarietur generationi: corruptio non est motus.  
 Non sunt igitur generatio pariter & corruptio: motus.  
 ¶ Secūdo. Omne quod mouetur: in loco est. quod autem  
 generatur, in loco nō est. nam quod nō est: in loco nō est.  
 quod igitur generatur: nō mouetur. nō est igitur generatio  
 motus. quare neq; & cōtraria corruptio, motus est. ¶ Ter-  
 tia conclusio. Omnis motus est de subiecto in subiectum.  
 ¶ Patet. Nam oīs motus, mutatio est. & oīs mutatio, est  
 de subiecto in subiectū, de subiecto in nō subiectum, aut  
 de nō subiecto in subiectū. Igitur oīs motus est de subie-  
 cto i subiectū, de subiecto in nō subiectū, aut de nō subie-  
 cto in subiectū. Sed null⁹ mot⁹ est de subiecto in nō subie-  
 ctū. est em̄ hęc mutatio: corruptio. Neq; de nō subiecto in  
 subiectū. nā hęc mutatio: gñatio est. Igitur oīs motus est de  
 subiecto in subiectū. Subiecta em̄ diximus affirmatione  
 mōstrata: cōtraria media (sub quib⁹ & priuatiua cōprehē-  
 dimus) vt albū, nigrū, flauum, fuscum, silens, & nudum.

## SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Substantia, completa substantia. ¶ Secundum aliquod  
 prædicamentū intelligemus esse motum: quando quicq;  
 à prædicamenti ratione, sine rei ipsius in eo facta deperdi-  
 tione, decidere nō potest. Et cum prædicamenti rationem  
 sine sui mutatione, rei q; prædicamenti acceptione non  
 valet assumere. Sic itaq; cū secūdū aliquod prædicamen-  
 tum est motus: & res, & prædicamenti ratio conueniunt.



¶ **A**ugmentum, augmentatio. ¶ **D**ecrementū, diminutio.  
 ¶ **S**ub contrarietate, mediorū discrepantiā & priuationē  
 cōprehendimus. ¶ **S**impliciter contrarium, vt simpliciter  
 album: quod nihil sui contrarij habet admixtum.

8 **S**ecūdū cap. continet quatuor conclusiones. duas ra-  
 tiones ad tertiam. vnā instantiā ad quartā, & tres  
 modos immobilis. ¶ **P**rima cōclusio. Secūdū substā **Q**uare feri-  
 tiā nullus est motus. ¶ **N**am mot⁹, est de subiecto in cūdū sub  
 subiectū mutatio: & de cōtrario in cōtrariū. Nullū autem stantiam  
 entiū, substantiæ contrariū est. secūdū igitur substantiā nō nullus sit  
 9 est motus. ¶ **S**ecunda. Secūdū relationem nō est motus, motus.

¶ **N**am ea quæ dicūtur ad aliquid, de suo statu decidūt,  
 nulla in ipsis mutatione facta. vt duobus existentibus al-  
 bis quæ ideo similia sunt: primo mutatio in contrariū aut  
 medium, secundum à similitudine decidūt (quod quidem  
 prius erat simile) nulla in ipso facta mutatione. At vero id  
 in ijs secūdū quæ est motus esse nequit, vt à suo statu sine  
 mutatione decidāt. Secūdum igitur relationē non est mo-  
 tus. sed si qua in ea reperiatur mutatio, hæc secūdū acci-  
 dens est.

10 ¶ **T**ertia. Actionis & passionis non est motus. Actionis  
 ¶ **P**rimo, quia motus nō est motus: imò neq; mutationis & passio-  
 vllius, mutatio. vt generationis, nō est generatio. & ita de nis nō cē  
 ceteris. igitur neq; actionis & passionis est motus. Est em̄ motum,  
 mouere sub agere, atq; moueri sub pati cōtinet. ¶ **S**ecun-  
 do. Dupliciter intelligi potest motum esse motus. Primo,  
 vt subiecti. Secūdo, vt termini. ¶ **S**ed impossibile est mo-  
 tum esse motus vt subiecti. ¶ **P**rimo. Quia subiectum res  
 alia à motu est. vt cū homo ex albo sit niger, & ex calido  
 frigidus: res alia, diuersaq; est subiectum homo & motus  
 nigrefactio & frigefactio, vt accidentia quæ illi subiecto  
 hæreant. Secundo. Quia si motus subiectum esset motus,  
 subiectū igitur esset & quietis. Nam motus & quies pri-  
 uatiua sunt, quæ semper circa idē fieri nata sunt. esset igit̄  
 motus: quies, & secūdum idem moueretur & quiesceret.  
 hoc autem impossibile. vt si ponas mutationē subiectum  
 mutationis. vt generationem, corruptionis: protinus cum  
 quid sit, mox corrumpitur. Tertio. Quia cum omī motui  
 subijci aliquid oporteat, si subiectum motus ponis esse



motū: iterū illi motui subiectum motum esse oportet, & illi alterū. quod statim euadet in infinitū, vnde nihil cōtinget moueri. hoc autē impossibile. Sed vnā materiā motuū subiectam constituere oportet: & quæ se præstet mouenti eius operationis receptiuā. vt corpus alterabile, vt anima.

Quarto. id est subiectū motus quod mouetur: sed motus non mouet, neq; mutatio mutat. vt generatio non generatur sed res à motibus & mutationib<sup>9</sup> alia.

Quinto. Doctrinatio, subiectum non est doctrinationis, neq; generatio, generationis. imò & cū sint tres mutationum species: quantitatis mutatio, alteratio, & latio, quæ est secundum locum mutatio: non videmus aliquam earum esse alterius subiectum, neq; secundum alterā mutari nisi secundum accedens. vt cū (qui disciplinat) sanatur, non est igitur motus vt subiecti motum esse ponendum.

¶ Sed quòd neq; ponendum sit motū esse motus vt termini, patet primo, quia si motus esset motus vt termini, cum aliquid moueretur nunquā quiesceret. vt si qs ægrotaret, illius ægrotationis esset motus terminus vt sanatio & iterū illius alter motus terminus. At res motas, cōtingit interdū quiescere, igitur motus nō est ponendus esse motus vt terminus. Secundo.

Quia motus est ex quodam in quoddā: vt determinato in determinatū. & sic oporteret semper idē secundū opposita cōtinuē mutari. vt ex sanitate in ægitudine, & ex ægitudine iterū in sanitatē, & ex recordatione in obliuionē, & iterū ex obliuione in recordationem. hoc autem manifestum est nō oportere, sed aliquādo mutatur ex obliuione in scientiā. Tertio. Si motus est motus vt terminus, & mutationis mutatio: hoc in infinitum euadit. quare non dabitur alicuius rei prima mutatio, neq; vltima. imò neque aliquid erit mutabile, non est igitur ponendus motus esse

Secundū motus vt termini & mutationis mutatio. ¶ Quarta. Sec<sup>II</sup> quæ præcundum quātitatē, qualitatem, & vbi est motus. ¶ Nam dicamēta secundum substantiā, ad aliquid, actionem, passionem (de fit motus quādo, situ, & habitu: vt de relatione & ad aliquid dices & secundū retur) non est motus. relinquitur igitur solū secundū præque non, dicta tria genera: quantitatem, qualitatem, & vbi esse motum. Et ratio, cur secundum ipsa sit motus, est, quia secundū

Et ipsa, contraria ad motū sufficientia reperiuntur: & motui secundū quantitātē non est cōmune nomen possum: sed eū qui est ad quantitātē perfectā ac ampliorem, augmentū nuncupamus. eū vero qui est ad imperfectam & qui in minorem tēdit quantitātē, decrementum. Et motui secundū qualitātē alludit cōmune nomē alteratio. Et vocamus hoc in loco qualitatem nō quomodo differentias substantiales qualitates dicim⁹: sed vt sunt passiōes. & passibiles qualitates. Secundū locū mutatio, nomine p̄prio (quo ipsam vocemus) caret, sed vocemus eam lationem quāuis improprie. Nā ea proprie ferri dicuntur: quę mota, seipsa sistere citra terminū nō possunt, & quę seipsa loco non mouēt, qualia sunt inanima. ¶ Instantia. Quædā alteratio est de minus in magis, vt de minus albo, in magis albū. hæc autē non videtur esse de cōtrario in contrariū. Non igitur rectē dictū est, motū esse oportere de cōtrario in contrarium. ¶ Respondet huiusmodi motum, non esse de simpliciter cōtrario in contrarium: sed de cōtrario tamen non simplici in contrarium. nam minus (vt minus album) est cōtrario permixtius, magis vero (vt magis album) quod minus nigredinis particeps fuerit. ¶ Tres modi immobilis. ¶ Primo. Immobile, est qđ nullo modo potest moueri. quemadmodum sonum, inuisibile dicimus: quia nullo modo possit videri. Secundo. Immobile, difficile mobile, aut quod tarde incipiat moueri. quod & dicimus grauius, serbq; mobile. Tertio. Quod nō mouetur, quādo, vbi, & quomodo moueri natum est. Et id quiescere dicimus, quies enim, est motus (quādo, vbi, & quo modo moueri natū est) in corpore priuatio.

Tres modi immobilis.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Primo: proprio, immediato. ¶ Ultima: termini, & magnitudinem limites. Termini: punctus, linea, superficies, nunc momentum. ¶ Habitum, adhibitum, proximum, contiguum, attiguum.

13 **T**ertium caput continet octo diffinitiones, duas conclusiones, & vnum corollarium. ¶ Prima diffinitio. Simul secundum locum esse dicuntur, quę sunt in eodem loco primo, Separata vero

secundū locū, quæcūq; sunt in altero & altero. ¶ Secūda. 14  
 Tāgētia, sunt quorū vltima sunt simul. ¶ Tertia. Mediū, 15  
 est in qd natura cōtinuē mutans, quā in extremū, prius  
 attingere natum est. Et tale mediū, cōtrariorū & non cō-  
 tradictoriorū est quia cōtradietiorum nō est mediū. Et  
 tribus ad minimum constat: media scilicet ipsa consisten-  
 tiæ natura, & duobus extremis quibus ipm hinc inde re-  
 spōdet. ¶ Quarta. Cōtinuē mutans, est cū nihil tēporis in 16  
 quo fit mot⁹, neq; rei (qua fit trāsitus motus) intermittit,  
 vt cū ima & præcipua chorda (quā hypaten dicūt) sonat:  
 possibile est vt statim nihil temporis prætermittēdo, vlti-  
 ma respondeat, qui motus, quāuis interpollis nō videat:  
 quia tamē rei qua fit trāsitus, aliquid intermissum est, non  
 omīno iugis est & cōtinu⁹. Solet tamē dici talis plerūq;  
 cū nihil temporis (licet rei, qua fit trāsitus paucissimū præ- 17  
 termittatur) esse cōtinuus. ¶ Quinta. Cōtraria secūdū lo- 18  
 cum, sunt cōtraria quæ secūdū rectitudinē plurimū dis-  
 stant. ¶ Sexta. Cōsequēter sunt, quæ cū vnū sit post alterū,  
 inter ea nō intercedit eiusdē rationis mediū, vt linea, lineæ  
 cōsequēs est: inter quas nulla alia interiacet linea. & vnitas  
 vnitati, & domus domui. & nihil prohibet esse alteri⁹  
 naturæ mediū, vt vnitas vnitati cōsequēter est: quāuis in-  
 ter sint, atq; interiaceāt duo. ¶ Septima. Habita, sunt quæ 19  
 (cum se consequēter habeāt) se tangūt. ¶ Octaua. Conti- 20  
 nua, sunt quæ cum se tāgunt, corū vltima sunt vnū. Fieri  
 enim nequit: vt continua sint, quorū sunt duo distincta,  
 atq; diuersa extrema. Ideo quod arte fit continuū vt glu-  
 tino, contactu vt clauo, aut adnascētia vt planta plātæ  
 inserta, propriæ continuum non est. ¶ Prima conclusio. 21  
 Cōsequenter se habere, communius est quā se tangere.  
 Nam quæcūq; se tangunt, consequenter se habent: non  
 autem quæcūq; consequenter se habent, se tangunt, nam  
 consequenter se habere in numeris reperitur, in quibus  
 non est tactus. ¶ Secunda. Rursus eadem ratione se tan- 22  
 gens, generalius continuo est. ¶ Nam si quid cōtinuum  
 est protinus vt se tangat consequens est, non tamen, con-  
 trā fit: quod tangēs est protinus sit & cōtinuum. Si enim  
 vltima sint vnum, vt sint simul oportet, non autē si simul

Quid cō-  
tinuum.



23 sint ea, protinus sunt vnū. ¶ Corollarium. Vnde fit, vt punctum punctum ab vnitate discrepet. ¶ Nā puncto se tangere possunt, ab vnitate vnitate autē non tangunt. & inter puncta semper linea inter te discrepiter recipitur. inter vnitates autē, aliquid intercipi nō necesse pare, est. imō neq; inter vnitate quidem & diuitate, quicquā inter recipitur. Sed hactenus quæ sint simul, quæ tangentia, quid mediū, quid cōtinuē mutās, quæ cōtraria, quæ cōsequeūter, quæ habita, & quæ continua: satis dictum est.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Species indiuidua, specialissima. ¶ Species diuidua, subalterna. ¶ Ophthalmia, lippitudo. Habitus forma. ¶ Continuum, intentionem, dimensionem, & successiōnem complectitur. ¶ Forma, species.

24 **Q**uartum cap. cōtinet tres motus vnus acceptiōnes. quatuor conclusiones & tria corollaria.

¶ Tres motus vnus acceptiōnes. ¶ Vnum motum multipliciter dicimus, sicut & vnū. Primo, vnus motus genere dicūtur, qui secundū idem prædicamentum sumūtur, vt oīa augmēta & decremēta, vnus motus genere dicūtur: quia secundū quātitatis prædicamentū sumūtur. & omnes adinuicē alterationes, vnus motus genere; quia sunt secundū qualitatem sumptæ. & omnes adinuicem loci mutationes: quia sumuntur secundū vbi. Sed augmentū & alteratio, diuersi genere sunt motus. similiter alteratio & loci mutatio. ¶ Secūdo. Vnus motus specie, & sunt motus qui eiusdē speciei indiuiduē sunt. vt albefactio & albefactio, nigrefactio & nigrefactio. Omnis em̄ albefactio, omni albefactioni specie eadē est: & omnis nigrefactio, omni nigrefactioni. Sed albefactio & nigrefactio, motus sunt specie diuersi. At vero quia specierū, quædam est indiuidua, quæ in alias species diuisionē non recipit. & altera diuidua, quæ in alias species diuisionem admittit. Ideo motus secundum illas sumpti, eandē naturam seruant & retinent, vt qui secundū speciem diuiduā sumātur, iidem specie non simpliciter: sed diuidua dicantur. ¶ Sed quæret aliquis. an semper motus eiusdem mobilis & qui sunt ab eodem termino in eundem terminū, iidem sint specie? ¶ Non oportet. Nam contingeret motus

Motus vnus genere.

Motus vnus specie.

tum circularē & rectū, volutationē & ambulationē, motus esse specie eosdē. Nam contingit idem de eodē termino in eundē terminū: nunc gyro, nunc recto tramite trāsferrī: & eundē ab aliquo & eodem termino alterū eundē terminū nunc volutatione, nunc ambulatione consequi.

Mot⁹ vn⁹  
numero.

¶ Tercio, Dicitur vnus mot⁹ numero, qui & dicitur simpliciter vnus, ad cui⁹ quidē vnitatē, numero tria requirūtur, mobile numero vnū, vt vnus hō, vna planta, hoc aurū, vna numero forma secundū quam est motus, vt linea vna, color vnus, loci mutatio vna, & vnū numero tēpus, quod quidē est, cū motus tēpus, iuge, cōtinuūmq; est: sic vt nulla ipsius motus intercipiatur quies. Quid si horū triū aliquod defecerit, motus nō simpliciter suā feruat vnitatē. Vt si Coriscus & Callias simul ophthalmia (quæ oculorū infirmitas est) sanent, sanatio Corisci & Calliæ nō est vna simpliciter: quia subiectū vnū numero nō est. Et si Coriscus simul ambulet & albefiat, tametsi mobile numero sit vnū, & tēpus numero vnū, nō tamē ambulatorio & albefactio vnus numero sunt motus, nisi secundū accidens. Nā albefactiōis & ambulationis nō est forma numero vna. Et si Socrates in hoc tēpore sanet, post qd̄ desinat aliquo tēpore sanari, & iterū alio tēpore sanetur, Socratis sanatiōes nō vnus sunt motus. Nam tēpus vnū numero (vt quod intermedia quiete interlaxatū sit) non est. Vnde dicere primā & secundā eandē numero esse Socratis sanationē, nihil aliud est q̄ dicere corruptū idē numero posse reuerti, quod si impossibile est, & eādē quoq; Socratis primā & secundā vnā numero esse sanationem, impossibile est. ¶ Dubitāt, quomodo subiectum motus oporteat esse numero vnū: cum naturalia corpora, fluxa sint & labentia om̄ia. Et quomodo vna numero sanitas diluculo & vespere: cū neq; eius subiectū quidē vnū maneat. ¶ Sed satis hic dictū sit, quod si actus & mot⁹ vn⁹, & habit⁹ erit vnus, non autē contrā esse oportet, habitu existente vno, & motū esse vnū. Pōt em̄ habitus esse acq̄ situs, mobili interim interpaufante & quiescente. Et nihil rationi dissentaneū est habit⁹ eosdē mane & vespere esse, actus autē & opationes nō esse easdē, nisi quæ iūctæ cō-

- tinuè defluat. Amplius dicere quomodo corporum sub  
statix exdè sint, & nihilominus continuè occidat, & de  
flux, à nostro proposito est alienum. ¶ Prima conclusio. **Motus**  
25 Omnis motus vnus, cōtinuus est: & omnis qui cōtinuus vnus cō  
est, idè vnus est. ¶ Nā omnis motus continuus est: vt qui trarius &  
secabilis & diuisibilis sit. At fieri nequit: vt quilibet mot⁹ cōtrā.  
cuiuslibet motui sit cōtinuus. Sicut neq; vt quodlibet cor  
pus, cuiuslibet corpori vniat: sed ea quorū extrema sūt vnū.  
Et hæc eadè sunt natura. Rerū em̄ quædā extremis carēt,  
vt vnitates: quæ ideo vnitæ & cōtinuatæ esse nō possunt.  
Aliæ vero extrema possident, sed quæ specie diuersa sint  
& æquiuoca appellatione, extrema dicātur. vt linea, extre  
ma habet, & ambulatio, extrema habet: sed appellatione  
æquiuoca. & ideo linea & ambulatio vniri, continuariq;  
nō possunt: vt quorū extrema esse non possint. Relinquit  
igitur omnē motū vnū esse continuū, & omnē cōtinuum  
esse vnū. Nam si subiecta diuersa essent, neq; motus esset  
cōtinuus. Diuersorū em̄ & discretorū mobiliū motus, cō  
tinuari impossibile est. Et si forma vnus nō esset, neq; ex  
trema vnū essent, vt quæ diuersa natura essent & æquiuo  
ca appellatione dicerent extrema. Qudd si etiā nō adesset  
temporis vnitas, neq; iterū cōtinuus esset. Fieri em̄ nequit  
vt motus (intercepta quiete) adinuicē cōtinuētur: imd di  
26 uersi sunt mot⁹ & nō vn⁹. ¶ Secūda. Cū motus neq; spe  
cie neq; genere cōueniunt, solū aut cōsequētes aut habitū  
esse possunt. ¶ Nā cum iidem specie non sint, eiusdē natu  
ræ non erūt, quare continui non erunt, eorum enim extre  
ma vnum facere non poterūt. Sed nihil prohibet eos esse  
cōsequētes & attiguos. vt si quis ambulando febrile inci  
27 piat, febritio ambulationis, cōsequēs & attigua est. ¶ Ter  
tia. Verius motus vnus appelletur, siue genere, specie, aut  
simpliciter: cum cōsummatus, perfectusq; fuerit. ¶ Nam **Motus**  
perfectus motus, est qui ad finē & absolutionē suā perueit vn⁹ perfe  
nit. Imperfectus vero, qui non peruenit. At vero vnum, stus.  
de totis & perfectis iustius assertur. Igitur & motus (cum  
consummatus, completusq; fuerit) verius vnus dicitur. **Motus**  
Erit tamen motus vnus (etsi imperfectus sit) modo sit vnus res  
28 cōtinuus. ¶ Quarta. Rectius & motus vnus dicitur qui gularis.



regularis habetur: eo qui habeatur irregularis. ¶ Nam illa irregularitas vt difformitas quædā, ipsum quodā modo diuidere videtur: & differre videtur vt magis & minus. Et certè in omni motu, augmentatione, diminutione, alteratione, & latatione tam circulo quàm secūdm rectū, cōtingit regularitas & irregularitas. Quæ quidē regularitas, est in æquis temporibus cōtinuè eadem mouendi velocitas. Irregularitas vero: cū eadē nō sit velocitas. Et hæc irregularitas, aliquādo ex magnitudinis irregularitate nascitur. fieri enim nequit, vt in magnitudine obliqua & difforma, seruetur motus equalitas. Aliquādo vero, nō ex magnitudine, neq; ex tempore: sed ex sola ipsius motus inæquali

**Velox & velocitate.** ¶ Primū corollariū. Vnde intelligere prōptum tardū nō est, velocitatē & tarditatē nō esse motus species, aut differrentias. Nam omnibus motibus, etiā ijs qui diuerse sunt speciem, speciei conueniunt. ¶ Secundū. Quapropter neq; grauius Neq; grauius maiore & minore eorū quæ in eundem locū ferunt, uitas leui neq; leuitate, speciei discrimen & differentiā cōcludimus. tasq; maior Nam terræ ad terram, maior & minor grauitas: & ignis ior aut ad ignē, maior & minor leuitas, quæ specie nō discordāt. minor. ¶ Tertium. Vnde iterū lucidius euadit, motus specie diuersos, cōtinuos esse nō posse, & si habiti atq; attigui esse concessi sint. Nam omnis motus cōtinuus, regularis esse potest. motus autem specie discrepātes, regulares ad inuicem esse non possunt, quomodo enim vnus velocitas, alterius velocitati respondeat: vt alterationis & ambulationis. Non sunt igitur vnus motus cōtinuus.

## QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Quodam, quodam subiecto.

**Q** Vintum caput cōtinet vnā quinquemēbrem quæstionem. quatuor conclusiones. tres rationes ad secundā. & duas ad tertiā. ¶ Quæstio. Vtrum motus q est ex aliquo, cōtrariet motui q est i idē: vt q est ex sanitate ei q est in sanitate, vt eiusdē generatio & corruptio. aut q sunt ex cōtrarijs terminis: vt motus qui est ex sanitate, motui qui est ex ægritudine. aut qui sunt in contrarios terminos: vt motus qui est in sanitatem, ei qui est in ægritudinem. aut qui est ex cōtrario, ei qui est in contrarium

contrariū vt motus qui est ex sanitate ei qui est in ægritudine, aut motus qui est ex contrario in cōtrarium ei qui est ex cōtrario in contrariū, vt motus qui est ex sanitate in ægritudine: ei qui est ex ægritudine in sanitate. Non enim sunt alij modi secundum quos sumere possis motuum contrarietatem.

33 ¶ Prima cōclusio. Motus qui est ex cōtrario, ei qui est in contrarium non est contrarius. ¶ Nam vnus idemq; motus est, qui est ex contrario & qui est in contrariū: vt idem motus est qui est ex sanitate, & qui est in ægritudinem. Nihil autē sibiipsi contrariū. motus igitur qui est ex contrario: ei qui est in contrarium non est contrarius.

34 ¶ Secūda. Neq; oportet motus qui sunt ex contrarijs, esse contrarios. ¶ Primo. Quia contingit motus qui sunt ex cōtrarijs: eosdem esse & similes. ¶ Contingit enim ex cōtrarijs: mutari in extrema, pariter & media. Non igitur illos oportet esse contrarios. ¶ Secundo. Quia in contraria mutari, potior videtur cōtrarietatis causa: q̄ ex contrarijs mutari. Nam hic dimittuntur cōtraria: illic vero accipiuntur. Non igitur oportebit motus q̄ sunt ex contrarijs, esse cōtrarios. ¶ Tertio. Vnusquisq; motuū potius dicit ab eo quod pergit: q̄ ab eo vnde venit. igitur non denominandi erunt motus contrarij, quia sunt ex contrarijs, imō potius quia sunt in contraria. Vnde fit vt potius contrarij motus

35 dicātur: qui sunt in contrarios terminos. ¶ Tertia conclusio. Maxime motus cōtrarij, sunt qui ex cōtrarijs terminis in cōtrarios terminos euadunt. ¶ Primo. Quia qui secū maxime dum plures sumuntur contrarietates: magis contrarij vidētur. Quācūq; em̄ cōtrarietatis causam habebūt ij qui secundum pauciores sumūtur: habebūt illi eandē, & adhuc alterā. motus autem qui ex contrarijs terminis in contrarios terminos euadunt: secundū plures sumuntur contrarietates. Nam ij motus ex quibusdam terminis sunt in terminos subiecto eodem (per hoc enim mutatio vt generatio & corruptio, à motu differt) & vtriq; vtriusq; sunt cōtrarij. Sunt igitur motus à contrarijs terminis in contrarios terminos, maxime adinuicem contrarij. Et licet motus ad cōtrarios terminos, & motus à contrarijs terminis in contrarios terminos, contingat esse eosdem: contingit

etiam interdum nō esse eosdē, possunt enim esse ad cōtrarios terminos, nō ex cōtrarijs terminis. ¶ Secūdo. Induetiue hoc idem licet intueri. Nam sanationē & egrotationem, motus maxime putamus cōtrarios: & motus, qui à deorsum fit sursum, & qui à sursum fit deorsum. & ita in ceteris qui ex contrarijs terminis in cōtrarios recidunt terminos: vt ante, & post, dextrū & sinistrū. Est igitur manifestum, eos motus maxime esse contrarios. Quod autem in cōtrariū est & nō ex quodā subiecto, vt cū non ex quodā aliquid mutatur in album: nō proprie motus est (est enim motus: ex quodā in quoddam mutatio) sed potius mutatio. Et in quibus nō est contrariū: mutatio quę est ex ipso, ei quę est in ipsum, quodāmodo contraria est. Nā ratio ne cōtraria est: vt generatio corruptiōi, & acceptio remotiōi.

Motus se ¶ Quarta. Contrariorū mediū habentiū motus qui sunt 36  
cū dū qd ex contrario in mediū, & ex medio in contrarium: quos  
contrarij, dammodo sunt contrarij. ¶ Nam medio ad extrema vt  
cōtrario vtimur. Cum enim quid ex nigro mutatur in fuscum: mutatur vt ex nigro in albū, & cū ex fusco in nigrū: vt ex albo in nigrū. Et cū quid ex albo mutatur in fuscū: mutatur vt ex albo in nigrum, cū vero contra, ex fusco in album: vt ex nigro in albū fit mutatio. Medium enim, ad virūq; quodam modo dicitur extremorum oppositum. Sunt igitur huiusmodi motus: quodā modo contrarij.

#### SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Quies, in subiecto motus priuatio. ¶ Naturale dicitur: quod solitā naturę seriem seruat. ¶ Innaturale: quod nō seruat. ¶ Innaturale: violentum, præter naturam. ¶ Dies critici: dies ad morbi ostensionem aut depulsionem naturæ ordinati, qui latine decretorij siue iudicarij vocantur. ¶ Stat: manet, quiescit. ¶ Sisti: ad statū siue quietē contendere atq; proficisci. ¶ Status: mansio, quies.

Sextū cap. cōtinet quinq; cōclusiones, duas rationes ad quintā, & quatuor quæstiones cū earū solutionibus. ¶ Prima cōclusio. Quies: motui termini vñ motus, & nō motui termini quōdē tēdit & pficiscit, oppositū quies, nitur. ¶ Manifestū est em̄, motui motū & quietē opponi, sed motum motui simpliciter, & vt cōtrarium contrario;



- quietem vero, vt priuationē habitui. Sed q̄ quies motui termini vnde motus, & nō motui termini quod pergit opponat; patet. quia mobile mouetur vt quiescat in termino quod pergit. nihil autem in suum contrariū aut oppositū pergit. nō igitur opponitur quies motui termini quod proficiscitur & pergit. At motuū solū sunt duo termini: terminus vnde motus, & terminus quod tēdit & proficiscitur. & quies alicui motui opponitur. Relinquitur igitur eam esse oppositā motui termini vnde venit motus. Nō enim aliorum terminorū motibus opponi posset. vt motui qui est in sanitatem, non opponitur quies in sanitate: sed quies in sanitate opponitur motui in aegritudinē, & nō motui alterius termini, vt motui in albedinē. ¶ Secunda conclusio. Nō modo quies motui opponitur: sed in
- 38 terdū quies quieti opposita est. ¶ Quietē motui opponi, Quies est manifestū. quietem vero quieti itidem esse oppositam, quieti hinc liquet. Dictū est, motus à cōtrarijs terminis in cōtrarios terminos, esse cōtrarios. vt qui ex sanitate in aegritudinē est, ei qui est ex aegritudine in sanitatē. igit̃ & in illis terminis quietes sunt oppositæ. Si em̃ in aliquos terminos mot⁹ sunt cōtrarij: in eisde quietes cōtrarias nō esse,
- 39 incōueniēs esse videt̃. ¶ Tercia. Earū mutationū quę non sunt de quodā in quoddā, mutatio quę est ex termino, ei opposita est quę in ipsum euadit terminū. ¶ Quomodo id sit, iam dictū est. vt generatio: corruptioni: & positioni, ablatio. ¶ Quarta. Tali in terminū mutationi, itidē quodāmodo opposita est immutatio in termino à quo, mutationis. ¶ Nā sicut est in motibus & quietib⁹ oppositis: ita & in mutatiōib⁹ (quę mot⁹ nō sunt) & immutatiōib⁹ eis oppositis esse videt̃, motib⁹ aut̃ quietes termini vnde motus opponunt̃, et nō termini quod pficiscunt̃. Ita erit igit̃ in huiusmodi mutationibus & oppositis immutatiōibus: vt mutationi in terminū opposita sit immutatio in termino à quo, mutationis. vt mutationi quę est
- 41 in esse: immutatio quę est in nō esse, opposita est. ¶ Quinta. Talis opposita immutatio: quies nō est. ¶ Primo. quia sicut sua mutatio se habet vt sit motus: ita ea vt sit quies. Manifestū est autē suam mutationē oppositam non esse

motū, neq; igit ea immutatio quies est. ¶ Secūdo. omnis quies motui opponitur. huiusmodi aut immutatio, quies est: motui igitur opponitur, hoc aut falsum est. aut generatio & corruptio sunt motus: quod nō secus falsum est. nō

**Quæstio** igitur huiusmodi immutatio quies est. ¶ **Prima quæstio.** 42  
**prima.** Cur sicut motū secūdu locū quidā est naturalis, & alter

violentus, itidē & quietū: nō similiter est in generatione & corruptione, augmentatione & diminutione & alteratione. Vide ēn & generatio & corruptio, vtrāq; secūdu naturā esse: sicut iuuenescere & senescere secūdu naturā sunt, & augmentatio & diminutio vtrāq; & alterationes oppositæ secūdu naturā sunt, vt sanatio & ægrotatio: ablatio & denigratio. Horū ēn alterū altero nō magis secūdu naturā est.

**Rñsio.** ¶ Soluit dicens motus penes naturale & violentū sumptos, esse cōtrarios: similiter et quietes. Et sicut hi in motib; secūdu locū inueniūtur, vt videre promptum est: ita est quædam generatio naturalis, quæ fato & naturæ seruata serie euenit, & quædā præter naturam & violenta. Et quædam corruptio naturalis, & quædā corruptio violenta ipsi opposita, & quæ præter fatū & naturæ seriem eueniat. Et quædā augmentatio naturalis, quæ naturæ seruat ordinem: & quædā violenta, vt tritici præcox, illud immaturūq; & ante tempus incrementū: cū seminibus nondū humo bene operis compressisq; subito adolefcit, & in longam porrigitur segetem, & quædā alteratio, vt sanatio, naturalis est: vt quæ fiat criticis diebus, quædam vero innaturalis: vt quæ criticos dies præueniat, eodēme sequatur. ¶ Vnde fit, vt generatio generationi contraria sit: & corruptio, corruptioni, & corruptio quæ secundum naturam est & quæ dulcis nominatur, ei quæ violenta & tristis dicitur, quodammodo contraria est, & augmentatio, augmentationi, & ita in cæteris. ¶ Neq; hic modus inuestigandi contrarietatem, alius est ab eo quem supra probauimus, vt ignis motus sursum naturalis, cōtrarius est eiusdem motui deorsum violento & contra naturam, qui sunt motus contrariorum terminorum in contrarios terminos, contrariantur enim locus sursum & locus deorsum, Itidem & de terra & cæ

teris dicas ignis motui sursum, opposita est violēta quies in imo & deorsum: quæ est quies in termino unde mor<sup>9</sup> & in termino à quo, et ignis quieti naturali sursum: opposita est quies innaturalis deorsum, quæ motuū oppositorū & in terminis oppositis quietes sunt. Vnde pspicuum euasit: naturale motū, eiusdē motui violēto esse contrariū. & quietē violēta: eiusdē motui naturali dico em̄ eiusdē. nā nihil phibet motum vni naturale eundē aut simile alteri esse violētū, vt mor<sup>9</sup> sursum, igni naturalis est: terræ, violētus, qui cōtrarij nō sunt. & ita de quiete intelligas. ¶ Secūda questio. Vtrū cum quippiā violēter fertur, ad quietem pergat: & hoc sit, sisti. ¶ Responsio. Non. quia quod violēter quiescit, vt terra sursum, quietē suā fortitū esset. qđ si ita esset: quando igitur sursum violēter ferebatur, sisteretur. At quod sistitur: semper velocius ferri videt̄. quod aut violēter fertur, tardius. quod igitur violēter fertur, nequaquā ad quietem pergat, nec ratione quietis illius quā postea quiescet, fertur. Præterea sisti: videtur aut omnino esse secundū naturam in suū ferri locum aut simul accide-

43

Questio  
2. Rñsio.

44

¶ Tertia questio. Cū quies in termino à quo motus venit, opposita sit motui inde proficiscenti: & qñ mobile mouetur, partem motus, partemq̄ quietis illius habeat. quomodo igit nō simul erant opposita, aut nō est quies in termino unde motus, ei (vt dictū est) opposita? ¶ Respondet, non secundū idē moueri, & secundū idē adhuc manere & stare. Nam si motū actu, & priorem respicis (vt cū lapis deorsum feratur) quietem illius priorem non habet. Si vero ad motum attendis qui futurus nondum actu est sed potentia: mobile stare adhuc apprehendis. sed status ille & quies & pars ea motus, non simul sunt: & si motus pars alia simul cū quiete illa existat. Vnde fit, vt motus motui, vt motus sursum motui deorsum, magis euadat oppositus, qđ quies motui. Nā motus illi, neq̄ secundū totū, neq̄ secundū partes aliquas, se in eodē

Questio 3

Rñsio.

45

admittit. id aut̄ admittit motus & quies. ¶ Quarta questio, an motus ignis sursum qui est secundum naturam contrarietur motui ignis deorsum, qui est præter naturam, aut motui terræ deorsum, qui etiā est secundū natu-

Questio  
4.



Rāſio.

ra, ſed non eodem modo: ¶ Reſpōdet. Ignis motū ſum-  
ſum qui eſt ſecundū naturā: eiꝛſdem motui deorſum qui  
eſt præter naturam, proprie contrariari. & ita in quietibꝫ  
oppositis. Sed hæcenus, qui motus vnus, & quæ quies  
vna, qui motus cōtrarij, quæ quies motui, & quies quies  
ti oppoſita ſit: ſatis dictum videtur.

¶ Paraphraſeos in quintum Phyſicorum finis.

## PRIMI CAPITIS PARAPHRASIS

ſeos in ſextum Phyſicorum Annot.

¶ Coalitum, concretum, conſtitutum, compoſitum. ¶ Se-  
cundū, ſuper. ¶ Momentū, mutatu eſſe, in motu impar-  
tibile: vt punctus in linea, & inſtans in tempore.



Extus Phyſicorū cōtinet decē capi-  
ta. Primū cap. cōtinet vnā cōcluſio-  
nē, & tres rationes ad eā. & vnū co-  
rollariū ad primā rationē. ¶ Cōclu-  
ſio. Nullū continuū ex impartibili-  
bus eſt cōpoſitum. ¶ Primo. Quia ſi  
aliquod continuum vt linea, eſſet ex

impartilibus vt punctis cōpoſitū: aut illa inſecabilia pun-  
cta eſſent adinuicem cōtinua, attigua, aut conſequentia.  
Alius enim modus, vt cōtinuū & lineā cōſtituant: eſſingi  
nō poteſt. Adinuicem aut cōtinua nō erūt. Nā continua  
ſunt quorū vltima ſunt vnū. Impartibilium aut nō eſt vlti-  
mū: cum omne vltimū, diuiſum, diſtinctūqꝫ ſit ab eo  
cuius eſt vltimū. Neqꝫ per idē erunt ſe tangentia, nā ſe tā-  
gentia, ſunt quorū vltima ſunt ſimul. ipſorū aut non ſunt  
vltima. Sed eſto dicas quia ſe tangāt, tangit igitꝫ aut pars  
partē, aut pars totū, aut totū totum. Nō pars partem, aut  
pars totū. nā inſectile partē haberet, & partibile eſſet. Cō-  
ſideraris igitꝫ oportet: totū tangere totum, atqꝫ totū ſimul  
cū toto eſſe, quod eſſe nequit. Nā omne continuū, partes  
extra ſe habet. vt hanc, hoc ſitu illā verō illo. quod mani-  
feſte cernitur in linea. puncta aut ſe tangentia extra ſe nō

Imparti-  
bilia i cō-  
tinuo nō  
eſſe adin-  
uicē cōti-  
nua, neqꝫ  
ſe tangen-  
tia.  
Neqꝫ cō-  
eſſent ſitum vllū habentia: neqꝫ magnitudinem vllā attol-  
ſequenter lerent. Neqꝫ conſequenter erunt, nam conſequenter eſſe  
ſe haben ea diſſinita ſunt: inter quæ, cum vnum ſit poſt alterum,  
tia, nullum eiꝛſdem generis intercedit medium. At vero in

ter quælibet duo puncta interiaret longitudo & linea, & inter quælibet duo nunc, tempus. & in quælibet linea assignanda sunt puncta. Inter quæcūq; igit assignaueris puncta: interiacent in continuo puncta. unde sit ut illa adinuicem non sint consequentia. Et sic ex diffinitionibus continui, attigui, & consequentis (si recte & bene intellectæ & positæ sint) effectū est nullū continuū esse ex impartibilibus compositum. Quod enim de linea ut dictū est: de reliquis continuis intelligas, ut superficiē non esse ex lineis, neq; corpus ex superficiebus neq; tēp ex impartibilibus instantibus & momentis. ¶ Corollarium. Unde palā fit: ut omne continuū, in semper diuisibilia diuisibile euadat. Nā si in impartibilia resoluatur: cū vnū quodq; in ea ex quibus est resoluatur, erat ex impartibilibus compositū. quod modo ostensum est esse non posse. Et hoc itaq; sic necesse est argumētū. Omne continuū: partibile est, aut impartibile. Non impartibile: quia ex diffinitione, continuū esse non posset: erit igitur partibile. & tūc aut tale partibile in partibilia secatur, aut in impartibilia. Non autē (ut dictū est) in impartibilia. Nā ex impartibilibus coalitū & compositū esset. secatur igitur semper in partibilia. omne igitur continuū: diuisibile euadit in semper diuisibilia. ¶ Secūdo. Si continuū ut magnitudo esset ex impartibilibus compositū: & motus (qui supra eā fieret) esset ex impartibilibus compositus. Nam (ut aliās est dictum) magnitudo diuiditur: pariter & motus & tēpus. & ut magnitudo continua: ita ea continua esse vident. Si igitur magnitudo in impartibilia diuidat: ita cōsentaneū est & motū & tēpus in impartibilia diuidi. Quod adhuc ut liquido magis cōstet: Sit a b c magnitudo, ex tribus impartibilibus a b c composita. Et motus d e f, super eam factus. g vero, ipsum mobile. Dico motum d e f, ex tribus impartibilibus d e f esse compositum. Nam si d, partem motus factam in a, cōtendit esse diuisibilem: & a oportebit esse diuisibile, & partes habere, quibus partibus, partes motus d respōdeant. Et ita de e in b, & fin c. quod statim posito aduersatur. Positum est enim a, impartibile & b & c. Si igitur magnitudo esset ex impartibilibus composita: & motus super eam factus esset ex impartibilibus compositus, hoc autē impossibi-

le. quia rem moueri motu non præsente, impossibile est. Iridem & motu præsente, secundū aliquā partem moueri necesse est. & q̄s est motus: sic, taliterq; ipsum mobile mouetur. Si igitur d motus sup̄ impartibile a fuerit impartibilis: & ipsum g mobile: super a indiuisibiliter & impartibiliter mouetur: quod esse non potest: quia rem quæ aliquo mouet, simul moueri & motū esse quo mouet: impossibile est. vt impossibile est Thebas simul proficisci, & profectū esse Thebas. hoc autē accideret mobili g super a motu d præsente: & simul moueri in a & motū esse. Alioquin si dicis prius g moueri in a, q̄ per motum esse: a facis diuisiū & partibile. At vero si cū Epicuro cōcedis g moueri super magnitudinem a b c nō tamen super a neq; b neq; c, sed secūdū a motum esse & b & c. erit igit d & f ex momentis & non ex motib⁹ cōpositus. & aliquid alterū pertrāsiuit. qd' nūq̄ erat pertrāsitiens. & aliquid est pertrāsitiū: quod nūq̄ pertrāsibat. & multa prætērita vera, quorum nulla fuerūt præsētia. Nam secūdū a, aliqui nō est verū q̄ pertrāsitur, neq; secūdū b, neq; secūdū c: est em̄ pertrāsitiū. Et si dicāt omne aut moueri aut quiescere oportere. cū g mobile in a, b & c non moueat in a, b & c quiescet, quare aliqd continue mouet & quiescit: & d, e, f quietes. Quod si dicant impartibilia d, e, f esse motus: continget præsente motu nihil moueri sed quiescere. Porro si effugium quærentes dixerint d, e, f neq; quietes neq; motus: iterum sequetur motum esse ex nō motibus. Et cū motus & tēpus cōsimiliter diuidātur: tēpus esse ex nūc impartibilibus. Hæc profecto incōmoda sequuntur eos qui continuum ex impartibilibus cum Epicuro defendere volunt esse cōpositum. ¶ Tercio. Quia si continuum ex impartibilibus esset cōflatum: & tēpus ex impartibilibus cōflari oporteret. Nam si g super a ferri putas in partibili tēpore: in minori tēpore ex diffinitione æque velocis, percurreret minus. Est enim æque velox: quod in æquali tēpore æquale pertransit spaciū. Et velocius: quod in minori tēpore pertransit æquale. Et tardius: quod in æquali pertransit minus, aut continget idem seipso esse velocius. Quod si in minori tēpore pertrāsīt minus: erit a partibile.

Quid  
æque ve  
lox,  
Quid ve  
locius,




In impartibili enim non maius aut minus assignari potest. Non igitur mouebitur in a impartibili tempore, sed in nunc & impartibili quodam, quo dato ablata est motuum velocitas atque tarditas, quæ per se manifestissime constant. Nam in atomo & impartibili, nihil velocius aut tardius moueri, vel effingi potest. Non est igitur continuum ex impartibilibus compositum.

## SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Signum, punctum, instans in tempore, momentum in motu. ¶ Infinitum secundum magnitudinem, infinitum secundo. ¶ Infinitum secundum diuisionem, infinitum quinto. ¶ Hemiolium, est cū maius continet minus & insuper minoris dimidium. ¶ Hemiolium, sesquialterum.

Secundum cap. continet sex conclusiones. instantiam Zenonis post quartā, & vnū corollarium post sextam.

- 3 ¶ Prima cōclusio. mobile velocius in æquali tēpore maius pertrāsit spaciū. ¶ Nam liquet magnitudinem, semp in magnitudines esse secabile: pariter & est ostēsum, nullū continuū ex impartibilibus esse cōpactū. Omnis autem magnitudo, cōtinua est. Vnde fit iterum, vt ex impartibilibus & atomis cōpacta, coniunctaq; non euadat. Sit igitur a mobile velocius. b tardius. c d spaciū & magnitudo. e f tēpus percursus a per spaciū c d. Argumētatur sic: a mobile velocius, pertransit spaciū c d totū in tēpore e f. & b mobile tardius, non pertransit idem in eodem tempore e f. alioquin esset æque velox. neq; maius, nam esset velocius. Deficit igitur in eodem tēpore in magnitudine c d citra d: vt in signo g. pertransit igitur velocius, in æquali tēpore maius. ¶ Secunda conclusio. Mobile velocius, in minori tempore pertrāsit maius. ¶ Diuido magnitudinē c d inter g d in signo h. Et arguo. a velocius mobile, pertrāsit magnitudinem c d in tempore e f. pertransit igitur c h minorem magnitudinem in minori tempore, tempore e f. In æquali enim nō pertransit, nam esset scipso tardius. Neq; in maiore, quia scipso esset velocius. Sit igitur tēpus illud minus e i. Tunc sic, a mobile velocius, in minori tempore e i pertrāsit magnitudinem c h. Et b tardius mobile, in toto tempore e f solum pertrāsit magnitudinē c g. pertransit



igitur mobile velocius, in minori tempore, ut e i, spacium maius. Est enim c h spacium maius spacio c g. Nam c h totum, c g autem eius pars. ¶ Tertia. Mobile velocius, in minori tempore spacium percurrit æquale. Tametsi hæc velocioris diffinitionem posuerimus, ex dictis tamen manifesta iterum abire potest. Nam a mobile velocius, in minori tempore e i, percurrit c h spacium maius, ut modo ostensum est. Adhuc in minori igitur ut tempore e k, percurrit c g spacium minus. Quod quidem c g spacium minus, percurrit b mobile tardius, in toto tempore e f per hypothesin prius factam, percurrit igitur mobile velocius, in minori tempore æquale. Item necesse est mobile velocius: aut in equali tempore, aut minori, aut pluri æquā magnitudinē cū tardiore decurrere. Non in æquali, nam tunc illa æque velocia essent, ex æque velocium diffinitione, quod hypothesi aduersatur posita. Neque in pluri tpe, nam quod in maiori tempore æquale cū altero absoluit spacium, id quidem tardius est, relinquitur igitur: in minori tempore mobile velocius æquale cū tardiori percurrere spacium, quod est propositum. ¶ Quarta. Ut 6 magnitudo cōtinua est: ita tps, cōtinuum. & ut magnitudo semper diuisibilis: ita quoque tempus semper diuisibile. & ut mobile tardius, semper magnitudinē secatur: ita velocius, tempus. ¶ Nam magnitudinē comitatur motus; motum autem, tempus. Et sicut in omni magnitudine cōtingit moueri, & in omni tempore. Et quicquid cōtingit moueri, cōtingit & velocius & tardius moueri, intelligere. Et in omni tempore intelligere velocius & tardius. Sit igitur, ut prius, a mobile velocius, b tardius, c d magnitudo: e f tempus. Et percurrat a mobile velocius, magnitudinē c d, in toto tpe e f. Quia velocius æquali tempore percurrit maius: b mobile tardius, in eodē tpe percurrit minus, & magnitudinis partē, ut c g. & mobile tardius, eo, in eodē tpe percurrit minus, ut c h. & adhuc tardius, minus, ut magnitudinē c i, quā diuido signo i. Et si intelligis tardius, iterum minus percurreret, ut magnitudinē c k, quā signo k, diuisam intelligimus. Et ita si semper tardius intelligere pergis: semper magnitudinē c d diuides, & diuisibile ex mobili tardiore intelliges. Item quia a mobile velocius, in tpe e f, percurrit c d; velos

e m l f

c

k

i

h

b o g

a o d

eius eo, in minori tēpore vt el (quod signo l diuido) can-  
 de percurreret magnitudinē. & adhuc veloci⁹, in minori tē-  
 pore, vt em, eandē. Et ita semp, quo veloci⁹ fuerit in mi-  
 nori tēpore eādē magnitudinē trāfibit, atq; min⁹ tēp⁹ se-  
 cabis: vt magnitudinē p tardius mobile secabis. Perspicuū e <sup>k l f</sup>  
 est igit, vt magnitudo cōtinua est ita tēpus esse cōtinuū. <sup>c</sup>  
 Et vt magnitudo semp diuisibilis, & tēpus. Et vt mobile  
 tardi⁹ semp magnitudinē secat: ita tēpus, mobile veloci⁹.  
 Et has sectiōes quasi ediuerso sibi rēdere, & itelligi opor-  
 tere. Eūuero vt mobile tardi⁹, in equali tēpore minorem  
 percurrit magnitudinē: ita & veloci⁹, i minori tēpore ma-  
 gnitudinē pcurrit æqualē. Est & ali⁹ mod⁹, quo cōsimili-  
 ter diuidant magnitudo & tēp⁹: vno eodēmq; mobili, vt  
 cū mobile a, magnitudinē c d, in toto tempore e f, totam  
 absoluat: idē mobile a, i minori tēpore vt e l, minore ma-  
 gnitudinē vt c g, absoluet. & in minori tpe vt e k, adhuc  
 magnitudinē vt c h minore. & hoc pacto semp cōsimili-  
 ter vtrūq; diuidēdo, partiēdoq; (vt voles) pcedes. est igit  
 iam satis manifestū, vt magnitudo semp diuidua est, & tē-  
 pus. & si tēpus diuiduū, itidē & magnitudinē diuiduā es-  
 se oportere. ¶ Instantia Zenonis. Sed insurgit Zeno, vo-  
 lēs magnitudinē nō in semp partibilia esse partibilē osten-  
 dere. Si magnitudo (in q) in semper diuisibilia partibilis  
 abeat, & si quicq; super eā moueri ponatur, ipsum infin-  
 ita trāfire oportebit, & infinita seorsum tāgere. essent enim  
 in ea nō modo infinita: sed infinites partes infinita. &  
 hoc in tēpore finito. hoc aut, impossibile est. nō est igit in  
 semper diuisibilia secabilis magnitudo. ¶ Respōsio. Ma-  
 gnitudinē esse infinitā similiter & tempus bifariam dici-  
 tur. Primò, secundū magnitudinē, vt si nullum finem ex-  
 tremaq; habeant, quomodo neq; magnitudo, neq; tēpus  
 infinitum est vllum. Secūdo modo, secundū diuisionem,  
 quomodo & magnitudinē & tempus infinitum esse dici-  
 mus. Et talia infinita transiri possunt, & infinita seorsum  
 tangi. Infinita autē secundum magnitudinem: neq; trans-  
 iri, neq; tangi omnia. Infinita enim secundum diuisionē,  
 actu finita sunt, extrema & finem habētia. Et cum cōten-  
 dit illa infinita transiri & tangi omnia, in tempore finito;

Zenonis  
 instātia.

Solutio.



dicimus utrūq; magnitudine finitum & utrūq; diuisione  
 infinitū, & quo pacto vnum, finitum: & alterū, finitū, &  
 quomodo vnū, infinitum: & alterum. Et ideo in magni-  
 tudinis extremis finitæ: infinita diuisione & potētia trās-  
 euntur, & tangūt in tempore extremis finito, qđ idē  
 dem est in tēporibus diuisione & potestate infinitis, illa  
 hoc pacto infinita pertrāsiri. Si igitur contēdisset Zeno de  
 infinito magnitudine, sua ratio robur & pondus (modo  
 falsum nō assumeret) habere videretur. qđ paucis ostē-  
 demus. ¶ Quinta cōclusio. Magnitudo hoc pacto infin-

c e d  
 ita, tempore finito percurri non potest. ¶ Sit a magnitudo 7  
 infinita, quæ tempore finito c d (si fieri potest) percurrat,  
 sumo magnitudinis infinitę partem finitam quācūq;, vt  
 a b: quę in tēpore, & minore c d, percurritur. Sit igitur tē-  
 pus c e. manifestū est c e temporis finiti partē: toties & fini-  
 to quidē numero replicari posse aut æqualem: vt totū tē-  
 pus c d metiatur, totidē igitur infiniti æquales partes a b  
 a in tēpore c d finito, transibūt. quæ cum sint & numero  
 b & magnitudine finitæ, totum pertransitū est finitum. Et si  
 transitur totum a, & totum a erit finitum, cuius positū est  
 oppositū. Nec refert, si eam magnitudinem non regulari-  
 ter percurri posueris. nā velocitatis tantulæ partis cuius-  
 cūq;, ad acceptam partē erit aliqua prop- rtiō, & tēporis  
 ad tēpus: quare & spacij ad spacium. Et semper cū partes  
 acceptæ adinuicem habebunt proportionē: singulæ finitę  
 erūt, & numero etiā finitæ. quare & totū pertransitū abis-  
 c d bit finitū. ¶ Sexta conclusio. Itidem neq; tempore infinitū 8  
 to percurritur magnitudo finita. ¶ Cōsimili vt præcedēs  
 a pateat argumēto. Sit magnitudo finita a b. tēpus infinitū  
 c. à tempore infinito, secō partē finitam c d. in qua percur-  
 ritur pars aliqua magnitudinis finitę a b, quæ sit a e. Ma-  
 nifestum est, a e partem magnitudinis finitæ, toties & nu-  
 mero quidem finito replicari posse: vt magnitudinem a b  
 finitam metiatur, aut æquādo, aut superādo, nihil refert.  
 e quare in tot temporis c æquis partibus, parti finitæ c d:  
 tota transibitur pertrāsita magnitudo. quæ cum sint nu-  
 mero & magnitudine finitæ, & totum tempus transitus  
 b erit finitum, quare si transitur in toto c, & totum c erit

9 finitū cuius cōcederetur oppositū. Et de motu, aut diffō-  
mi, aut irregulari, idē valuerit argumentū. ¶ Corollarīū.  
Vnde iterū altera ratione ostendere nobis promptum est,  
magnitudinē ex atomis & impartibilibus constitui non  
posse, hoc eū superioribus satis dilucet rationibus: at ta-  
men hac adhuc ostendere possumus ratione. In omni tem-  
pore, velocius & tardius res moueri cōtingit, & veloci⁹,  
in æquali tēpore plus conficere spaciū ostensum est, vt du-  
plum aut hemiolium. Sit igitur magnitudo a b c ( si possi f g h  
bile est ) ex tribus atomis conflata: supra quam moueant . . .  
duo mobilia, d velocius secundū hemiolū, & e tardius.  
vt cum mobile d velocius, trāsit tria impartibilia a b c, in a . . .  
tribus tēporibus impartibilibus f g h ( magnitudini enim b . . e  
diuisione respondet & tēpus ) e duo impartibilia trāseat, c . . d  
consequens est vt e mobile tardius: c residuū eius ( quam  
transiit ) magnitudinis dimidietatem, in temporis ( quo  
transiit a b magnitudinem ) parte mediā conficiat. quod  
enim in aliquo tēpore transiit totum, in temporis dimidio  
transiit dimidium. hoc autem esse non potest, nisi tempō-  
ris partiatur atomus. Nam esse non potest in vno atomo,  
neq; in duobus atomis. Atomū autem partiri impossibi-  
le est. Non est igitur magnitudo, aut continuum vllū  
ex atomis & impartibilibus constitutum.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Nunc, nunc primo.

- 10 **T**erium cap. quinq; cōclusiones cōtinet, & tres ra-  
tiones ad quartā. ¶ Prima cōclusio. In omni tēpo-  
re, nūc, non secundū alterū, sed per se & primū im-  
partibile esse necesse est. ¶ Modos nunc prius clas-  
ros reddidimus. Sed hic adhuc opportunū videt esse: hu-  
iusmodi nūc impartibile esse in tēpore ostendere. Nā finis  
præteriti, est id ante quod nihil futuri habeatur. Quo pa-  
cto enim futuri aliquid habeatur, priusquā præteritū fini-  
tum sit. Et initium futuri, id in quo præteriti nihil relin-  
quatur. Nam quo modo post futuri initium, præteriti  
aliquid maneat: hoc autem nunc, dicimus vtriusq; termi-  
num. Est igitur nunc in tempore quiddam impartibile.
- 11 ¶ Secunda conclusio. Idem est nunc, vtriusq; temporibus

Quis fis  
nis præte-  
riti.

a cd b  
f

Idē nunc vltimum præterito, vt finis: futuro, vt initium. Nā si dū  
præteriti diuersa & abiuncta ponerentur, se tangere non possent:  
& futuri quia sunt impertia, & quorū non sunt vltima. satis autē  
esse vltis monstratū est supra: impertia se tāgere nō posse, neq; vnū  
mum,

f.

a

de

c

ee

b

& cū tēpus sit continuū: inter illa eiusdē naturæ continuū  
intercipi oportet, quod nō nisi tēpus esse pōt. At cū post  
presens inducū nihil præteriti habeatur, ante verō nihil  
futuri: illud igit tēpus interstes in atomo erit. Et cū omne  
tēpus (vt ostēsum est) partibile sit, ipm erit partibile. quare  
& atomus, partibilis. Imō vero tale tēpus, cū neq; præter  
itum sit aliquid, neq; futurū, nihil nisi simplex & impar  
tibile nunc esse potest, quod si diuidat, præteritum erit in  
futuro, & futurum in præterito. Imō & ipsius nunc, hoc  
erit præteritum, illud vero futurum: & in eodē nunc, plu  
rima simul esse conspiciētur, quæ si impossibilia sunt (sunt  
namq;) non erunt diuersa nunc, tēporis extrema: hoc præ  
teriti finis, illud initium futuri, sed vnum idēq; nunc ero.

¶ Tertia. in ipso nūc impartibili, nihil moueri contingit. 12

¶ Nam contingeret, in ipso, velocius & tardi⁹ moueri.  
Sit igitur magnitudo a b. tardius vero mobile, d. veloci⁹  
e. & f nunc & impartibile. & d mobile tardius, pertrāseat  
magnitudinis partem a c. in atomo tēporis f. si fuerit pos  
sibile. E mobile velocius, eandē a c magnitudinis partē,  
in minore (quā sit nunc) mora absoluet. partietur igit  
f nunc impartibile. quod est impossibile. ¶ Quarta. Item 13

neq; in nunc, contingit quicquā quiescere. Primo. Nam  
aliquid quiescere dicimus, cum non mouetur quando,  
vbi & quo modo moueri natum est. in nunc autem ostē  
sum est, nihil moueri contingere. Neq; igitur in nunc,  
quicquā continget & quiescere. ¶ Secundo. Potest mo  
bile toto tempore præterito moueri. & toto futuro quies  
cere. nullus id negabit. Atqui si in atomo quiesceret, in  
illo eodem simul & moueretur. Nam si in toto præterito  
to mouebitur, & in quolibet præteriti (in quo moueri na  
tum est) mouebitur. Si igitur natū esset quiescere in ato  
mo, & in eodem natum moueri esset. Moueretur igitur  
in nunc atomo præteritum finiente. Et cum in toto fuo



turo quiesceret, in quolibet futuro (in quo quiescere natū esset) quiesceret, igitur & in nunc, futurū ipsum initiante, quiesceret. Quiesceret igitur in eodē nūc simul & moueretur. Est enim nūc idem, vtrorūq; tēporum vltimum: huius, vt finis, illius vero (quemadmodum dictum est) vt initium. ¶ Terio. Aliquid quiescere putamus: cum prius & posterius cōsimiliter secundū se & suas partes sese habeat.

- 14 In nunc verò, neq; prius, neq; posterius est. In nūc igitur, nihil quiescere ponendū est. ¶ Quinta. Omne quod mo- Quicqd  
uetur: vt, diuisibile sit, necesse est. Nam omnis motus, ex mouetur  
quodam in quoddā est. & cū mobile, in eo (in quod mu- est diuisi-  
tatum est) omnino existit: non amplius mouetur. Et cum bile,  
omnino in eo est (ex quo mutatum est secundum se &  
partes omnes) nondum mouetur. quod enim cōsimiliter se habet secundum se & partes omnes, non mutatur. omne igitur quod mouetur, diuisibile est. quod quidem (cum mouetur) partim in vno termino, partim in altero est. Nā non omnino in vtroq; neq; omnino in neutro est. vt cū ex albo fit fuscum, & nō nigrum. Non enim necesse est, quod moueatur: in alterutro esse extremorum.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Id totū mouetur: quod & ipsum, & eius quxlibet partium mouetur. Pars, pars secundum dimensionē sumpta.

- 15 **Q**uartum caput cōtinet duas cōclusiones. & tres Duplex  
ad secundā partē primæ, rationes. ¶ Prima cō- motus di-  
clusio. Motus bifariā diuisionē recipit: penes tē- uisio.  
pus scilicet, & penes eius quod mouet, partes.

¶ Penes autē tēpus: hoc ideo est. quia lōgius motus, lōgiore tēpore: breuior vero, tēpore breuiori semper perfinitur, & vt tēpus pariter sectionem recipit. At vero quoddā partibilitate mobilis itidem partiatur: patet primo. Sit a b mobile, quod totum moueatur. ipsum diuido in c, & totus motus eius sit d e. quia totū mobile a b mouetur: & eius pars a c. mouetur. habet igitur (quo moueatur) motum, qui sit d f. & eius pars altera c b, etiam mouebitur & motum habebit, qui sit f e. & quamcūq; aliam assignaueris, eam moueri oportebit. alioqui non totum mouebitur, neq; alteram, alterius motu moueri possibile crit.

a d

c

b e

Est igitur totus motus d e, in toto mobili a b. Et pars motus d f, in parte mobilis a c. & pars altera motus f e, in parte altera mobilis c b, ut liquido percipias, motum, partium mobilis partibilitate partiri. ¶ Secundo. Omnis motus, alicuius est totus: qui & idem plurius totus esse non potest. d e igitur alicuius est totus & positus est totus esse mobilis a b. Non est igitur totus a c, aut totus c b, partes enim sunt utraque, & idem motus plurius esset totus. neque per idem, alterius partium ullius, totus erit. erit igitur totus motus d e, totius mobilis a b. & partes eius, partibus mobilis a b, consimiliter respondentes. Et certe perfectum esse videtur: ut totum totius existit, & partes partium esse partes. ¶ Tertio. Quia cum totus motus d e, sit totius mobilis a b: cum diuidetur mobile in partes a c, & c b, & quascunque alias libuerit. si partes motus mobilis partibus æquantur, confectum est quod volumus. motum scilicet mobilis partitione partiri. Si vero motus deficit, ita ut liceat mobilis partem extra accipere, motum nullum habentem, ut a g: cum totum mobile a b positum sit moveri, & pars eius a g mouebitur quæ motum non habet. mouebitur igitur aliquid quid sine motu. quod est impossibile. Si vero dixeris, motum mobilis partes superare: ita ut aliqua pars eius ut h e, extra mobilis partes cadat. Erit igitur motus h e, sine mobili. non enim erit in altero mobili: cum totus motus d e, positus sit esse vnus. At vero si totus motus sit vnus, & mobile esse vnum (ut iam cognitum est) necesse est. quæ si impossibilia sunt: perspicuum euasit, motum non modo temporis, sed & partitione mobilis, partiri. Et quauis & quod mouetur, & motus, & tempus, & pleraque alia diuisiones correspondentes habeant, ut vnius diuisionem reliqua omnia sequantur: non tamen omnia hæc consimiliter diuiduntur. sed quantitas ut magnitudo, & tempus, per se diuiduntur. quod mouetur, suæ magnitudinis diuisione, & affectiones & qualitates per accidens. quia simul ijs accidunt: quibus ea quæ per se sunt diuisibilia, insunt. ¶ Secunda conclusio. Non modo ut tempus, motus est diuisibilis: imò contra retroagitur. ut motus diuisibilis, & tempus diuisibile esse oportet. & ut motus diuisibilis, & quod mouetur. ¶ Si a motus. b tempus. diuido motum per medium.

Motus

a  
da d g  
f c f c  
h b e b  
c

Motus medium, est in minori tēpore: q̄p totus motus a. Et iterū medij sumo mediū aliud: qđ erit in minori tpe, vt manifestū est: & semper hoc modo. vnde fit notū: vt motus, ita & tempus diuidi oportere. Sit iterum a totus motus c. c. verđ quod mouetur, medietas motus, minoris est q̄p c. & iterū medij medietas: minoris erit. & ita semp pcedendo, vt quācūq; motus partē accipias: eius quod mouetur parti correspōdeat. vt pars motus a d: parti eius qđ mouetur c d. & pars a e: parti c e. & a f. c f. & ita quācūq; aliam acceperis. Ita (vt prādemonstratum est) vt nūq̄ partes motus: eius quod mouetur deficient partibus, aut quod mouetur, aliqua parte motum excedat: sed vt totū totius, & partes partium existunt. vt igitur motus diuiditur: & quod mouet diuisibile esse oportet. Et consimiliter mōstrari posset spaciū esse diuisibile: & id secūdū quod est motus. & ex vni<sup>9</sup> (vt quod mouetur) diuisiōe: omniū aliorum diuisiones perspicere. vno enim diuiso: cātera vt diuidantur necesse est. Et vt vnū finitū vt actū: & cātera finita esse oportet. Et vt vnū infinitū vt potestate, & diuisione in semper diuisibilia: & cātera consimili modo esse & infinita. Si enim alio modo: & alia alio modo.

#### QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Quod mutatur, mobile. ¶ In aliquid, terminū aliq̄e.  
 ¶ Mutatio secūdū cōtradictionē: generatio, corruptio.  
 ¶ Mutatū, mutatū secūdū finē, mutatū esse completum.  
 ¶ Mutatum esse secundum principium, mutatum esse incomplete & imperfectum. ¶ Magnitudo, spaciū.

17 **Q** Vintum cap. continet tres conclusiones, & tria corollaria. Primū primæ, secūdū secundæ, & tertiiū tertiæ. ¶ Prima cōclusio. Omne qđ mutat: cum primum mutatum est, in eo (quod p̄ficiscer batur) termino est. ¶ Nam omne quod mutatur: ex quo Cū mobili in aliquid mutatur. Et quod mutat: à termino vnde le secūdū mutatur, deficit. & cū mutatum est: deficit. Vt enim mus finem mutari ad deficere se habere videtur: ita & mutatum esse, ad tatum est, defecisse. Tunc sic. vt in mutatione secundum contradi<sup>9</sup> ipm in terminationem cōperimus: æquum est in cāteris mutationibus mino ad ita sese habere intelligere, Nam simile est & in cāteris. At quē esse,



**Quid mu** verò cū quid generatur, cum primum ex non ente in ens  
**tatū esse.** mutatum est: ipsum est, & est ens. igitur ita se habere, in cæteris  
 est intelligendū. erit igitur omne quod mutatur, cū primum  
 mutatum est, in eo (ad quē pficiscebat) termino. ¶ Itē quod  
 mutatur, cū primū mutatum est: aut est in termino vnde pficiscebatur, aut in eo quod proficiscebatur, aut in vtrorūq;  
 medio. Horū triū vnū esse oportet. At verò nō erit in ter-  
 mino vnde proficiscebat. Nam mutatum esse, est ab eo ter-  
 mino defecisse. Neq; alicubi in medio vt in c, cū mutatum  
 sit in b. Nam cū mutatio continua sit: quod mutatum est, tū  
 cū mutatum est, ad id moueretur in quo mutatum est. hoc aut  
 impossibile, relinquitur igitur, quod mutatur, cū primū mu-  
 tatū est: in eo esse termino ad quē profectū est. ¶ Corollarium 18  
 riu. Vnde sit, vt oē genitū, cū primū genitū est, sit: & omne  
 corruptū, cū primū corruptū est, nō sit. & oē auctū, cū pri-  
 mū auctū est: sit auctū. vt bicubitū, tricubitū, & ita de reli-  
 quis mutationib⁹ oib⁹. Hoc tñ in mutatione secundū con-

**Mobile i** traditionē: clarius quodā modo elucet. ¶ Secūda cōclusio 19  
**instātū pri** mo. In quo res primo mutata est: atomum & impartibile  
**mo muta** esse necesse est. ¶ Non terminū motus: sed moræ atomū  
**tum esse.** intelligimus. Si id igitur in quo res primū mutata est, par-  
 tibile sit: esto ipsum a b. quod partiatur in signo c. vt pars,  
 prior sit a c. posterior verò c b. Aut res primū mutata est in  
 a c: aut in c b, aut in toto a b. Non in a c. quia cū posita sit  
 esse primū mutata in a b, & a c prius existat: erit prius pri-  
 mo, quod esse nequit. In eo enim primū dicimus aliquid  
 mutatum: in quo, cū nō secundū alterū, nihil eo sit prius, in

**Qñ aliqd** quo sit res itidem mutata. Nec in c b. quia mutatum esset  
**dicēt pri** in a b secundū alterū. Neq; in toto a b. quia iterū mutatum  
**mo muta** esset in a c parte eius priore, atq; esset prius primo. Non  
**tum.** erit igitur id in quo res primum mutata est, partibile. res  
 linquitur igitur, ipsum atomum esse & impartibile. ¶ Corollarium 20  
 riu. vnde manifestum est, quod primū genitum est: in  
 atomo esse genitum, & quod primū corruptū est: in ato-  
 mo esse corruptū. & ita in cæteris mutationibus intelli-  
 gere factū. Attamen duplex concipe mutatum. Hoc secundū finem  
 nem: in quo res cōsecuta est cōpletū finē & actum. Aliud  
 verò secundū principium: prius q̄ res suū finē nacta sit com-

**Duplex** mutatum. Attamen duplex concipe mutatum. Hoc secundū finem  
**mutatū.** nem: in quo res cōsecuta est cōpletū finē & actum. Aliud  
 verò secundū principium: prius q̄ res suū finē nacta sit com-

pletū. Et nos mutātū esse secundū finē primū esse, & secū Non pōt  
 dū atomū impartibile sumi modo ostendimus; de eo qđ dari pri  
 21 est secundū principiū, nūc agendū est. ¶ Tertia cōclusio. mū inlās  
 Secundū rei principiū, nullū mutātū primū dandum est. i quo res  
 ¶ Nā si dabitur vllū; sit primū mutātū secundū principiū secundum  
 in a d. manifestū est, a d. atomū vt (monstratū est) & imū principiū  
 partibile esse. Aut ergo a d. atom⁹ est vnde mot⁹: hoc au sit primū  
 tē esse nō pōt. Nā mutātū esse: est ab eo termino defecisse. mutata.  
 Erit igit impartibile alterū. qđ cū ponas in quo priō mu  
 tatū est: erit atomo vnde mot⁹, p̄ximū & attiguū, & nūc  
 in tēpore, sibi jnuicē p̄xima. quod esse nequit. Si verd di  
 xeris a d. impartibile, & nō p̄ximū atomo vnde mot⁹; &  
 tamē esse in quo primo mutātū est: tūc sic. Inter primū im  
 partibile & a d. est tēpus medium in quo sunt innumera  
 nūc, alia: & in quo dicis mobile nūc p̄ri⁹ fuisse mutātū.  
 quicuit igitur cōtinuē in toto intercepto tēpore. & a d. (in  
 quo dicis ipsum esse primum mutātū) finis est quietis. qđ  
 esse nequit. Aut in quolibet nunc, intermedio, mouebat.  
 quod nō minus impossibile est. Non igit erit a d. impar a f e c d  
 tibile. Sed esto dicas ipsum partibile: diuido ipsum per  
 mediū in signo c. Aut mutātū est in a c priori parte: aut in  
 c d, aut in toto a d. Si in a c mutatum est: cū sit prius a d,  
 primum mutātū non est in a d. Alioqui dabitur prius pri  
 mo. Si solum in c d, nō est primū mutātū in a d, nisi secū  
 dū alterū. Et iterū de c d, vt a d. procedo. Si das i neutro:  
 neq; in toto a d mutātū est. & si in toto a d: & in a c prius  
 mutātū est, quod esse nō potest. Neq; dici poterit aliquā  
 do deueniendū esse ad id in quo primū mutatum est: &  
 dare primū mutātū. Nam diuisiones in infinitū prorūit.  
 Nam detur pars a c. eā diuido in signo e: & argumenta  
 bor ipsum p̄ri⁹ esse mutātū in a e parte priori. quare non  
 est primū mutātū in a c. Et si dederis a e in quo primum  
 sit mutātū: diuido a e in signo f. & statim ostendo prius  
 mutātū esse in priori parte a f. & abibo hoc pacto, a ver  
 sus, in infinitum diuidendo: & ostendendo prius muta  
 tum esse. Satis igitur arbitror demonstratū propositū, se  
 cundū rei principiū nullū mutātū primū inueniri posse.  
 22 ¶ Corollarium. Quo fit; vt eius quod mutatur, temporis

a in quo mutatur, & eius secundum quod mutatur: nō fit  
c dabile primū. In mutatione enim qualibet; tria reperiuntur. quod mutatur, tempus, & id secundum quod mutatur: vt homo, hora, albedo. quorū duo, quod mutatur & tempus: secundum se sunt diuisibilia. tertium autem, non semper, sed interdū secundū accidens, vt quia ijs quæ secū dū se diuisibilia sunt, accadat. Et quia de tēpore & magnitudine simile est: sit magnitudo a b. & moueāt mobile ex a in c. si c sit impartibile: erit impartibile impartibili coniunctum. Si partibile: ergo pars erat in a c, in qua mobile prius mouebatur. & iterum in illa parte (si eā feces) aliquid erat prius in quo mouebatur. Et quia diuidēdo, nunq̃ sectio defectura est: hinc fit, vt neq; eius quod mutatur, neq; temporis, imō neq; spacij, & dispositionis secundum quam fiat motus, primum dari possit. Sed hæc adhuc clariora ex sequentibus euasura sunt.

# SEXTI CAPITIS ANNOT.

Mutatur, mouetur. ¶ Infinite, infinities. ¶ Ex quodā, quodam termino.

Sextū cap. cōtinet quatuor cōclusiones. duas. ratiōes ad primā. duas ad secundā, & vnū corollariū. duas ad tertā, & vnū corollariū. et vnū corollariū ad quartā. ¶ Prima cōclusio. In quo tēpore priō mobile mu-

tat, & in ei⁹ qualibet parte, ipm mutari necesse est. ¶ Primo, quia aliqd mutari in tēpore, dupliciter diciē. Vno modo, vt primo. & est, cū in eo & in eius parte qualibet mutatur. Secūdo modo, secundū alterū & nō primo: cū non in qualibet partiū, sed solū secundū eius partiū determinatā aliquā mutatur. vt cū quid in anno mutari dicimus quia

a c f b in die mutetur. Ex diffinitōe igitur manifestū est, in quo tēpore primo, mobile mutatur: & in eius qualibet parte mutari. ¶ Secundo, capio tempus a b, in quo primo mouetur mobile d. Et tēpus a b diuido in signo c. Est em̃ tēpus omne, vel in infinitū diuisibile. Aut igitur mobile d, in a c mouetur, & similiter in c b (si enim in neutra partium moueatur: & in toto tempore a b quiescit. nā in toto moueri & in eius partium nulla: impossibile est) aut in altera partium solum, si solum in altera: non mouebitur

d



in a, b primo, sed secundū alterū, cuius oppositū est cōcessum. Mouebitur igit in vtraq. & ita de quibuslibet alijs partibus argumentabor. in quo igit tēpore primo, mobile mutatur, & in eius qualibet parte mutatur. Et hęc nō modo in qualibet parte mobile moueri ostendit; verum etiā (si apertius explicet cōclusionis vis) in qualibet parte primo moueri. Nā si qua dabitur in qua nō primo moueatur: mutabitur secundū alterū, & partē signabo datę partis in qua mobile mouebitur vt f b, & alterā datę partis partē in qua mobile nō mouebitur vt c f, quia c f pars est tēporis a b (quicqd est em partis pars: & vt totius pars existat, necesse est) & mobile d nō mutatur in c f, nō mutatur igitur in toto a b primo, quod est concessū oppositū.

- 24 ¶ Secūda conclusio. Omne quod mutatur: vt prius mutātū sit, necesse est. ¶ Primo. Sint a b mobilia æquē velocia: quorū a moueat in magnitudine c d, in toto tempore e f, b vero in spacio g h in medio temporis, vt e i, b in medietate e i, est mutātū. Igitur & a æquē velox mobile. Et quia hūc in modū assignari potest mobile, semper temp<sup>9</sup> per mediū partiens: erit & a in medietatis medietate mutātū, & in media medietatis, quare omne quod mutatur, prius mutātū esse, necesse est. ¶ Secūdo, quia cū a in toto tempore e f, moueatur: & omne tēpus in duo æqua partibile sit: quorum mediū extremum est nunc (hoc em positum est temporis extremum) in nunc illo medio mutatum est. Nā in ipso ferri, impossibile est: quare & iterū in nūc medietatis medio mutatum est. Et quia hunc in modū procedendo, nunq̄ deficit diuisio, aut diuisionis vltimum daretur & tēpus minimū, quod esse nequit: in quolibet igitur nunc medio prius est mutātū. ¶ Corollarium. Omne qd Vnde fit vt illud quod mutatur infinite mutātū sit. Nam mutat: in omne quod mouetur, cū non pausat & quiescit, aut motū finitē moueri, aut mutātū esse necesse est. In quolibet autem nunc tatū esse, temporis, motus non pausat aut interquiescit. Igitur in quolibet taliū nunc: aut mouetur, aut mutatum est. Non autem mouetur, quia in nunc nihil moueri contingit. In quolibet igitur mutatum est. Igitur si ea nunc sint infinita (sunt autem) clarum euadit: mobile in infinitum mu-

| e | i | f |
|---|---|---|
| c |   | g |
|   | b |   |
| a | d | h |

tatū esse oportere. ¶ Tertia conclusio. Non modò omne 26  
 quod mouet, prius mutātū esse oportet: sed & ante omne  
 mutātū vt res prius moueatur, est necesse. ¶ Primo. quia  
 cū omne quod mouetur, ex quodā in quoddā moueat.  
 sit igitur a mobile: quod quidē moueatur ex b in c. cū igit  
 est in b & mutātū est in c: aut est in eodē nunc, aut alio &  
 alio. Non in eodē. nā simul idē, ad aliquē terminū moue  
 retur, & in eodē esset termino. Est igitur in b in nūc vno:  
 & mutātū c in altero. Et cū inter quālibet duo nūc, sit tē  
 pus interstes: mouet igitur a mobile, prius q̄ sit in c muta  
 tum. Et quodcūq; mutātū alterum dederis (cum semper  
 tempus inter ipsum & primū sit interceptū) eodē te sem  
 per vrgebo argumento. Non enim asserre poteris nūc, in  
 quo mutatum sit: nūc primo cōiunctū. nam essent nūc si  
 bi inuicem proxima. Neq; mutātū est in primo. nā muta  
 tū esse, est ab eo defecisse: & finis motus existit. ¶ Secūdo.  
 Id idem in magnitudine (quia manifestior eius cōtinui  
 tas est) perq̄ exploratū habetur. vt si a mobile, mutatum  
 est in c: aut b c impartibile est: hoc autē non. nā impartibi  
 le, impartibili coniunctū esset. Est igitur partibile, & ma  
 gnitudinem interceptam esse oportet. quare prius moue  
 batur mobile. Quē cū in infinitum, b versus partibilis sit:  
 sequitur, mobile in infinitum ante moueri. ¶ Corollariū. 27  
 Vnde fit, vt ante omne mutātū res in infinitū ante mo  
 ueatur. Hoc argumēto præcedente, quodcūq; detur mu  
 tatum, manifestū est. Et intellige hoc in omni motu & mu  
 tatione (quæ etiam inter terminos statuitur contradicto  
 rios) eandem seruare veritatē. ¶ Quarta. Quicquid mu  
 tatur, vt prius in infinitū mutetur necesse est: & quicquid 18  
 mutātū est, vt prius in infinitū mutātū sit, id idem oportet.  
 ¶ Eadem cum præcedentibus demonstratio est ex hoc q̄  
 impartibile impartibili proximū coniūctumq; esse nō po  
 test, & quia magnitudo sectionem recipiendo abit, in in  
 finitum. quemadmodum numeri, qui in infinitum augē  
 tur: & lineæ, quæ diminuūtur in infinitū. ¶ Corollarium. 29  
 Manifestum itaq; est, omne quod fit, prius factum esse.  
 & quicquid factum est, prius fieri. & quicquid fit, prius  
 fieri, & quicquid factum est: prius factū esse oportere. Et

ita de corruptione & cæteris motibus intelligas. vt quicquid corrumpitur, aliquatenus prius corruptum est. & quicquid corruptum: prius corrumpitur. At cum dico, quicquid sit, prius factum esse: non intelligo id ipsum quod sit, prius factum esse, & prius esse: sed eius aliquid. vt cum fiat domus: eius fundamentum, aut fundamenti aliquid prius factum esse. Et horum omnium ratio sæpius adducta est, quia omnis magnitudo & omne tempus, in semper diuisibilia secantur. neque secundum prius, dari possit in quo primum aliquid fiat, aut factum sit, corrumpatur, aut corruptum sit.

### SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Infinitum, secundo. ¶ Omnis, totus.

30 **S**eptimum cap. continet duas conclusiones, vnum corollarium ad primam, & duo ad secundam. ¶ Prima conclusio. Impossibile est, vt tpe infinito magnitudo transeat finita: semper aliud magnitudinis sumendo: & in omni tpe totam magnitudinem absoluendo. ¶ Sit d mobile, continue æque velox: quod continue feratur in magnitudine finita a b, in tpe infinito c. Sumo partem finitam temporis c vt c f. in tempore c f, mobile d, pertransit aliquid magnitudinis a b. sit illud a e. Et quia d mobile, ponit æque velox: in æqualibus temporibus c f, continue æqualia a e pertransibit spacia. At verò quia pars a e aliquoties & finite quidem sumpta, metitur totam magnitudinem a b: in tot igitur temporibus, tempore c f æqualibus, tota percurrit magnitudo a b. At illa sunt finita & multitudo & magnitudine. quare si in toto tpe c totam percurreris magnitudinem, c finitum erit. quod est positi oppositum. Neque refert etiam an motu irregulari feratur, nunc velocius, nunc tardius. & quia in tempore c f pertransibit aliquid spacii a b: quod aliquoties sumptum, metitur spacium a b. Et si tardius duplo (qualibet aliam posueris proportionem, idem subit iudicium) moueatur: in duplo tempore transibit æquale. & ita continue secundum proportionem tarditatis, spacium semper prius accepto spacio absoluet æquale: & in tempore secundum proportionem temporis c f maiore. quæ cum (vt spacii partes) erunt & multitudo & magnitudine finita: & totum erit finitum. Et nihil refert, hæc multitudo finita, magnitudine esse in æqualia, vt finitum totum efficiant. ¶ Corollarium. Vnde fit, vt



Tempore tempore infinito nihil quiescere: ita neq; generari aut corrumpi contingat. ¶ Hoc ex conclusione manifestum est. nihil motum nam si tempore infinito natū moueri nō est, finitum spatiū transeundo: neq; quiescere. est enim quies, motus priuatio, quādo, & ubi mobile moueri natū est. generatio autē & corruptio: magnitudinis sunt finitæ. Et hoc certē quod modō monstratum est, & contra magnitudinē infinitam tempore finito percurri nō posse: aliās prius à nobis demonstratum est. ¶ Secūda. Tempore finito, mobile infinitum, magnitudinē nequaquā pertransibit, quare neq; in ea quiescet. ¶ Nihil refert, magnitudinem infinitam, aut finitā, aut altero termino tātum finitam, intelligas. Capio mobilis infiniti partem finitam: quæ in aliqua parte temporis aliquid magnitudinis absoluet. & pars illa temporis (cum tempus sit finitum) aliquoties sumpta, & numero quidem finito, totū tempus metitur, quare in tot partibus, tot æquales prius sumptæ parti mobilis partes transibunt. & totum quod transiuit, finitum est: vt quod ex finitis & multitudine & magnitudine conflātū sit. Et idem valuerit: si posueris ipsum mobile infinitum, inæqualiter, difformiterq; moueri. Non igitur tempore finito, mobile infinitum, magnitudinem vllam pertransibit: aut in ea quiescet. ¶ Corollarium primū. Vnde, tempore finito, mobile infinitum, spaciū non absoluet finitum pariter neq; infinitum. Eadem enim (quæ est posita) demonstratio est. ¶ Secundum. Manifestum item est, quodd tempore finito nullus motus esse possit infinitus. ¶ Nam si esset infinitus: & magnitudinem transiret infinitam. Si autem id impossibile est: & motum esse infinitum. Est enim par eademq; ratio, & magnitudinis & motus. Et quomodo iterum, cum omnis loci mutatio in loco sit, esse possit infinita?

# OCTAVI CAPITIS ANNOT.

¶ Stare, est ad quietem tendere. ¶ Stare, sisti.

¶ Ctauū cap. cōtinet octo cōclusiones. duas rōnes ad secundā, & vnā instātiā Zenonis post vltimā. ¶ Prima conclusio. Omne quod stat: cum stat, vt moueatur necesse est. Nam omne natū moueri, quādo ubi & quomodo; aut mouet, aut quiescit. qd' autē

- stat, non quiescit. nā nihil quiescens, in quietē & trāquillitate tendit. mouetur igitur omne tale. ¶ **Secūda cōclusio.** Quod quicquid stat, in tēpore stat. ¶ **Primo.** Quia quicquid stat stat in tpe (vt dictum est) mouetur. & quicquid mouetur in tēpore mouet. ¶ **Secundo.** Quia quicquid stat: velocius aut tardius stare posse dicimus. velocius autē & tardius, solum in tēpore esse possunt. igitur
- 36 quicquid stat: in tēpore stat. ¶ **Tertia.** In quo prius stat: in qualibet ei⁹ parte stare, necesse est. Hoc (vt de eo quod in aliquo primo mouetur) demonstraretur tēpus diuidendo. Nam quicquid stat: mouetur. quicquid autē in aliquo primo mouetur, in qualibet eius parte mouet. igitur quicquid in aliquo primo stat: & in eius qualibet parte stabit.
- 37 par em eademq; ratio. ¶ **Quarta.** In quo stetur primū, dabile nō est. ¶ **Nam** in quo moueat, demonstratū est primū dari nō posse. quia quicquid dabitur, semp restat prius accipiendum: cū tempus sit in infinitū partibile, igitur neq; in
- 38 quo stetur, dabitur primum. ¶ **Quinta.** In quo res primo quiescat, tempus esse necesse est. Nam in atomo & impartibili nihil moueri cōtingit: igitur neq; quiescere. Est enim
- 39 quiescere: non moueri, quādo, vbi, & quomodo aliquid scire. Quid quiescere: non moueri, quādo, vbi, & quomodo aliquid scire. moueri natum est. Et quod quiescit, nūc (vt prius) sese habet. Hoc autem esse nequit, nisi in interuallo inter duo minima constituto & id tēpus. In quo igitur primo res quiescit, tempus esse necesse est. ¶ **Sexta.** In quo primo res quiescit, in eius qualibet parte quiescit. ¶ **Eadem,** vt prior
- 40 de tempore manifestatio est. ¶ **Septima.** Vnde fit etiam, vt in quo res quiescat: primū assignabile non sit. ¶ **Ratio** præcedentibus eadē est. quia sicut quod mouetur, in tempore mouetur: ita quicquid quiescit in tempore quiescit. Et sicut magnitudinis nō est primum: neq; temporis, neq; vllius continui, sed omne tale (vt iā satis dictū putamus) in infinitū partibile est. ¶ **Octaua.** Quod aliquod spaciū aliquo tempore primo pertrāsit: penes aliquid illius spaciij primū esse in aliquo motus tempore nō potest. ¶ **Nam** si esset penes aliquid spaciij primum in aliquo tempore motus, ipsum & eius quælibet pars penes illud essent spaciij in eodē tempore, non igitur moueretur, sed quiesceret. Id

enim quiescere arbitramur: quod in altero & altero nunc, idē secūdū se & suas partes cōtinuē occupat. Nam omne quod mouetur: & in tēpore, & ex quodā in quoddā mouetur, vt simul ad aliqd moueri & per motū esse nequeat. Non erit igitur quod mouetur, in aliquo tēpore motus, penes aliquid spacij. Etenim si aliquo tempore motus, penes aliquid spacij esset: cū omne tēpus partibile sit, & in priori parte illius tēporis, penes illud spacij esset & in posteriori parte, quod cū cōsimiliter sese & pri<sup>9</sup> & posterius haberet, cōsequitur iterū ipsum quiescere. sed solo nūc, est penes aliquid spacij manens, in quo tamē neq; mouetur, neq; quiescit. In nūc enim temporis extremo, neq; moueri quicq; neq; quiescere potest. Neq; quia (quodd in nunc sit) sequat ipsum nō moueri: idcirco sequit ipsum quiescere. nā quod nō mouetur, ipsum idcirco quiescere accidit.

**Obiectio Zenonis.** ¶ Instātia. Sed quod nihil moueri cōtingat, talem paralogismū inducit Zeno. Quod spacium sibi æquale cōtinuē obtinet, quiescit. At qđ videt moueri, semper sibi cōtinuē æquale spacium obtinet. Igit qđ videt moueri (vt sagitta)

**Eius solutio,**

cōtinuē quiescit. ¶ Huius paralogismi Zenonis ex præcedenti cōclusionē solutio perua est. Non oportet enim, vt quicquid sibi spacium æquale obtinet, quiescat. Nam quod fertur (vt dictū est) id in atomo (in quo nihil moueri neq; quiescere natū est) obtinet. Neq; id verū est, quod mouetur, cōtinuē sibi æquale spacium obtinere. Imd in solis nūc & impartibilib<sup>9</sup> id dixim<sup>9</sup> accidere. & in nullo mot<sup>9</sup> tempore, spacium sibi occupare æquale. Si igitur cōtinuē occuparet æquale, nunc adinuicē essent coniuncta, & tēpus ex impartibilibus cōpositum euaderet. Hoc autem impossibile est, quēadmodum & de alia magnitudine quacūq;.

#### NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Falsa descriptio, argumentatio falsaria.

**Sex rationes motū esse cōtinentes.** ¶ **Prima,** ¶ Onū cap. cōtinet sex Zenonis rōnes quodd nō sit mot<sup>9</sup>, aut mutatio, & earū solutiōes. ¶ Sex rōnes quodd nō sit motus aut mutatio. Quatuor primę, sunt Zenōis: quę olim antiq; difficultatē solutiōnis ingerebāt. ¶ Prima inqt Zeno. Si qcq; moueat, ipsum pri<sup>9</sup> spacij dimidiū cōficere necesse est. At q in spacio quo



libet, infinita sunt dimidia. Infinita autē trāsire, impossibi-  
le est. igitur & quicq̃ moueri. ¶ Huius rationis, ex præcō Eius solu-  
dētibz haberi potest manifesta dilutio. Nā sicut infinita tio.  
dimidia potētia cōcedim⁹, ita quoq; & infinita potentia  
trāsiri posse nō negam⁹. ¶ Secūda. Si quicq̃ moueret, ver Secūda.  
locissimē motū assequi aliquādo valeret tardissimē motū,  
at verdē velocissimē motū, tardissimē motum assequeretur  
nūq̃. nō igitur mouet quicq̃. Et q̃ velocissimū nūq̃ asse-  
quat tardissimū, ita palām fit. Sit a velocissimū. b tardissimū.  
mū. c d, spaciū: in cui⁹ spacij termino c, locet a, & in me-  
dio, b: vt b dimidio spacio antecedit: & incipiāt a & b si-  
mul d versus, moueri. Cū a peruenerit in sinū mediū, iam  
b ab eodē recessit (si ipsum moueri possibile est) & est præ-  
cedēs in alio quopiā signo. ad q̃ cū pueniat a, iterū b re-  
cessit, & in alio signo antecedit. & ita semp fiet vt pari ra-  
tione tardissimū tāq̃ fugiēs (ne assequi vnquā possit) ver-  
locissimū illudat. Et hanc rōnē Zeno inflata bucca & ore  
tragico, Achillē personat. ¶ Sed diluit. Velocissimū tardis-  
simo aliqñ cōiungit. neq; est (vt Zeno suspicat) semp tar-  
dissimū, signū reliquisse, in aliquo alio præcedēs: cū velo-  
cissimū ad signū puenerit. Nā tametsi a in equali tempore  
plura spacia potētia nō prāseat q̃ b: pertrāsīt tamē maios-  
ra. vt si duplo veloci⁹, duplū: si triplo, triplū. Vnde fit, vt in  
aliquo spacij signo: ipsa aliquādo coniunctū iri oporteat.  
Et hæc à prima ratione differt, qudd in ea Zeno spacium  
partiē in dimidia: & infinitis potētia, vt infinitis actu, vti-  
tur, & hinc sua cognoscitur pēdere solutio. In hac verdē,  
falsam opponit motū proportionē: & ex motū vera in  
spacijs proportionē hæc diluitur ratio, & Zenonis (vt vo-  
cat) Achilles. ¶ Tertia. Quicquid spaciū sibi æquale obti-  
net, quiescit. Atqui sagitta quæ ocysimē ferri videt, cōti-  
nuē spaciū sibi æquale obtinet. sagitta igitur illa & quæ  
cunq; ferri vident, eadē ratione quiescunt. ¶ Paulo ante,  
huius patefacta est responsio. ¶ Quarta. Si possibile est  
(inquit Zeno) quodcūq; moueri, sint tres magnitudines  
a a, b b, c c, & magnitudine & velocitate pares, directē  
alia supra aliā iacentes, & a a, continuē moueat ad dex-  
tram; & simul b b, contranitur versus læuam, & c c,

c a o

e o b

f

g

d

Eius solu-  
tio.

Tertia.

Quarta.

c f d


a a

b b

c c

quiescat & immobilis pseueret. accidet, eodē tēpore eadē  
 & æqualia spacia à mouente & quiescente esse ptransita.  
 Nam quo tpe vt d e, spaciū c cab a a mouēte pertransitū  
 est: eodē tēpore & b b æquale spaciū, pertransitū est à c c  
 spacio quiescēte. Et nō modo hoc incōmodi sequat: sed  
 idē tempus sibiipsi esse duplū. Nā esto inquit a a a directē  
 supra c c c, & b b b foris in dextra: vt b primū sub vltimo  
 sit a. Et cōtranitatur modo prædicto a a a & b b b, quies  
 scente & immobili perseuerante c c c. cum a primū stat  
 cū medio c, a primū stat cum b primo, & in eodē tempore  
 vt d f, a a a pertransit dimidium c c c: & totū b b b, dup  
 plum dimidio c c c. At verò idem mobile, in medio tem  
 poris transit dimidium: & in duplo tempore, transit dus  
 plum, effectū est igitur, vt quia a a a in tempore d f transit  
 dimidiū, ipsum sit dimidium. & quia transit in eodem du  
 plu ipsum sit duplū. & ipm ad seipsum esse duplū. ¶ Hæc  
 argutia statim dissolubilis est. Nā æquale spaciū in equali  
 tempore à mouēte & quiescēte pertransitū esse non pos  
 se: & idem in dimidio temporis transire spaciū dimidiū:  
 & in duplo tempore duplum, intelliguntur spacijs (quæ  
 pertranseantur) omnino consimili modo se habentibus.  
 Applicat autem Zeno ea ad spacia, alterū quiescens, & al  
 terū motum. vnde, in falsam (hāc ob causam) incidit de  
 scriptionē. neq; reputanda sunt (vt ea adducit atq; appli  
 cat) incommoda. ¶ Quinta. de mutatione secundū con  
 traditionē adducitur. Si aliquid mutare possit, de cōtra  
 dictorio in contradictoriū, vt de nō albo in albū: in neu  
 tro extremorū existit. quare, neq; erit albū, neq; non albū:  
 & inter contradictoria dabitur mediū, quod est imposs  
 bile. Non erit igitur talis mutatio vlla. ¶ Responso. Cū  
 quippiā mutatur de nō albo in albū, esto in neutro extre  
 morū simpliciter existat, neq; simpliciter & secundū totū  
 sit non album, neq; simpliciter album: ex hoc non idcirco  
 sequitur nō esse albū neq; non album. imò semper alterū  
 contradictoriorū verificabitur. nam cum plus partiū ha  
 bebūt non album, dicitur non album. & si non omnino  
 sit nō album, neq; omnino album. ¶ Sexta. de orbiculari  
 motu. Si quid orbiculari motu (inquit) moueri posueris,

accidit ipsum simul & eodē tēpore & moueri & quiescere. Nā ipsum exposito moueri cōcede. & tamē cū sit cōtinuē secundū se totū in eodē spacio, nō mouebit, quiescet igitur & simul. quare nihil circulo & sphæra moueri cōtinget. ¶ Solutio. Falsum est circulū sphærāq; (cū in circulo Eius solulo aut sphæra mouetur) simul & quiescere. Nam tametsi cōtinuē esset in eadē superficie & spacio, suæ tamē partes cōtinuē spaciū demutāt, & in altero existūt. vt a b interioris circuli pars, quæ est cū a b exterioris: interiori circulo c versus, à moto, non amplius cū a b iacebit, sed cum b c vt a sit simul cum b, aut alia quacūq; parte: vt a b, alijs cōrespondeant signis. Neq; id planē verum est: semper totū circulum in eodē spacio esse. imō si notas & signa aspexerimus: cōtinuē in altero toto spacio & circulo esse videbimus. vt permota a vsq; b, circulus interior a d est in spacio & circulo b e, qui prius erat in circulo a d. At verō a d circulus, & b c diuersi sunt & nō iidem, nisi fortē vt homo et homo musicus. Non igitur efficere possit, vt simul quiescat & moueatur: neq; quidem vt moueatur secundū partes, quiescat verō secundum totum.



# DECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Perfecta, conueniens, apta. ¶ Infinitū, infinitū secūdo.  
¶ Mutari, terminatiuē.

**D**ecimū cap. cōtinet duas cōclusiones, quatuor rationes ad primā. ¶ Prima conclusio. Impartibile nō nisi secundū accidēs mutari cōtingit. ¶ Indiuisibile voco, quod secundū quātitatē est impartibile. vt punctū. quod quidē dico nō per se mutari posse, sed per accidēs. quemadmodū sedentē in nauī, ad motum nauis moueri dicimus: & moto corpore, eius partem vt animam per accidēs moueri. Ita & punctum per accidēs mouetur ad motum eius cui accidit. Est & alius partium motus qui secundum mobilis quantitatis partes attenditur, quo de nō intelligimus. Nam ij partium motus inter se alij sunt, & plerūq; longē differentes, & à totius motu. quod liquidissimē cernitur in sphæra. Nā sphæræ partium circa eius cardines & polos est lenta motus tarditas; circa verō diuisorem circulū, ediuerso celer volus

Impartibile p se nō mouetur.



critas. Sed vt quod diximus manifestius enadat, tales ad  
 ducimus rationes. ¶ Prima. quia si impartibile mutaretur,  
 generaretur, corrūperetur, alteraretur, aut secundū spaciū  
 ferretur (nō enim secundū augmentū aut decrementum  
 mutaretur: cui nulla vel fingi potest magnitudo) mutetur  
 igitur impartibile, si possibile est, ex a c in c b, in tēpore d.  
 Aut ipsum in tēpore d erit in c b: et tūc ipsum mutatū erit,  
 & cōtinget ipsum moueri vbi iam mutatū est. Aut est in  
 a c: & tūc accidet ipsum quiescere & nō moueri, positū est  
 c enim ante motū ipsum esse in a c. Aut partim in a c & c b  
 locabis. quod iterū nō valebis: quia quod impartibile po-  
 fuisti, iam faceres partibile. nō igitur impartibile mutabitur.  
 ¶ Secūda. mod⁹ quo ipsum moueri effingas; proximus  
 b est, ac si tēpus ex nunc indiuiduis cōstaret. At cū in quolī-  
 bet, mutatū esset: motus ex momentis cōf latus euaderet,  
 & nō ante omne mutatū anteciret motus, & magnitudo  
 Impartibile ex insecabilibus esset, & multa talia sequerentur in cōmo-  
 bile secūda. hęc autem impossibilia. Non igitur mutabitur impar-  
 dū locum tibile. ¶ Tertia. quod secundū locum non moueat. Nam  
 nō moue quicqd in spacio fertur: vt prius se min⁹ & equale quā-  
 aur, maius transeat, necesse est. Non aut minus se prius transi-  
 bit impartibile. Nā impartibili minus esse impossibile est,  
 relinquitur igitur vt sibi æquale. quare si conficit super li-  
 neam motū: punctum puncto cōiunctū proximumq; est,  
 & linea ex impartibilibus composita abibit. Effet enim  
 impartibile, continuē sibi æquali cōiunctum, hoc autem  
 impossibile: quare & impartibile per se moueri. ¶ Quar-  
 ta. cū impartibile in tempore pertransiret sibi æquale: cū  
 omne tempus diuisibile sit & minus min⁹ ri tempore trās-  
 eat, in medietate illius temporis trāsibit minus. dabitur  
 igitur impartibili ei æquali minus. & quod impartibile  
 est partietur: vt & tempus. aut iterum relabemur in hoc  
 vt non in tempore, sed in nunc atomo & impartibili mo-  
 ueri agitariq; possit. Ratum igitur est, ipsum per se haud  
 mutatio quaquā moueri posse. ¶ Secunda. nulla mutationum in  
 actu infinita. finita est. Nam quod definitis cōtinetur terminis, infini-  
 tum non est. Omnis autem mutatio, certis limitibus &  
 terminis contenta est, generationis enim & corruptio-

nis termini, sunt esse & nō esse. Augmētī: vniuscuiusq; secundum propriā suā naturā perfectā magnitudo, diminutionis: huic opposito modo facta distractio, alterationis: cōtraria aut quæ cōtrariorum functionē retineāt, & quæ quodāmodo sint cōtraria, & motus secūdū locū plerūq; termini contrarij, vtsursus & deorsus. Sed hoc non in omnibus vim eandē retinet: vt in ijs quæ circulo agūtur. Hāc tamen mutationē & finitā esse, hac vti ratione ostēdimus. Quod impossibile est esse motū, & moueri impossibile est, vt quod sectū esse nō potest, impossibile est secari, & quod impossibile est factum esse, impossibile est fieri. Atqui motus infinitus, fact⁹ esse nō potest, nullus igitur, infinitus. Et si cōlestiū corporū magnitudinem motuum spectes, statim finitos esse apprehēdis. Si verō tēpus: cum decursa magnitudine semper similes regenerentur, intelligis in infinitum in tēpore abire. Fieri etiam potest, vt post generationem sit augmentatio: post quam alteratio, post quam iterū generatio, aut (quam voles) alia mutatio, & ita semper, vt semper sit motus. Nō tamen propter id, erit vnus & infinitus motus. Nam ex tam varijs, nihil vnum conflat. Sed (qui tempus infinitum sibi aptet, & quem tota temporis series trahat) nullus nisi circularis esse potest. Et de hoc hactenus dictum sufficiat.

Quicqd  
mouetur  
est diuisi  
bile.

¶ Paraphraseos in sextum Physicorum, finis.

## PRIMI CAPITIS PARAPHRASEOS in septimum Physicorum Annot.

¶ Pausans, quiescens.



Eptimus Physicorū continet quinq; cap. Primū cōtinet duas cōclusiōes, duas rationes ad primā, & duas ad secundam. ¶ Prima cōclusio. Omne quod mouet: vt ab alio moueat necesse est. ¶ Primo, quia cū aliquid ab extrinseco moueat, & mouēdi principiū extra ipsum cognoscit, manifestū est ab alio moueri. Cū verō ab extrinseco nō moueat, vim intra se latentē & motiuā retinet, à qua & ipsum mouet. Putare em̄ aliqd à seipso moueri, quia nullū exterius

Quicqd  
mouetur  
ab altero  
mouet.

a mouēs appareat: perinde est atq; si putes, si a c mouet c b,  
 & id te lateat, a b, à seipso moueri, imò & c b à seipso. Oē  
 igitur quod mouetur: vt ab altero moueatur, necesse est.  
 ¶ Secūdo. monstratū est: omē qđ mouetur, paribile esse  
 c oportere. Si igit̃ quicquā taliū à seipso moueret̃, & totū à  
 seipso, & partes à seipsis, mouerent̃. Qudd si à seipsis mo  
 uerētur: vna quiescente, alterā quiescere non esset necesse.  
 At verd pmanifestū est, vna parte mobilis vt a c quiescē  
 b te, & c b quiescere, imò & a b. Alioqui, cū moueat, positū  
 sit à seipso, hoc est à se primum moueri: a c simul staret &  
 moueret̃, quod est impossibile. omne igit̃ quod mouet̃,  
 ab alio moueri necesse est. quod em̃ à seipso mouet̃, nullo  
 pacto altero pausante, ipsum quiescere necesse est. Qudd  
 h si pausat altero pausante (vt de toto euenit pausante par  
 te) ab altero moueri est necesse. Et hęc ratio, de motu secū  
 dum locū potissimū sumpta est. ¶ Secūda cōclusio. Cū ab 2  
 a e exteriore mouēte mobile quodcūq; moueatur, quod mo  
 uens ab altero mouēte itidē moueat̃: hoc in infinitū abire  
 b f impossibile est. ¶ Primo. quia quicquid ita mouebitur, in  
 loco esse necesse est. In locis autē non abitur in infinitum.  
 c g stabitur igitur tādē in aliquo, quod quidē ab exteriore  
 mouente non amplius mouebitur. ¶ Secundo. si in hunc  
 modū abitur in infinitum, sit igitur a motum ab exteriore  
 d h mouēte b. & b quidem a c, & c ab ipso d. & hoc pacto in  
 infinitū euadat. quia simul sunt mouens & quod mouet̃:  
 cū mouebitur a, mouebitur b. & cū mouebitur b, pariter  
 & c. erit igitur simul motus a & b & c, & vnusquisq; re  
 liquorum. Sit igitur e, motus a. & f, motus b. & g, motus  
 c. & h, motus ipsius d. & sit k, tempus motus a. quia e mo  
 tus a, determinatus & finitus est, vt mobile a, & tempus k  
 finitū. Et in eodē tēpore mouentur a & b & c, & vnum  
 i quodq; reliquorū. in k igitur tēpore finito, simul cū a, & b  
 & c & vnūquodq; reliquorum mouebunt̃. Accidit igitur  
 a b c d mobilia infinita: motu e f g h i in finito tempore k,  
 moueri. quo enim tempore a mouetur, & reliqua omnia  
 consequenter se habentia (quæ infinita sunt) moueri con  
 cessa sunt. Hoc autē impossibile. Et nihil refert, an motus  
 a æqualis sit, an maior, an minor motu b, & ita deinceps.

Nam



Nam semper abibit infinitus. Neque valeat si dixeris, prius Remotio probatum esse, infinitum magnitudine finito tempore moueri latetis cap. tri non posse: non autem numero & multitudine infinita, uilli. Hic autem de multitudine infinitis agitur, quæ finito tempore moueri nullum putabitur incommodum. Nos certe idem putamus incommodum. Nam cum ea, quæ hoc pacto mouerentur, molem corpusque habeant: contigua sunt & se tangunt omnia, & magnitudinem infinitam attollunt attigua. Quare idem fuerit ac si intellexeris unam ex a b c d, continuam magnitudinem conflatam: & eam motu infinito, & tempore quidem finito, moueri, quod est adductum impossibile. Non igitur hoc erat possibile. Nam possibile concessio: nullum accidit impossibile. Item & nihil refert, tales motus unum motum genere, aut specie, aut numero efficere. Genere quidem unum efficerent: si alicuius unius generis essent, ut substantiæ, ut quantitatis, & unum specie, si in ea quæ eiusdem sunt speciei euaderent. unum vero numero: si mobile numero idem, & id secundum quod fit motus, & tempus numero idem.

## SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Primum, proximum. ¶ Motus, motus accidentalis.

3 **S**ecundum cap. continet unam conclusionem & eius probationem. ¶ Conclusio. Primum mouens, non ut gratia cuius Proximè ius, sed unde motus, simul est cum moto. ¶ Simul ea mouens si dico: inter quæ nullum intercipitur mediū. Et certe id, mul cum omni proximo mouenti & moto comune est. Quod patet, moto existit quia motus tres sunt species, secundum quantitatem: quæ autem sunt, augmentum & decrementum dicitur, secundum qualitatem: ut alteratio, & secundum locum: quæ est latitudo, & secundum locum mutatio. At inter augens proximum & augmentum: nihil interiacet, sit enim, aliquo adueniente. Neque inter minuens & diminutum, nam fit alicuius subtractione. Neque inter proximè alterans & alteratum, quod in singulis speciebus facile est intueri. Ea quippe quæ alterationi apta veniunt, sensibilia sunt, ut sonus, silentium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, leuitas, grauitas, molities, durities, raritas, densitas, horum mediā, & cetera similia quorum sensus existit, & secundum hæc corpus à corpore

differe dicere solemus. At omniū taliū agentia proxima  
tāgūt passa, vt proxime sonans, so norū, colorās: calorātū,  
dulcorans aut amaricans: dulcoratū aut amaricatū. & ita  
in cæteris. Et quot modis inanima patiūtur: tot modis &  
animata pati reperiunt. At hoc nō conuertitur. Patiuntur  
nāq; & alterantur animata secūdum sensum: non autē in  
anima & sensus expertia. Item secūdū sensibiles passionēs  
sunt alterationes. At cū quid secūdum ipsas patiatur: vi  
demus omnia adinuicē contigua, vt aerē, ad visibile cor  
pus, quod terminatur ad lumen: & lumē ad visum. Et ita  
de audibili, gustabili, & tāgibili, est igitur proxime alterās  
omne: simul cū ipso alterato, de latione & secūdū locum  
mutatione, vt proxime mouens simul cum moto existat,  
idē euenit. Nam si à principio intrinseco moueatur: hoc  
statim motū est. cū inter ipsum & motum: nullū queat assi  
gnari mediū. Si autē ab extrinseco principio: aut pellitur,  
trahitur, vehitur, aut in gyro torquetur. Ad horum enim  
quatuor aliquem, pulsionem, tractionē, vectionem, verti  
ginem: & ceteros ab extrinseco motus factos, reducimus  
omnes. At vero p. xime pellens, trahens, vehens, aut ver  
tiginē torquens: simul est cum pulso, tracto, vecto, aut  
vertiginē acto, vt inter ipsa proxime pellentia & pulsa,  
trahētia & tracta nullū hiet interceptum mediū. Est enim  
pulsio: ipsius mobilis ab se abiectio, cuius species, sunt  
impulsio: cum mouens moto nō deficit. & expulsio: cum  
eidem deficiat. & proiectio: cum velocior motus est q̄ na  
tura latī cōpetat. Tractionē: opposito fit modo. Est enim ad  
se aut propinquum alterum factus motus: cum trahens à  
tracto non sit separatū, cuius species, sunt inspiratio, resp  
ratio, congregatio, & similes. quemadmodum expiratio,  
aspiratio, spatio, segregatio, sub pulsione continentur. Ve  
ctio aliquādo motus est per accidens: vt cum ad motum  
vehentis, in ipso aut supra ipsum feratur. aliquādo fit pel  
lendo, aliquādo trahēdo, & aliquādo vertiginē torquē  
do, vt in tribus alijs motibus, vectionem reperire queas.  
Vertigo vero: ex pulsu cōponitur & tractu. Est enim, cum  
mouens, hanc partem pellit: illam vero trahit. manifestum  
est igitur proxime mouens simul esse cum moto.

Quid pul  
sio.

Quid im  
pulsio.

Quid ex  
pulsio.

Quid tra  
ctio.

Tractionis  
species.

Quid ver  
tigo.

## TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Figuræ secundum dimensionem: formæ vero, secundum figurarum translationem & habitudinem sumuntur.

¶ Materia, materia ex qua, & denominationis subiectum.

¶ Aeneus, æreus. ¶ Pyramis: figura corporea, cuius inferior est superficies, à qua omnes laterales & ambiètes super-  
ficies una aut plures, ad eundem punctum sursum sunt erectæ.

¶ Vertex  
qui quidem punctus, pyramidis vertex & conus dicitur. Super-  
ficies vero infima, à qua omnes alie eriguntur: pyramidis  
dis basis nuncupatur.

¶ Corporea pulchritudo: est debita  
membrorum cõmensuratio. ¶ Turpitudine vero: contra, eo-  
rum inelegans et incõcinna cõmensuratio. ¶ Incõcinna,  
naturæ incõueniens ac indebita. ¶ Perfunctio, officium.

¶ Tertium cap. cõtinet quatuor cõclusiones. tres ratio-  
nes ad primam, duas ad secundam, & duas ad tertiam.

4 ¶ Prima cõclusio. In formis, figuris, earum acceptio  
nibus atque priuationibus: non cõsistit alteratio. ¶ Pri-  
mo, quia videmus alterata ut rarefacta & calefacta, eandem esse alteras  
feruare figuram: & eam deperdere, nulla re acquisita, ut solatio.

¶ Alterata  
partium detractione, aut sola alicuius deperditione. ¶ Se-  
cundo, quod alteratum est: materiæ nomen propriè retinet nomen ma-  
terix seruare videmus, ut si sit æs calefactum, frigefactum, aut hu-  
mefactum: semper æs nominamus, quod vero figuratum uant,

est: postea quæ figuram acceperit, ut æs statux, pyramidis,  
aut lecti, non amplius materiæ nomen retinere solet: sed  
aut statua, aut pyramis, aut lectus dicatur, aut statua ænea,  
pyramis ænea, aut lectus æneus. Non est igitur secundum  
figuras alteratio. ¶ Tertio: Inconueniens est, dicere res

prius quæ existant, alterari: ut cum perficiuntur, quemad-  
modum cum homo generatur. At res ipsæ simul cum perfi-  
ciuntur (ut cum domus rectum sumit aut lateres) formam terie mu-  
& figuram accipiunt. Non igitur secundum formas & tantum  
figuras est alteratio: quare neque secundum earum accep-  
tionem aut priuationem. Secunda, neque in corporis habitus

5 bitibus neque animi: propriè alteratione locaueris. ¶ Nam corporis  
corporei habitus, in quadam proportionem cõsistunt, aut vel animi  
disproportionem, ut sanitas, in calidorum, frigidorum, humidorum  
& siccorum proportionem, quadam & temperatione.



rameto. ægritudo verò, in eorū disproportionē. sic est & de pulchritudine & turpitudine. At quæ sic in pportione consistunt & disproportionē: secundū ad aliquid sumūtur. secundū autē ad aliquid, dictū est nō esse motū. quare neq; erit alteratio. Itide & animi habit⁹: vt virtutes & vitia, secundū pportionē aut discrepantiā sumunt. Est em̄ virt⁹: in mediocritate & xqualitate quadā locata. Vitia vero: in dissonātia & inxqualitate (vt in superabūdātia aut defectu) sita sunt. Itē quod perficit aut imperficit: nō idcirco propriē alterari dicas. vt neq; domum cui fundamentum iacitur, aut quæ integitur, alterari dicis. neq; circulū dicis alterari: quia fiat q̄ maximē natura pōt maximē & perfectissimē circul⁹. At virtutes, potius sunt perfectiones, vt generationes quædam: & vitia, earū labes & corruptelæ. nō igitur in corporis habitibus aut animi: propriē alteratio locanda est. Qudd verò virtus animi sit impassibiliras quædam: malitia vero, passibilitas ei contraria: quodq; omnis virtus moralis circa delectationes ac tristitias & alias animi perturbatiōes moderādas versetur, aut actu, aut memoria, aut spe: indaginis est alterius disciplinæ. ¶ Tertia. Intellectiux partis habit⁹, alteratio: 6  
 nes non sunt. ¶ Primo. quia intellectiux partis habitus, vt scientia: secundū ad aliquid sumi videntur. ¶ Secūdo vniuersalia ex quibus sciētix nascūtur: ex particularibus experientia notis colligūtur. & actus ij qui ad intellectū pertinent: nullo motu, nullaq; alteratione egent, vt qui tēporali perfunctione nō parentur. Quietudine enim & residentia, anima sciens fit & prudens. Huius signū est. dormiens, ebrius, ægrotans, infans, & senex, qui ob motiū perturbationē ab vsu sciētix perpediūtur: quibus cessantibus, vt in quiete quodāmodo & residentia, ad sciētix

Secundū  
 habit⁹ in  
 intellectu  
 uos non  
 est altera  
 tio.

Mot⁹, sciē contemplationem euehūtur apti. Et q̄ quis extante, fluētiæ acq̄si: teq; tempore intelligamus & contēplemur, ppter ea arbitriōne ipse trandū non est nos intelligere aut contemplari in tempore. Intellectu. Simile enim esset ac si dicamus aspectionem & tactum lectiones fieri in tempore, cū etiam singulo quoq; momento (nūq; nō fieri i lo temporis interueniente beneficio) res ipse se tangant. tempore. manifestum est igitur, habituum intellectiux partis ani

mi non esse alterationes. ¶ Quarta. Solum secundū sensibiles qualitates propriè sumenda alteratio est. ¶ Nam quæ proprie secundum habitus, nec per idem secundum dispositiones, & potentias: nec secundum formas & figuras tur alteratur propriè sumuntur, alterationes, relinquuntur igitur solum tio, sumendæ, secundum qualitates sensibiles.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Circulus, orbis, sphaera. ¶ Vniuoca: quæ eiusdè sunt naturæ. Aequiuoca: quæ sunt diuersæ. ¶ Aequiuoca, homonyma. ¶ Proxima: quæ in eodem genere sunt proxima & quasi similia. ¶ Susceptiuum quod: est quod non alterius ratione recipit. Quo vero: quod alterius ratione, medianteq; altero suscipit.

8 **Q**uartū cap. continet vnā questionē, duas conclusiones duas rationes, & quatuor comparabilium conditiones post primā. vni<sup>9</sup> questionis solutio nē post secundā. ¶ Questio. An omnis motus omni motui penes velox & tardū comparandus existat?

9 ¶ Prima conclusio. Non omnis motus omni motui comparabilis existit. ¶ Primo. quia si omnis omni comparabilis est, vt æque velox dicatur quod in æquali tēpore mouet: erit motus circularis alicui motui recto æqualis, & aliq; maior, & aliquis minor, hoc autē esse nō potest. Quomodo em̄ erit circulus rectæ æqualis? ¶ Secūdo. quia si æque velox dicatur quod in æquali tēpore mouet, cū in æquali tempore aliquid feratur & aliquid alteretur: erit quædā alteratio loci mutationi æqualis. quod si ita esset: & passio æqualis esset spacio & longitudini: & hæc maior, hæc vero minor, hoc autē esse non potest: vt neq; rectè circulus æqualis, quare neq; alteratio: loci mutationi cōparabilis. Neq; valet si dixeris, qd̄ circulo mouet, velocius aut tardius moueri oportere, eo qudd secundū rectū fertur, quia si velocius aut tardius: ergo & æqualiter, vt si b circulo torqueatur in tēpore a, & c recto feratur in parte a, & idē circo dixeris motū b velocitate minorem; c vero maiore: nos vero dicimus motu circularem neq; velociorem, neq; tardiozem, maiorem aut minorem recto. nam oporteret, circulum & rectum esse comparabilia secundum maius:

Nō quæ  
cūq; æque  
tempore  
mouetur  
esse æque  
velocia.

Lineā res minus, & æquale. Est em̄ id velocius, q̄ in æquali tēpo  
 Etā circū re, spaciū percurrit maius. & id tardius: quod in æquali,  
 lari non pertrāsīt minus. Et circularis motus spaciū, circulus est:  
 posse cō & recti, rectum. At si quis crederet, motus esse æquæ ve  
 parari. loces: qui æquali tempore absoluantur, velociōres: qui mi  
 nori, tardiores: qui maiori, nihil aliud est, quā si credas  
 lente ambulāntem æque velociter aut velocius corrente  
 moteri: imō & currētem tardius, si pluri tempore currat.

Cōpara. ¶ Comparabiliū quatuor conditiones. ¶ Prima. Omnia 10  
 biliū con non æquiūoca sunt comparabilia. vt augmētatio augmē  
 ditiones tationi, diminutio diminutioni, albefactio albefactioni,  
 quatuor. & ita in ceteris. Non autem æquiūoca: vt vinum non est  
 stilo acutius, aut in fidib⁹ postrema chorda, quia acuties  
 in vino, & acuties in stilo & chorda: æquiūoca est, & ma  
 gis alteratio & loci mutatio. Vnde fit vt si vini acuties nō  
 dicatur penetratu velocior aut tardior acumine stili: male  
 to minus dicatur alteratio velocior aut tardior loci muta  
 Obiecto. tione. Et si dicas. eadem ratio est acuti in vino & stilo, vt  
 quod sensum penetrat: & multi in tempore, circulo, & re  
 Solutio. Etō. Dicim⁹ hoc falsum esse, sed esse æquiūocam, quāuis  
 nomina sint eadem. ¶ Secunda. Comparabilia debent  
 esse eiusdem naturæ, aut sub proximo genere contenta,  
 vt equus & canis, genere proxima sunt: & vox & aqua,  
 nō sunt genere proxima. ideo non comparabilia. ¶ Ter  
 tia. Quod nō differant susceptiuo vt quo & quod. vt dul  
 cedo in melle, nullo medio suscipitur: dulcedo vero har  
 monix, mediante voce in susceptiuo recipitur: ideo com  
 parabilia non sunt. Sunt item & homonyma. ¶ Quar  
 ta. Comparationes faciendæ sunt secundum speciem in  
 diuiduam: & non secundum eam quæ diuidua est. vt co  
 loratum diuiditur in album, & nigrum, idcirco non be  
 ne comparabimus album nigro secundum coloratum,  
 neq; rite assignabimus an album sit nigro magis colo  
 ratum. ¶ Secunda conclusio. Vt motus æque veloces di  
 cantur, non sufficit eos eodem tempore fieri. ¶ Nam al  
 teratio & secundum locum mutatio, æque veloces dices  
 sentur: pariter & motus circularis & rectus, quod est in  
 conueniens. Non igitur vt eodem tempore fiant, suffi



sit ut dicantur æquales. ¶ Et si quæras, cur non compa- Quæstio  
 rentur: an quia alteratio genus est, aut loci mutatio, aut Responsio  
 tempus: ¶ Dicimus tempus semper idem specie esse: &  
 eundem specie eius partes copulantes atomum, sed altera-  
 tionem & loci mutationem longe genere diuersa esse:  
 imò & ipsa, diuersa esse genera, quæ cōparationibus non  
 apta esse dicimus. Et species habet alteratio: albescētionē,  
 nigrescētionem, & huiusmodi cæteras secundum qualita-  
 tum sensibilibus species. Et loci mutatio, species habet se-  
 cundum terminos, diuersas: ut sunt motus sursum & deo-  
 orsum, secundum spacia, ut circularem & rectum, & se-  
 cundum instrumenta motus exequēdi: ut ambulationem  
 secundum pedes, volatum secundum alas & similes. Et li-  
 cet genus vnum sit: in eo tamen multa latent etiam æqui-  
 uoca, quorum hæc valde distantia sunt: hæc vero similitu-  
 dine proxima, ita ut (cum æqui uoca sint) non percipian-  
 tur. Et (ut summarie multa complectamur) hæc æque ve- Diffini-  
 locia sunt: quæ in æquali tempore mouentur secundum tio æque  
 æqualem magnitudinem, secundum idem specie indiffer- velociū,  
 rens, & motum specie indifferentem. Hinc perspicere li-  
 cet quæ generationes æque veloces dicantur, ut ex quæ  
 in æquali tempore æquali magnitudine, & secundum  
 idem specie indiuisibile (ut homo & equus) fiunt. Ita &  
 corruptiones & augmentationes, & diminutiones. Et  
 alterationes, æque veloces: quæ in æquali tempore secun-  
 dum eandem specie indiuidua passionem (quæ neq; ma-  
 gis sit neque minus, sed æqualiter) existunt, ut eorum  
 quæ in æquali tempore æqualiter albescunt aut sanātur.  
 ¶ Et si dixeris, secundum qualitatem sumitur similitudo: Instantia,  
 & secundum qualitatem, æqualitas. Non igitur alteratio-  
 nes quæ sunt secundum qualitatem, dicentur æqualiter  
 veloces, aut æqualiter esse. ¶ Dicimus, cum eas æque ve- Solutio.  
 loces dicamus, nos ad tempus inter cætera respicere: &  
 cum eas neq; magis neq; minus sed æqualiter esse: ad nu-  
 merum. Et ita quæ loci mutationes æque veloces sint, in-  
 telligas, per quæ & proutinus quæ velociore, & quæ tar-  
 diore secundum vnūquodq; mutationū genus sint mu-  
 tationes, facile cognoscas,

## QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Mouet, mouet secundum locum. ¶ Medietas mobilis: est mobile subduplum. ¶ Non mouentium & mobilium moles quantæ sint, respiciendæ sunt: sed mouentium & mobilium potentia. ¶ Medium, dimidium.

**Q** Vintum cap. continet septem cōparationū mouentium & mobilium regulas. ¶ Prima regula. 32  
Si aliquod mouēs moueat aliquod mobile aliis quāto tēpore & aliquāto spacio: idē mouēs aut æquale, mouebit mobilis medietatem per duplū spaciū in æquali tempore. Sit a mouens, b mobile, c spaciū, d tēpus, manifestū est quōd quicquid mouet aliquid: aliqua vi superante mouet, aliquāto tempore, & spacio, vnde ex analogia: regula euadere potest vel quā manifestissima. ¶ Secunda. Si potentia mouēs moueat mobile aliquāto tempore & aliquāto spacio: potentia eadem aut ei data æqualis, mouebit mobilis medietatem per idem spaciū in tēporis medietate. ¶ Tertia. Si potentia mouens, moueat mobile aliquāto tēpore & aliquāto spacio: eadē potentia aut ei data æqualis, mouebit idē mobile per spaciū medietatem in medio tempore. ¶ Quarta. Si virtus mouēs, quodcūq; moueat mobile aliquāto tēpore & aliquāto spacio: media virtus, mobilis medietatem eodem spacio mouebit & in eodem tempore. ¶ Harum omnium causa est, par, eademq; analogia. ¶ Quinta. Si virt<sup>9</sup> moueat mobile aliquāto tempore, & aliquāto spacio: non necesse est eandē virtutem, aut datam æqualem, mouere duplum mobile per dimidium spaciū in eodem tempore, aut per æquale in duplo tempore. Sit a virtus motiua, b mobile quod moueat spacio c in tempore d, & l duplum mobile b, non oportet virtutem a, etiam omnino l mobile duplū mouere posse. Nam accidit l mobile, vim mottricem a superare. ¶ Sexta. Si virtus mouens, moueat aliquod mobile aliquāto tempore & aliquāto spacio: non oportebit virtutis medietatem idem mouere mobile per dimidium spaciū in eodem tempore, aut per idem spaciū in duplo tempore. Alioquin si quinquaginta simul homines mouerent nauem; cōtingeret & vnūquēq; solū mouere nauem,

d e f

g

a

f

e b

a

h

e i

¶ Et ex hocprehenditur calumniæ Zenonis solutio. Argumētabatur em̄ sic. Sic(inquit)modius milij cadens in terram sonaret, & illius medietatis medietas, & iterum illius medietas, & ita in infinitū, vt minutissima milij pars sonū ederet. quod est impossibile. ¶ Non oportet (quod Zeno conficere intendit) si modius milij aut milium cadens sonū faciat, & medietatē sonum efficere. Nam forte ita exilis atq; extenuata eius virtus fuerit: vt medij resistētiam non superet, & aerem non diuidat, neq; cadat. Et quāuis pars illa in toto vnā cum reliquis totius partibus moueret, non tamen & actū & per se mouebat. vt numerus mouentiū nauē, & vnus in illo numero. ¶ Septima. Si dux virtutes motiux, moueāt aliqua mobilia aliquāto tēpore & aliquāto spacio, virtus ex illis collecta mouebit mobile ex mobilibus collectum per idem spacium & in eodē tēpore. ¶ Ex analogia (vt ceteræ) cognita est. Et has cōparationis mouētium ad mobilia regulas, applicamus cōsimiliter ad augmētationē, diminutionē, alterationē, & reliquos motus: hūc in modū. Si augmētās, diminuēs, aut alterās, augmentat, minuit, aut quodcūq; alterat aliquāto tēpore aliquanta quātitate, aut qualitate: idem augmentat, minuit, aut alterat, duplex dimidiū in eodē tempore. Et idem augmentabit, minuet, aut alterabit mediū in temporis medietate. Et dimidia mutatione in temporis medietate. Et media virtus augens, minuens, aut alterans: mediū auctum, minutū, aut alteratū in eodem tempore reddit. Et nō est necesse ipsam posse in ipsius duplū in duplo tēpore. Neq; virtutis augmentis, minuētis, aut alterantis medietatē, posse in totū. Et si duo mouent duo vt augmētando: & virtus augmētans collecta, duorū aggregatum eodē tēpore mouebit, & virtus diminuens & alterās cōsimiliter. ¶ Et de his hactenus dictum sit sufficienter.

¶ Paraphraseos in septimum Physicorum, Finis.

### PRIMI CAPITIS PARAPHRASEOS IN OCTAUM Physicorum, Annot.

¶ Assueuant, affirmant. ¶ Perenne, perpetuū, quod principio, finēque careat. ¶ Principium & finis durationis. ¶ Vel, etiam.





Ctauus liber Physicorum continet  
decē cap. Primū cap. continet vnam  
quæstionem. quatuor antiquorū de  
motus perpetuitate opiniōes, duas  
cōclusiones, & quatuor rationes ad  
primā. ¶ Quæstio. An factus sit mo-  
tus: vt ante ipsum nullus oīno præ-  
cesserit: an deficiet: vt ne vllus quidē

postea sit futurus: an neq; hoc pacto factus sit vnquā, nū-  
quāme casurus: sed semp fuerit, semperq; sit futurus, vt  
quiddā immortale & sine quiete, & vt vita quædā oībus

Quatuor reb<sup>9</sup> natura cōstātib<sup>9</sup>? ¶ Quatuor antiquorū de hac re opi-  
niones. ¶ Prima est ponētū infinitos mūdos: quorū, qdā 2  
rū de mū continuē occidāt, alij vero cōtinuē oriantur. qui (quia cre-  
di perpe- dunt huiusmodi rerū ortus & obitus sine generatione &  
tuitate oī corruptione fieri nō posse: quare neq; sine motu) motum  
piniones, asseuerāt esse perpetuū. ¶ Secūda est ponentium vnū esse 3

Anaxa<sup>2</sup> mundū: sed eū perpetuū esse asserentiū. ¶ Tertia est Ana- 4  
goras, xagoræ, mūdum esse genitū ponentis, & motū incepisse:

at neq; motum neq; mundū postea interitura esse. Aiebat  
enim oīa infinito æuo, in chao & cōfusione delituisse &  
quieuisse. quē diuina mens aliquādo incepit segregare: &  
Empedo- tūc quoq; mundū & motū incepisse. ¶ Quarta est Empe- 5  
cles, doclis, qui mundū interpollatis vicibus ponit generari &  
corrūpi, generari quidē: cū lis segreget & diuidat, corrū-  
pi: cū amicitia congreget atq; vniat. Ponit em̄ litem, segre-  
gando, vnū, multa facere: & amicitia, cōgregando, multa  
facere vnū. Et interuallis medijs (cū neq; lis separet, neq;  
amicitia cōgreget) oīa quiescere. Et hæ sunt opiniones na-  
turaliter loquentiū, & qui motū esse confessi sunt. Qui ve-  
ro motū nō admiserūt, de hac quæstione (quod nobis vtile  
sit) nihil meminerūt. Et certē huius quæstionis inquisitio,  
nō modo vtilis est, ad naturæ explorationē: sed ad eā phi-  
losophiæ partē quæ primū rerū exordium contemplatur,  
atq; primū totius naturæ principem. ¶ Prima conclusio. 6  
Motus non incepit: ita vt ante ipsum nullus præcesserit  
motus. ¶ Primo. Motus, est actus mobilis, vt mobile est,  
quemadmodū prius ostensum est. si quando igitur factus

est motus, & res mobiles (quæcūq; fuerint illæ) præcessisse necesse est. quod vel sine motus diffinitione cõcedas. vt si qua futura sit alteratio, & alterabile præiacere necesse est. Et si loci mutatio, loco mutabile. Et si cõbustio, & cõbustiuū & cõbustibile. Aut ergo res ipsę mobiles, perpetuę fuerunt anteiacētes, aut aliquādo genitę. si genitę, ergo motus eas præcessit per quē in lucē sunt editę. Motus igit̃ quē assignabas, non erat primus. Quod si dixeris res eas, æternas atq; perpetuas anteisse: & hoc certē incōmodū videt̃, & vt à scientibus dicatur, indignū. Nō igit̃ motus videt̃ factus: vt nullus ante ipsum antecesserit motus. ¶ Secūdo. Quia si motiuū & mobile æterna fuerint, cū hoc moueri posset, illud vero semper mouere: seculis æternis id mobile quieuit, & motiuū ipsum nō mouit, factū aliquādo primū mouens. Erat igit̃ causa getis aliqua, est enim quies, motus priuatio. At vero esse nequit causa quietis vlla sine motu præuio. Nō igit̃ dabis primū motū, quinimō, omne motū præcedet motus prior. Quod si dīs Cauillius ex xeris virtutē illam motiuā ad opposita posse: vt sciētia cōclusio, trariorū est, & nō vt ignis: qui tantū calefacit & nō frige facit. id dictū, parum ponderis habere videt̃. Nā videm⁹ quæcūq; possibilīa sunt mouere & moueri, se cōsimiliter habētia & proxima semper mouere & moueri. Essent em̃ talia: quare potius alterū semper moueret, & alterū moueretur. Et si ante nō moueret vnū, neq; alterū moueret: nō semper in eadē dispositione fuerūt, & nunc cū mouet alterū, & alterū mouetur. demutatū igit̃ videt̃ vnū aut alterū & prior incepisset mot⁹ eo quē tu ponis primū. Vt si hoc nūc est duplū, cū ante nō esset duplū: aut ipsum, aut ad quod dicitur duplum, mutatū esse videtur. ¶ Tertio. Cōsensus philosophorū (vno Platone scilicet excepto, qui in Timæo tēpus cū cœlo genitū asserit) est tēpus esse perpetuū. Democritus enim volēs ostēdere omnia facta esse impossibile esse: ita argumentatur. Tempus perpetuū est: igitur vt omnia facta sint, impossibile est. At si tempus est perpetuū, & motum esse perpetuum oportet. Est enim tempus (vt ex præcedentibus dictum est) numerus motus secundum prius & posterius: & motus, passio

quædā & affectio esse videt. Nō est igitur modo qui dē  
 ctus est factus. ¶ Quarto. Si dixeris cū Platone tēpus fas  
 ctū & incepisse: cum tēpus sine nūc incepisse intelligi non  
 possit, nunc aut omne, mediū sit, vt vnus finis & alteri  
 principiu: vt tēpus nunc illud (quodcunq; dederis) præ  
 cessisse cōfitearis oportet. Et ita semper pcedas: vt tēpus  
 sese offerat perenne atq; perpetuū. Qudd si tēpus perenne  
 est, & motus perennis erit atq; perpetuus. Est em̄ tempus  
 (vt superius dictum est) numerus & passio quædā mor<sup>9</sup>.  
 ¶ Secūda. Mot<sup>9</sup>, vt neq; factus incepit: ita quoq; neq; in  
 teritur<sup>9</sup> est vnquā, vt ne vllus sequatur. ¶ Nā quædamo  
 dū qui motus ortū cōfiteat, coguntur concedere motū,  
 motu primo priorē: ita & qui desitū purant, concedere  
 oportebit motū citimo atq; postremo motu posteriorem,  
 quia aut eo corrupto res ipsæ simul corrūpuntur: aut ma  
 nēt superstites. si corrūpuntur: nihil in nihilū corrūpatur,  
 abibunt in alterū. Hoc autē esse nequit nisi comitante mo  
 tu. ¶ Erit igit is mot<sup>9</sup>, citimo & postremo motu (qui po  
 situs est) posterior. Si manēt superstites, iisdē (quæ de mo  
 tus inceptione posita sunt) vrgendum est argumentis.  
 SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Minor mundus, homo: & in eius similitudine vnum  
 quodq; animal. ¶ Minor mundus, microcosmus. ¶ Ma  
 ior mūdus, vniversum. ¶ Maior mūdus, macrocosmus.

Secundum caput cōtinet vnā conclusionem, duas ra  
 tiones ad eam, tres rationes non esse motum perpe  
 tuum probantes, & earū solutiones. ¶ Cōclusio. Et  
 Anaxagoræ & Empedocles, haud cōueniēter mū  
 dum esse factum asserere videntur. ¶ Primo. Quia in na  
 turæ explanatione id summopere obseruandum est, ne  
 quid sine ratione probetur: & ne id causa sumatur quod  
 causa esse nō possit. Hoc autē in sua ipsa assertionē Ana  
 xagoras & Empedocles non obseruāt: quin potius ipso  
 rum dicta figmēto similia videntur. Inquit enim Ana  
 xagoras, mentē illam infinitis seculis abstinuissē, & post  
 ea operatā fuisse semperq; in futurum operaturam, neq;  
 causam vllam adhibuit. Sic enim mentem illam, infinitis  
 seculis ociosam, torpentēq; faciebat. Et Empedocles asse

Anaxa  
 goræ &  
 Empedo  
 clis ipso  
 ratio.



rit, adueniente lite mundū generari, & adueniente amicitia  
interire: & id cōpluribus, alternatisq; vicibus fieri, & in  
terpollatim quiescere. Neq; causam admolitur adducere:  
cur hūc in modū alternētur vices nunc ortus, nūc obitus,  
nūc quietis. Debuit saltē Empedocles inducere. Amicitia  
est quæ homines cōgregat: inimicitia autē seiungit & se  
gregat. Fugiant nōq; ab inuicem inimici: quare & in vni  
uerso sic erit. Et quāuis id insufficiens sit, visus tamē rationē  
sequi fuisset. Quod quidē & Democritus faciebat: & eo  
rum quæ facta erāt, causas inquirebat. Aeternorū vero &  
eorū quæ semper sunt, nō amplius volebat nos rationem  
inquirere. quod, in parte rectē, in parte verō insufficienter  
volebat. Nam triangulū, angulos tres duobus rectis ha  
bere æquales: æternū est. & huius causam inquirimus: &  
causam habet principia perpetua. & horū quidē principio  
9 rum, non amplius causa vlla est. ¶ Secūdo. Quia nihil in  
vniuersa natura est: quod aut ratione, aut ordine careat.  
& natura omnibus quæ natura constāt, ordinationis cau  
sa esse videtur. & semper vniformis, similiq; perseverans  
ordine naturæ tenor: vt nō aliquādo quidem sic, aliquā  
do verō non, procedat. vt semper ignis ad superna cōscen  
sus: grauium verō motus, semper ad ima. At vero Ana  
xagoras assertionē suā quidd infinitō tempore res quieue  
rint, & postea moueri cōperint: omnem tollit ordinatio  
nem. Infinitæ autē quietis, ad motum quem postea  
ponit infinitum futurum, nulla ordinatio est. Neq; reddi  
ratio potest vlla: cur tunc factum, cur non prius. Vnde  
etiam sit, vt Empedoclis dictum minus irrationale videat  
tur. nam pōnit mundum generari, deinde interire, & in  
terpollatim medijs iūteruallis quiescere, & iterum nasci,  
ac oriri: vbi videtur seruatus naturæ ordo & tenor. Non  
tamen sufficiēt(er vt diximus) nulla vsus rationē id astru  
xit. ¶ Tres rationes motum non esse perpetuum proban  
Tres ra  
tes, pariter & earum solutiones. ¶ Prima. Omnis motus tiōes mo  
est de quodam in quoddam: vt de contrario in contrariū nō esse  
rium. sed de contrario in contrarium motum, infinitum perpetuū  
esse impossibile est. igitur nullus motus, infinitus & per  
cōtēden  
petuus est. ¶ Secunda. Videmus ea quæ nunquā agitata tes.

Pulchra  
mūdi or  
dinatio.

fuerunt omnino neq; secundū se, neq; suas partes: vt sunt ignis, aer, aqua, terra, inanima pariter & animata post huiusmodi quietē posse incipere motū. quid igit̃ prohibebit & mundi motū itidē incipi potuisse? ¶ Tertia. Animalia mouent̃ post summā quietudinem. nullo impulsore. Nō em̃ vt moucant̃, extrinsecū quicquā asserre oportet. quid igitur mundū post summā illā (quā Anaxagoras astruit) quietem, motū incipere prohibet? Si id in minore mūdo inspicimus, cur non liceat & in maiori inspicere? Et hęc ratio fortius persuadere videt̃. nō tñ has rationes diluere

Primę solutio.

¶ Primę solutio. Dicimus nullū motū qui ex cōtrario in suū est cōtrariū, perpetem atq; perpetuū esse: sed omnem talem contrariis clausum & terminatū. & nō semper numero esse posse vnum & continuū. vt neq; idē numero sonus, quē chorda primū ista reddit, & quē secūddō ista. Omnē em̃ motū, de quodā esse in quoddā: vt de cōtrario in cōtrariū, sensibiliū motibus applicari debet. Est enim præter hos alius quidā motus: quem nihil vetabit semper esse vnum & eundē, continuū, iugem & per-

Secundę solutio.

petuū: vt amplius ex sequentibus fiet manifestū. ¶ Secundę. Non est incōueniens, ea quę nūq̃ agitata fuerunt, inchoare motū. ¶ De inanimis vero, nihil mirari dignum est, si vt excitentur à quiete, extrinsecū motorem habeant oppositum, quo absente: quiescunt, & hoc natura facta quiete. si violenta fuerit quies: extrinsecū motū vetante absente, protinus mouerentur. Et hęc ratio videtur querere causam, cur aut nō semper quiescant: aut semper moueantur. sed hoc aliunde fiet exploratū. De animatis aut̃, maiore affert difficultatē: de quibus nunc dicendum est.

Tertię solutio.

¶ Tertię. Dicem⁹ animal nūq̃ sine naturali motu esse. habet enim semper in se naturālē motum: & non vnum solum, sed forte multos. quorū ipsū totum animal causa non est: sed est intra illud delitescens omnium horum causa. Et idcirco, animal nō ex omnis motus quiete, nullo extrinsecū administrante mouetur: sed ex quiete motus qui secūdem locum est. cuius causa, quādoq; contingit ab extrinsecū: quādoq; ab intrinsecū, & à motibus (qui plures sunt) interius, nunc intellectum, nunc appet-

titum mouētibz. Et certē ostēdit somnus multos in animi  
 mali interiores esse motus: cum eius partes exteriores mo-  
 ueri nō videātur, quæ aliquo inexistente iterum experire  
 etia surgūt. Ex minoris igitur mūdi similitudine, nō confu-  
 cias maioris mundi motū post quietem incepisse. Sed de  
 his adhuc ex sequentibus aliquid apparebit manifestum.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Immobile primo. ¶ Locus proprius, locus naturalis.

¶ Aliqua, res naturales aliquæ. ¶ Caprificus, syluestris fi-  
 cus: omnia quibus innascitur, loca discindēs ac rumpēs.

**T**ertiu caput continet vnā diuisionem. tres cōclusio-  
 nes: duas rationes ad primā: tres ad secundā. vnū  
 corollariū ad tertiam. ¶ Diuissio. Necesse est omnia

Diuisio  
 quadri-  
 mebris.

entia, aut semp moueri, aut quiescere, aut immobili  
 lia esse. Aut aliqua semp moueri, quiescere, aut immobilia  
 esse. Aut omnia aliquādo moueri, aliquādo quiescere, aut  
 immobilia esse. Aut aliqua aliqñ moueri, aliqñ quiescere,  
 aut aliquādo immobilia esse. Et hæc discutere, vtilitatem  
 ad ea (quæ paulo ante dicta sunt) affert: pariter & ad præ-  
 sentis operis rursus dubitatorū solutionē, & totius abso-  
 lutionē & cōpletionē. ¶ Prima cōclusio. Nō omnia semp  
 mouētur. ¶ Aiunt enim qui hæc astruūt, omnia semp mo-  
 ueri: sed motū illum latere sensum, neq; quo motu semper  
 moueantur determinant. sed id falsum esse monstratur.

¶ Primo, quia natura est principiū quietis, vt & motus.  
 Ita igit dicētes, principiū negāt Phisicū, falsum igitur dis-  
 cūt, omnia semper moueri. ¶ Secūdo. nō omnia semp ge-  
 nerātur aut corrūpuntur, augmētantur aut diminuuntur,  
 neq; cōtinuantur auctio & diminutio: sed semp inter au-  
 ctionē & diminutionē, medium interiacere oportet: vt si  
 tot guttæ aut innascēs caprificus lapidē cauēt: nō oportet  
 quālibet guttam lapidē cauare, & in toto tēpore præce-  
 dente guttam aut caprificum aliquid lapidis abscondere:  
 sed tot cauant simul, & non quælibet. vt tot homines si-  
 mul trahunt atq; mouent nauē: & non quilibet. Ita & in  
 auctione & diminutione.

¶ Neq; omnia semper alterantur. Non oīa  
 tur. Primo: quia quāuis id quod alteratur in infinitū par  
 tiatur, non idcirco vniuersa temporis serie alterationem rari.



trahi oportet. Nam plerasq; alterationes veloces, & in toto subiecto affectas, vt cōgelationes, perspectas habemus. Secūdo. xger in tpe sanatur: quē postea quā cōualuit & eo cōpleto tēpore, manifestē à sanatione quiescere perspicimus. Est em̄ sanatio vt alteratio. Tertio. alteratio est inter terminos cōtrarios. claudīt igitur, & non in infinitū pcedit. Quarto. videmus lapides rāto tēpore manentes: neq; duriores, neq; molliores fieri. Signū igitur est, nō oīa semper alterari. Et certē qui putat omnia semp altera

**Non oīa** ri, in nimis manifestis errat. ¶ Neq; dicere possint omnia semper lo semper ferri. Primo. quia periculū est, credere mōtes & co ferri. saxa semper deorsum ferri. & ea videri semper in terra manere: & id nos latere. Secūdo. ignis, aer, aqua, terra, & pleraq; aliorum: in suis proprijs locis existunt. At vero vnū quoq; in suo proprio loco natura quiescit, aut ex eo violentē detrudīt. quiescūt igit talia in suis pprijs locis. Non igitur omnia semper moueri est astruendū. ¶ Secūda con

**Non oīa** clusio. Non omnia semper quiescunt. Primo. quia quxdā semper qer moueri, sensu vel perspectissima sunt. & hoc illustrius, manifestiusq; est, quā vt rationē requirat. Quærere pfecto rationē vbi sensus fidem faciat: quxdā intellectus infirmitas est. ¶ Secundo. quia qui dubitat motū esse: nō modo in Physica, sed alia qualibet scientia trahit errorē, quia oēs quodammodo motu vtūtur. ¶ Tertio. quia sicut importunitates ad Mathematica principia nihil ad Mathematicum pertinet: ita quoq; neq; ex quæ sunt ad motū esse, ad Physicū spectat. est enim Physica suppositio. & natura, principū esse motus, prius posita est. Ex ijs enim intelligis non omnia semper quiescere: & ne hoc quidem modo, sed neq; omnia semper immobilia perseuerare posse. ¶ Tertia. non aliqua semper mouentur, & aliqua semper quiescunt. ¶ Quia res non semper generantur aut corrumpuntur: sed simulatq; genitæ sunt, non amplius generantur. & sui interitus finis est & terminus: & cæteræ mutationes sunt generationes quxdam & corruptiones. Quæ augentur: certum est non semper augeri posse. & quæ minuuntur: nō semper minui. & quæ alterantur, nō semper alterari. & quæ feruntur: non semper ferūtur, nam in suis locis

- locis natura quiescunt, & extra vt moueantur, violentus  
exigitur motus: qui non semper perseverat. & consimili-  
liter ostendas eas non semper quiescere: vt quæ aliquando  
orian-  
15 decrementum. ¶ Corollarium. vnde fit exploratū, aliqua  
aliquando moueri, & aliqua aliquando quiescere.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

- ¶ Sistere, quietare. ¶ Motus violentus, est qui fit à princi-  
pio extrinseco nō conferente vim passo. Non conferente  
vim passo: principio non agente intrinseco. ¶ Violentus,  
præter naturam. ¶ Discretum, diuisum, aliud. ¶ Potentia  
primo potentia remota. ¶ Potentia secūdo, potētia pro-  
pinqu & præcipua. ¶ Sphæra, pila lusoria.
- 16 **Q**uartū cap. continet tres diuisiones. & duas con-  
clusiones. ¶ Prima diuisio. Eorū quæ mouent: *Quæ à se*  
quædam secūdu se mouent, quædam secūdu partē, ipsis mo-  
& quædam per accidēs. Ita & eorū quæ mouēt. & uentur.
- 17 quid vnūquodq; eorū sit: prius dictū est. ¶ Secūda. Eorū  
quæ per se mouentur: quædam à seipsis mouent, quæ post  
quietem motū initiare, & inchoatum citra terminū sistere  
nullo extrinseco adueniente queunt. vt animata. Alia vero
- 18 ab alio, quæ id non possunt: vt inanima. ¶ Tertia, eorum *Quæ à na*  
iterum quæ per se mouentur: quædam natura mouentur, tura mo-  
quæ à principio quod in ipsis est mouentur: vt animata à uentur.  
seipsis: & à principio quod in ipsis est mouetur, & graue  
deorsum. Alia vero vi & præter naturam: vt aliquando
- 19 animata & animatorum partes, & terra sursum. ¶ Prima  
conclusio. In omni motu discretū, diuisumq; est quod mo-  
uetur & quod mouet. ¶ Nam in ijs quæ vi & præter na-  
turam mouentur: statim id manifestum est. mouetur enim  
ab extrinseco agitatore. In ijs vero quæ secūdu naturā,  
vt in animalibus quæ à seipsis mouentur, etiam id depre-  
henditur. Nam motricem habet animam intus latentem:  
vt nauta est intra nauem, ipsam gubernas & dirigens.  
De inanimis autem cum natura ferantur, difficultas affer-  
tur. Nam non videntur ab extrinseco moueri: mouerētur Inanimata à  
enim vi quadam & præter naturam potius. Neq; à se: vt seipsis nō  
animata. ¶ Primo, quia à se moueri; animatorum est pro mouetur.

prium. Secundo. quia quæ à seipsis mouentur: se quietare queunt citra terminū. vt qui ambulat, vt vult & vbi vult, potest nō ambulare: inanimata verò, nō. Tertio. quia quæ à seipsis mouentur: ad oppositas partes seipsis feruntur: vt animata, nunc ante, nunc post, nunc sursum, nunc deorsum, nunc in dextrum, nunc in sinistrum natura ferantur. Non autē inanima: vt ignis. solum enim natura sursum, & non deorsum, fertur. Sed ijs nimirum nō obstantibus: inanimorū discreta & diuisa sunt & mouēs & qđ mouetur. vt corū, pars vna, est mouēs, & altera mota & patiēs. Et licet extrinseco egeant, cū ipsa etiā natura ferantur: suū tamen ipsis intrinsecum principium, vim mouendi præbet ac præstat. Non tamen (vt rite probatū est) idcirco à seipsis moueri ducetur. Sed hæc adhuc clariora, dilucidiora

**Inanima** ratiō euasura sunt. ¶ **Secūda.** Inanimata, ab alio mouetur, 20  
**ta** ab alio & alterū atq; alterum mouēs & motū est. ¶ **Nam** mouēs  
**tero** motus aut est præter naturam: vt ferreus vectis & natura grauis,  
**uentur.** quippiā sursum leuās. aut mouēs natura: vt actu calidum

natura mouēs atq; calefaciens quod est potētia calidum, & ita secūdum quantū & vbi. Nam quicquid actu causa est, naturalē vim habet mouēdi ea quæ potestate talia sunt, quale quod mouet actu est. Cū vero inanimatorū mouēs præter naturam fuerit manifestū est, ea ab alio moueri, & alterū & alterū esse mouens & motum. Quod si secūdum naturam: itidem. nam mouens erit actus, faciens mobile actu esse aut quātū, aut quale, aut vbi, quale ipsum potētia erat. ¶ **Verū** tamen duobus modis dicitur aliquid esse in potentia. Primo aliquid est sic in potentia: nō quidem vt operetur non impeditū sed adhuc actu egens. quo modo dicimus terram esse in potētia sursum: aut quia præter naturam sustolli, sursumq; ferri possit, aut in ea generari leuitas. quemadmodum & ipsa, aer potentia est. & sicut nondum sciens: potentia est considerans. Alio modo ita in potentia: vt subtracto impedimēto protinus operetur, quemadmodum sciens (modo impedimentum non sit vllum) considerat: & actu calidū, calefacit. & hoc pacto inanimata sunt in potētia vt in sua loca ferantur: quoties iaceant extra, & in quāto, & quali similiter se habet. Et est

**Bis**ariam  
**qd** esse in  
**potentia.**



resistens & impediēs quodāmodo vt mouens, & quodāmodo vt non. Nā mouet per accidens & nō per se: vt cū deiciūt colūna, quod illi superpositū erat, deorsum ruit, & dolū quod superposito lapide sub aqua detinet: amoto illo sursum emicat atq; emergit. & sphaera lusoria percussa pariete: ab eo vt resistente per accidens mouet. Sed ex his, satis esse clarū arbitramur, inanima semper ab alio moueri, & alterū atq; alterum esse mouens & motum.

### QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Mutatio vniuoca, est cum mobile ad cōsimilem actus mouentis actum mouetur. Scipsum mouens, completum mouens ab intrinseco motum.

21 **Q** Vintum cap. cōtinet vnam diuisionem. quinque cōclusiones. & duas rationes ad primā. ¶ Diuio. Mouentiū quoddā est mouens tantū & nō motū ab altero. Et id primū & per se mouēs dicitur.

Mouentiū diuio.

Alterū est mouēs quidē, & ab altero motū: & eorū, quoddā est propinquius: vt quod est primo immediatū, & quoddā remotius. verbi causa, vt si homo mouet manū, & homo nō amplius ab alio moueatur, & manū mouet baculū, & baculus lapidem: homo mouens primū & propter se diceretur, & manus & baculus mouētia secū dum alterum. hoc, vltimum & remotius: illud vero propinquius. ¶ Prima conclusio. Primum mouens posterioribus magis mouet.

22 ¶ Primo: quia primum mouens posteriora mouet: non autem posteriora primum. ¶ Secundo, quia posteriora sine primo (vt à quo vira suam mouendi recipiant) mouere non possunt. primum autem sine posterioribus mouere potest. Est igitur manifestum:

In mouētib⁹ Physicis ī infinitū procedi non posse.

23 primum mouens posterioribus magis mouere. ¶ Secunda. Datis mouentibus quibuscunq; necesse est ad aliquid primum decumbere in quo fiat status. Nam aut decumbitur ad primum: aut proceditur in infinitum. Nam infinitorum non est primum. At vero in infinitum procedere, impossibile est. decumbitur igitur ad primum. quod quidem cum nō amplius ab alio moueatur, quia primū,

24 in eo statur. ¶ Tertia. primum mouēs, aut immobile per se uerat, aut à seipso mouetur. ¶ Omne enim quod mo-

Primum  
mouens  
Physicū  
immobi-  
le esse.

met, aut moueri, aut non moueri necesse est. Si nō mouetur, immobile. Si autē mouetur: aut à se, aut ab alio moueatur oportet. Non ab alio: nā (vt dictū est) primū non esset, relinquitur igitur, vt à se moueatur. ¶ Quarta. Pri-  
mū mouens, immobile est. ¶ Quia quod mouet: aut per 15  
se mouetur, aut per accidens. Si dicas per accidens: neq;  
idcirco moueri oportet. Et si secundum accidens mouetur:  
nō esset necesse moueri: quare neq; aliquid aliorū.  
hoc autē, falsum. Nā motū semper esse oportere prius cō-  
structū est. Si das primū per se moueri: neq; hoc quidem.  
Primo, nā quod per se mouetur: ab alio moueri pri<sup>9</sup> mō-  
stratū est. erit igitur mouens, & non motū, neq; à se, neq;  
ab alio. Nec immeritō aliquid tale existit quod mouet &  
nō mouetur. quia cum in aliquo coniuncta reperiuntur,  
& vnū ab altero seiunctū reperiāt: & alterū ab altero. Mo-  
uere autē & moueri simul cōiuncta reperiūtur, in baculo.  
& moueri seiunctum à mouere: vt in lapide. Meritō igit  
inuenitur & mouere seiunctum à moueri, quare hec tria  
erūt: mouens tātum, mouens & motū simul, & motū tm̄.  
Hanc ob causam intellectū Anaxagoras posuit immobi-  
lem & separatū: qui fons, origo, principiumq; motū esse  
ctiuum esset, & qui rebus omnibus p̄esset. Secūddō, quia  
aut eodem motu se moueret & moueretur: vt augēs au-  
geretur, minuens minueretur, calefaciens calefieret, docēs  
doceretur, sanans sanaretur, ferens ferretur: quo nihil in-  
eptius. Aut alio motu mouet, & alio mouetur. Sed quo  
modo augmētans alteratur, aut alterans fertur: nō enim  
se sed alterū moueret & augmentaret: & ipsū quoq; ab  
altero moueretur, vt ab alterāte & ferente. & hoc abiret  
in infinitū. Nec valet dicas moueri vsq; ad aliqua: & de-  
inde reflecti & reciprocari. Nā oporteret ipsum, à sup̄-  
iore alterāte & ferente, alterari & ferri. Piora em̄ à postē-  
riorib<sup>9</sup> non mouentur. Et cū illud superius atq; prius mo-  
ues hoc pacto iterum moueretur: abiretur in infinitū. Est  
igitur primū mouēs, immobile. Tertidō, quia om̄e motiū  
esset mobile. vt omne sanans, sanabile: & ædificans, ædi-  
ficabile. hoc autem irrationabile. Quartō, concessum est,  
mobile, partibile esse oportere, si igitur primum mouens

Cauilla  
tionis so-  
lutio.

moueatur à se (nā ab alio non mouebit: quia primū non  
 esset) aut totū mouebit totū, aut totū partē, aut pars totū,  
 aut pars partē. Non totū mouebit totū. Nā aut hoc esset, *Quadrū*  
 vt præostensum est, secundū eundē motū: & tūc idē sanas *membris*  
 ret & sanaretur, doceret & doceretur, ferret & ferretur, & *partitio.*  
 ita in singulis, aut secundū vnū moueret & secundū alterū  
 moueretur: quod etiā esse nō posse monstratū est, hoc  
 enim abiret in infinitū. Itē quod mouet: est act⁹. quod mo-  
 uetur: est in potentia. Si igitur totū à seipso toto mouere-  
 tur: eodē respectu & actu & potentia esse diceretur. Est *Ratio du*  
 enim quod mouet, actu tale: quale mobile potentia est, vt *cēs ad im*  
 quod generat: actu speciē habet. & quod calefacit: actu ca- *possibile.*  
 lidum est. & hoc ubi mutatio vniuoca est: & ita idem &  
 secundū idem erit calidum & nō calidū: & ita in ceteris.  
 Neq; totū partē mouebit. nam si totum partem moueret;  
 partem haberet immotam, & alterā motā, quare pars im-  
 mota potius dicenda, asserendaq; est primum mouens: &  
 non totū. & pars mota à seipsa moueretur. nā à toto. qd'  
 nuper tantopere esse nō posse monstratum est. Neq; pars  
 partem, eadē ratione. Quod si dicis partes illas vim mo- *Cauilla*  
 uendi reciprocam habere, & cōtra pati (vt quemadmodū *tionis cō*  
 vna alteram moueat: ita & contrā fiat) hoc nihil pro- *futatio.*  
 fit. Primo, quia tunc nihil esset primum mouens: vt quorum  
 quodlibet ab altero moueatur, & quorum nullum prius  
 rationem mouendi potius habeat quā sequēs & postē-  
 rius. Secundo, quia primū mouens non cōtingit moueri:  
 nisi à seipso cōtingat. ab altero igitur quocunq; mouebi-  
 tur secundum accidens: quare & bene immobile perma-  
 net. Tercio, non necesse est mouens cum mouet contrā  
 moueri: alioqui & calefaciens semper calefacit, & sanans  
 sanat. & ita de similibus q̄ plurimis: quæ aliquādo prius  
 pro absonis adducta sunt. sed primū mouens (vt sæpius  
 dictum est) aut immobile perseverat, aut à seipso moue-  
 tur. Neq; pars totum mouebit. Nam pars ea potius pri-  
 mum mouens dicenda esset: atq; in eum relabemur erro-  
 rem, vt eam ab se moueri concedere cogamur. ¶ *Quin-*  
 ta conclusio. Necesse est, seipsum mouens, constitutū esse.  
 ex parte mouente immobili, & parte mota nō mouente.



Nam quicquid mouetur: ab alio moueri necesse est. erit igitur aliquid ipsius seipsum mouentis: & non ipsum totum mouens quod mouebit, & cum se non moueat (moueretur enim non ab alio) mouebit alterum. quod quidem non se mouebit, neque prius acceptum mouens contra mouebit: propterea (quæ superius adducta sunt) incommoda. Erit igitur aliquid ipsius seipsum mouentis & pars aliqua, mouens immobilis: & aliqua, mota quidem & non mouens. Et non modo hæc requiruntur: sed & sufficere videtur. Esto enim a mouens, immobile. b motum non mouens. c mouens & motum. mouens quidem, b: & motum, ab a. ex quibus intelligo a b c compositum, seipsum & completum mouens. Si subtrahas a: residuum c b non est se mouens. nam c mouens posterius, non mouebit sine priori. Et si subtrahis c: relictum compositum a b, seipsum mouet. nam a mouebit b mobile. Non modo igitur requiruntur huiusmodi mouens & motum: sed & ea ut aliquid se mouere dicatur, sufficiunt. & sunt ut contactum habentia: alterum in altero, diuersum, distinctumque situm non habentia. & ex ipsis constitutum, seipsum mouens dicitur: non quidem quia ipsum totum se moueat, & ipsum a seipso toto moueatur, sed quia intra se aliquid mouens, & aliquid ab eo motum habeat, quæ contactu & situ indistincta, indiuisa que sunt. ¶ Sed dubitabis, an diuisis a b: pars residua a, moueat residuam partem b. ¶ Nihil prohibet sic esse, si pars residua ad residuam partem eandem vim, mouendi que proportionem seruet, quam & totum ad totum. Si verò non, nihil incommodi est, residuum non mouere residuum.

# SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Similiter immobilia: quæ neque per se, neque per accidens moueri nata sunt.

Vnum est mouens immobile.

¶ Sextum cap. continet tres conclusiones. tres rationes ad primam. & tres ad secundam. ¶ Prima conclusio. Quod dicitur esse mouens immobile, ab omni mutatione alienum & per se & per accidens: aliorum motuum, perpetuum & eternum, necesse est. ¶ Primum quia semper motum esse oportet: & nunquam (ut dictum est) deficere. Est igitur primum mouens immobile, perpetuum atque æternum: quod huiusmodi motus cau-

sa sit. Et querere an quicquid fuerit æternū, mo-  
 tum & non moueatur: ad præsentem non attinet rationē.  
 & an tantū vnū an plura sint mouētia simpliciter immobi-  
 lia, perpetua atq; æterna. sed de his in sequen- b<sup>9</sup>. ¶ Secū-  
 do, mouētū immobilū quædā sunt quæ quādoq; sunt, Mouētū  
 & quādoq; non, & quæ per accidens mouentur, vt ani- immobili  
 malium & aliarū sensibiliū rerū motrices formæ. At sic nō  
 omne mouens esse potest. & causam aliquā eorum (quæ sitas,  
 hunc in modum aliquando sunt, & aliquando nō sunt)  
 esse oportet: quæ nō aliquando sit & aliquādo nō sit, sed  
 quæ æterna, aliarū princeps & verum principium existat.  
 Hæc autem quæcūq; fuerit: primum mouēs immobile ab  
 omni mutatione alienū & per se & per accidēs, perenne  
 atq; æternum erit. ¶ Nec valet si quis dixerit ipsum pri- Obiectio  
 mum mouens (quod mutationū & mouētū deficientiū  
 statuitur causa) impartibile esse. quod tamen si non gene-  
 retur, corrumpatur, aut mutetur: quia tamen impartibile,  
 sine mutatione accidet ipsum aliquādo esse & aliquando  
 nō esse. ¶ Concedimus ipsum neq; generari, neq; corrum- Solutio.  
 pi, neq; alia qualibet mutatione affici. Nam omne seipsum  
 mouēs, molē habere necesse est, & esse partibile. & ipsum  
 primū mouēs, molis & diuisibilitatis expers est. sed idcir-  
 co nō concedam ipsum sine mutatione aliquando esse &  
 aliquādo nō esse: neq; necessitas vlla est. quin poti<sup>9</sup> opposi-  
 tum constat, nam quomodo omnium quæ aliquādo sunt  
 & aliquando nō sunt: causa esset? ¶ Terio. Videmus alia Quidd  
 generari & alia corrūpi: & hoc, cōtinuē. At perpetua hæc vnum est  
 rerū series & continuatio huiusmodi: principū habet sta- primum  
 bile & æternū. Nam principia (quæ cū ipsis vnā oriunt<sup>r</sup>: mouēs,  
 atq; vnā cū ipsis occidūt) huiusmodi æternæ seriei causa  
 esse nō possunt. sed (vt diximus) causa extra hæc omnia  
 est: perpetua, semper stabilis & æterna, omniū rerū causa.  
 ¶ Secunda conclusio. Id primum mouens semper immo-  
 bile perseuerans, & æternum: vnum est. ¶ Primo. Quia  
 vnus est primus motus, continuus & æternus. is igitur  
 qui & cum temperat motor primus est, & vnus & æter-  
 nus. Et satius quidem est hoc pacto existimare vnum pri-  
 mum naturæ principem. In natura enim melius respici-

mus esse finitū : & pluribus finitis melius vnū, si ipsum factis, sufficiensq; fuerit. Est igitur id primum mouens semper immobile & æternū vnū. ¶ Secundo. Motus diuersi non sunt continui etsi consequentes. At si nunc mouens vnū, primum motū ciceret, & aliquā mouens alterū: motus essent diuersi solum consequentes & continui. Erit enim vnus continuus: quando ab vno mouente & vnus naturæ, motus fuerit. igitur cum primum motus vnus sit, continuus & æternus : & primum eius mouens, vnū erit & æternū. ¶ Tertio. Quia cum non omnia semper moueantur, neque omnia semper quiescant: verum aliqua aliquā moueantur & quæque quiescant, ut habetia ad vtriusque potentiā, & aliqua semper moueantur. & quicquid mouetur, ab alio moueri sit necesse, tandem deueniemus ad vnum primum mouens immobile: quod quidem neque a se, neque ab alio mouebitur. & quod primo motui aptabitur: & futurū alijs motibus causa. Nec animalia eos (qui motū perennē & perpetuū esse negant) mouere vllatenus debent: quæ se ex summa quiete videntur a seipsis in motū excitare. Nam id prius diximus verū non esse: sed solū esse vnū motū (ut qui secundū locū est) quo animalia sponte sua & a seipsis mouentur. Cæteros autē, augmentum, decrementum, alterationem, spirationem, & huiusmodi, non a se & sua sponte exercent: sed modo naturali. ut præsentē cibo non nutrirī & augeri non possunt, etiam si velint. & talibus motibus mouentur, quā quiescunt ab eo, quo ea a seipsis moueri dicuntur. & is planē continuus non est. nam interdū dormiunt animalia dum coquitur, digeriturq; alimentū. & tunc a motu illo quiescunt. quo quidē alimento digesto & disperso, expurgiscuntur & surgunt: & sæpe ab ijs quæ extra sunt excitantur ad mouendū. Et omnium talium quæ a seipsis mouentur: primum mouens mouetur, & sibi ipsi causa mouendi est, per accidens tamen. Nam mutata corpore locū: & quod in eo est principio mouendi, locū (salte secundū accidens) mutare necesse est. Quare fit, ut si immortalis,

**Solutio**  
**obiectionis.**  
**Primum** æternusq; (ut dictum est) haberi debeat motus: vnum sit mobile primum mouens omnino immobile. ¶ Tertia. Si primum vnū esse mouens, immortale, sempiternūq; habetur: & quod primo debere, ab eo mouetur immortale, sempiternūq; haberi necesse



**est.** ¶ Nam si sempiternum non esset, sed aliud & aliud mobile agiteret: fieri non posset vt eius motus vnus & continuus esset, cum mobile non esset vnum. sic enim primum illud ac summum semper sui simile manens, eodem motu mouebit. & ab eo immediate motū, alia mouebit, quæ ad loca contraria & ad diuersas species & formas mouens, variè ad ea se habebit, nunc ad quiescens, nunc ad motum, genitum, corruptum, vnde iterum perspecta habetur causa: cur nō omnia semper moueantur: nec omnia semper quiescant. sed aliqua semper moueantur: vt quæ moueantur à primo simpliciter. Est enim semper idem & sui simile continuè manens, & primum quod ab eo immediate mouetur. & quedam mouentur à principio, non simpliciter immobili, sed moto: & propter id aliquando mouentur, & aliquando quiescunt.

SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Concretio, congregatio. ¶ Secretio, disgregatio.

30 **S** Epitum caput continet tres conclusiones. & quatuor rationes ad secundum. ¶ Prima conclusio. Nullus motus, præter motum secundum locum: vnus continuus, & æternus esse potest. ¶ Manifestum est enim, esse vnum motum primum: qui ( quia primum mouens, semper continue mouet ) continuus erit & æternus. sed enim esse motum secundum locum, hinc sumitur argumentum. Quia augmentatio contrariis continetur. nam alimentum prius quam augmentatio perficiatur, complementumque sit affecta: dissimile & contrarium est, ita & diminutio & alteratio. & vt sit alteratio: alterante egemus, quod nunc propinquius, nunc vero remotius existit. Cum itaque secundum tria sint motus. quantitate: augmentatio, diminutio, qualitate: alteratio. & vbi motus secundum locum, qui & loci mutatio dicitur. & ostensum sit, nec augmentationem, diminutionemve nec alterationem, motum primum esse posse: relinquitur igitur, motum secundum locum esse primum. ¶ Secunda. Motus secundum locum, primus est motuum, & tempore, & natura, & perfectione. ¶ Tercius. Motus localis est motuum, & tempore, & natura, & perfectione. ¶ Quartus. Motus localis est motuum, & tempore, & natura, & perfectione. ¶ Quintus. Motus localis est motuum, & tempore, & natura, & perfectione. ¶ Sextus. Motus localis est motuum, & tempore, & natura, & perfectione. ¶ Septimus. Motus localis est motuum, & tempore, & natura, & perfectione. ¶ Octavus. Motus localis est motuum, & tempore, & natura, & perfectione. ¶ Nonus. Motus localis est motuum, & tempore, & natura, & perfectione. ¶ Decimus. Motus localis est motuum, & tempore, & natura, & perfectione.

ratio enim (vt placet Democrito) nihil aliud est, q̄ secretio: & corruptio, cōcretio, quæ aut mota secundū locum sunt, aut sine eo nō sunt. Et augmētatio non fit sine delatione cibi & potus, aut partiū secundū locū demutatione. Et diminutio augmētationē habet priorē. Et alteratio (vt dictū est) eget alteratē, quod quidē alterabili (motu secundum locū facto) aptatur, applicaturq̄. Statuuntq̄ principia alterationū omniū, vt caliditatis, frigiditatis, molliciei, duricie, leuitatis, & grauitatis, raritatē & densitatē, quæ sine

**Motus** lo motu locali nō euēniunt. Perfectione vero, cæteris prior  
 calis cæte rem statuimus. Primo, quia perfectissimis corporib⁹ apta  
 ris perfe tur. Secūdo, quia naturā ab imperfectis ad perfectā proce  
 diōe pri dere, exploratum habemus, motus autem secundum locū,  
 or est, non statim animalibus postea quā in lucem edita sunt,  
 conuenit, sed ipsis iam adultis & perfectis. Generantur  
 enim prius, augentur, & alterantur, & vltimō cedunt, &  
 progrediuntur. Et idem nec plantis, nec omnibus anima  
 libus, sed perfectis conuenit. Et si dicas, prius dicebas mo  
 tum secundum locum, primum, nunc vero affers postres  
 mum. Dicimus ipsum in rebus naturalibus singulis poste  
 riorem: & ortū & generationē: ipsum & cæteros motus  
 alios, augmentationem, diminutionem, alterationem, &  
 corruptionem præcedere. sed est alius vniuersi secundum  
 locū motus, qui generationis & aliorū motuū causa est,  
 quem diximus esse primū. Ex quo tibi iterū lucidē liquet  
 (cū generatio primus motuū esse non possit: tū quia oportet  
 omnia esse generabilia, tum quia alium habet priorē,  
 vt causam) nullum consequentem eam primum motum  
 esse posse, vt augmentationē, diminutionem, alterationē,  
 & corruptionē. Sunt enim hi generationem consequētes,  
 & ea posteriores. Tertiō quia quæ motu locali mouētur,  
 minimum à sua substantia, naturaq̄ decidunt, non autem  
 sic est de augmētatione, cum qua pariter auctum substan  
 tiam accipit, diminutiōe, cum qua substantiā perdit, alte  
 ratione: qua plerūque res à suo esse demutantur. Quartō,  
 isce motus, nomen motus sibi vendicat solus, vt cū quid  
 feratur ipsum simpliciter moueri dicimus. Cum verd au  
 getur, minuitur, alteratur, speciali nomine, aut noīe mo

tus cum addito vtimur. Et quod seipsum mouet: solum se illo motu mouet. signum est igitur ipsum ceteris præstare, & dignitatem, & perfectionem, & præstabilitatem  
 32 quandam habere. ¶ Tertia. Nullus motus, nullaq; mutatio Sol<sup>o</sup> motus præter eā quæ secundū locū est, cōtinua est, & perpetua. ¶ Hæc euidenter pene facta est: sed hæc paulo. q̃ prima lis perpetua cōmunior est. & eadē est ratio, quia omnis alia mutatio tu<sup>o</sup> est & terminis arcetur, & clauditur oppositis, vt generatio à cōtinu<sup>o</sup>. non ente in ens procumbit: corruptio vero contrā. Augmentatio & diminutio, magnitudine, & paruitate, quantitate perfecta & imperfecta, clauduntur. Alterationes, contrarijs affectionib<sup>us</sup>, passionibusq;. Nulla igitur mutatio nū alia cōtinua & perpetua est. Vnde cū motus qui sunt in contraria contrarij sint, adinuicem continuari: vniriq; non possunt, sed mutans, in vno cōtrariorum quiescit, ita & mutatio, & immutatio opponunt: & generatio & corruptio, & particularis generatio, & particularis corruptio. Si enim continuaretur, vnireturq;, simul idem motibus contrarijs moueri diceretur, & oppositis mutationibus mutari, vt albescens nigrescere, innascens corrumpi, & ita in ceteris. Et non modo ij motus non continuantur atq; vniuntur: sed inter eos tēpus intercipitur medium, vt manifestē in ortu, obituq; deprehenditur. Inconueniens enim est vt ortū continuo (nullo interiecto tēpore) interscat, & in alijs mutationibus consimile reperiatur. Physicū enim est in omnibus sese consimiliter habere. ¶ Et si opposueris, motus contrariatur quieti: igitur motus non contrariatur motui. Nam idem esset pluribus contrarius. ¶ Prompta rñsio est, vno modo motū contrariari quieti, vt habitū priuationi: & alio modo motui vt cōtrariū cōtrario, & habitum habitui. Id autē incommodū non est.

OCTAVI CAPITIS ANNOT.

¶ Altrorsus, ad alteram partem, ad latus alterum. ¶ Cū mobile ab vno termino ad alterum terminum vno motu moueatur, à quo quidem vltimo termino iterū recurat ad primum: primus horum motuum directus nuncupatur: & secundus resiliens, & reflexus. ¶ Primū terminum, primum, aut consimilem.



**30<sup>o</sup> mo-  
tus circ-  
laris per-  
petuus.**


**O** Statum eaput continet vnam conclusionem, & quinque rationes quodd motus ediuerso facti vt di- rectus & reflexus, nō sint vnus. ¶ **Cōclusio. Nō** 33  
omnis secundū locū motus, sed solū is qui circū-  
laris dicit̃ perpetuus esse potest. Nā omnes motus secun-  
dū locum: aut sumunt̃ secundū rectum, aut secundū cir-  
culum, aut mixtū, vt secundū spacium, quod sinū, rectitu-  
dinemq; participet. sed motus secundū rectum sumpti, cō-  
tinuari & perpetuari non possunt. Nam cū nulla recta li-  
nea secundum quā fiāt, sit infinita: reflexuntur, resiliūtq;  
(si continuari debeant) ad sua initia. Atqui qui ita reflex-  
untur & resiliunt: vt à summis deorsum, à dextris sinis-  
trorsum, & ab ante retrorsum (sunt enim hæ contrarieta-  
tes motuum) motus sunt cōtrarij. non igitur continuabū-  
tur. ¶ **Quid enim motus vnus & cōtinuus sit, prius diffi-** 34

**Tria ad  
motum  
vnum res-  
quiunt.**

nitū est. ad quem, numero tria, mobile, forma, & tēpus nu-  
mero vnū, requirūtur. Contraria autem specie discordāt,  
quæ vnum numero neutiquā efficere possunt. Quodd ve-  
ro motus qui hoc pacto ediuerso sumuntur, vt qui ab a  
in b & qui à b in a, sint contrarij: hinc indicium, notaq; su-  
mitur, quia si mobilia quæ illis feruntur sibi obuiet in spa-  
cio: stant, pausant, & se impediūt, donec eorum vnū alte-  
rum secū rapiet, vt qui se corrumpant, quod contrariorū  
est proprium. Non aut̃ sic est de motu qui est altrorsus &  
in latus, & eo qui sursum est. hi namq; nō pugnant. Signū  
igitur est eos qui ediuerso (vt dictum est) sumuntur: esse  
contrarios. qui motus secundum rectum cum continuas-  
ri & perpetuari non possint: neq; motus secundum mix-  
tū, qui planē vnus non sunt. Potius enim id motui sim-  
plici (qui & vnus & cōtinuus sua natura est) conuenire  
posse videtur. Relinquitur igitur solum eum qui circularis  
est, continuum & perpetem esse posse. ¶ **Et iterum**  
motus ediuerso sumptos non esse cōtinuos (quodd mo-  
bile, prius quā ref lectat̃ & resiliat, quiescere oporteat)  
ostenditur. quia in quolibet motu vno, tria sunt: princ-  
piū, medium, finis, medium quidem, subiecto vnū: ra-  
tione duo, quod & potentia existit, principium vero &  
finis motus finiti (vt lineæ finitæ extrema puncta) actu

**Mobile  
priusq; re-  
siliat quie-  
scit.**

existunt. Itaq; quicquid mouetur, ferturq; in quo loco adest & à quo abest, duo motus habens actu extrema: in eo, interstite tempore quiescit, alioquin nunc & instantia essent sibi inuicē proxima. At verò omne quod fertur aliò quo, vnde remeat & resilit (vt ab a in b, & iterū a b in a) duo habet in a b, actu motuū extrema & initia. aut idem momētū est mot<sup>9</sup> a b vt finis: & mot<sup>9</sup> b a vt principiū & solū potētia, quod impossibile est, nā sunt diuersę naturę, quiescit igitur mobile in loco vnde resilit & reflectit, pri<sup>9</sup> quā resiliat & reflectatur. Et id nō solū verū habetur in motu secūdū rectū factō: sed & in motu secūdū circulū factō, si eius vlla fieret reflectio atq; resilitio. ¶ Sed id dubitationē alicui forsitan affert. Sint a b, & c d magnitudines æquales, f & g, mobilia æqualia. Et f, à puncto e medio, æqualiter moueat versus b, recurrēs in e, sicut g à signo c in d, cum f & g sint æqualia mobilia & æqualiter mota: si staret & quiesceret f aliquo tēpore in b, g prius perueniet ad d quā f in e, nā e b repetitū, æquale est c d. Nō igitur duo sunt nūc & instantia, in quorū vno sit vnus motus finis: & in alio, resiliētis & reflexi ortus. Et quomodo etiā cū f in b, & g, in h simul perueniāt & adsint: g potius ab h nullo tēpore interpolli recedit quā f à b. ¶ Nō concedimus f g mobilia, esse æqualia & in æquali tempore moueri: f ab e in b, recurrēs in e, & g à signo c in d, quia (vt dictum est) f quiescet in b prius quā resiliat & recurrat ad e: non autem g in h aut alio quoquā puncto medio, in quo solo momēto potētia g perseuerat & persistit: quod, huius vt principium, illius vero vt finis sit. f autem in b in duobus actu momentis perdurans existit: vno vt motus ē b fine & termino, & altero vt motus b ē principio. Et ita per id quod est esse actu & potētia, hanc diluimus dubitationē, quemdmōdū prius illam Zenonis de infinitis medijs spacijs, quę (vt inquiebat) nō cōtingebat pertransire. ¶ Vnde fit, vt momenta actu: priori & posteriori motus & passionis adhibenda sint, & tēporis signa, diuidenda. Nam omni instanti propriū est, vt sit duo ratione: huius finis, illius verò vt principium. qui itaq; ea non diuidet in calefactionis & frige factionis initio, sed faciet



vnū potētia, huius finē, illius vt principium: diuisionē facit cōtinuo aptam, qui verō ea diuidit, & diuersa facit, vt duobus actu respondeant, intercipit tēpus, & mobile interquiescit: quomodo fieri dictū est, prius q̄ mobile reflectatur, & resiliat. ¶ Tertio, idē ostenditur, motū directum rectū & reflexū non esse vnū motum. Quod secundū rectum flexū nō vno motu ad aliquem terminum fertur prius, atq; ad eū esse vnū, perueniat, ad eundem ferebatur: imo statim à principio motus ferebatur. Si igitur vnus esset mor⁹ qui est sursum, & resiliens deorsum, simul atq; aliquid ferretur sursum: ferretur & deorsum, si reflecti, & resilire deberet, quod de se absurdum, ridiculumq; apparet. ¶ Quarto, illorū motuum diuersæ sunt quietes. Est enim alia quies motus a in b, & quies motus b in a. Sunt igitur & diuersi motus, & uersæ sunt quietis, non vnus: inter quos & tempus, & quies intercipiuntur media. ¶ Quinto, cū aliquid ex albo sit nigrū: & iterū ex nigro sit albū: illa albefactio, & nigrefactio nō sunt vnus motus, neq; eorū idem tempus. Tempus enim cōtinuū, cōtinuorum est, motus autē ij sunt consequentes: quare neq; tēporis idem vltimū. Quo pacto enim & contrariorū vt albedinis & nigredinis idem vltimum esse possit? Apparet igitur, motum directum, & reflexum non esse vnū: sed potius inter eos tempus cadere medium.

# NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Physiologi: Phisici. ¶ Sinus: curuitas, arcus.

**N**onum cap. continet duas conclusiones, quinq; rationes ad secundam. ¶ Prima conclusio. Ad motum circularē esse vnū, continuū & perpetuū: allata non accidit incōmoda. ¶ Tum quia quod coagitur motu: nō fertur motib⁹ oppositis, neq; vniuersaliter verū est, motus ab a in b, & à b in a, esse contrarios: sed solum id de rectis verum habetur. Sunt enim secundū locū contraria: quæ secundū rectitudinem plurimū distant. vnde hoc non vetabit, motus hos secundum circulū esse continuos. Tum quia resilitio, reflexioq; non distrahitur. Nā quæ resiliunt & reflectuntur: exitum actu habent, & actu alterius principium, vt eodē adsint, & ab eodem mox sine actu, principioq; habito absint. Id



autē, in motu secundū circulū non reperias. Nā semper est ab eodē in idē, neq; exitū, neq; ortum vllum actu habēs, vt neq; circulus punctū habet actu vllum: sed omnē potētia, & qui idē vnus sit pro exitu, alterius vero pro ortu, in recto, autem id non ita est, cum semper sit ex aliquo. in aliud, sed sicut in recta: suoq; spacio extrema actu comperita habētur: ita & in eo motu. ¶ Vnde hęc explorata, per manifestaq; cognoscūtur, motus secundū semicirculū, aut maiore, aut minore circuli portionē, factos: esse non posse continuos, & perpetuos, atq; solū secundum circulū, esse perfectū. solus enim is est, qui principio finem copulet, & nullos à circulari, cōtingere est perpetuos: neq; id Physio logos sane asseruisse, omnia semper moueri, cū nō circulo moueri posse viderent omnia, plane siquidē contentnr, quædā oriri, quædā interire, quædā augeri, minui, alterare, & nō agi circulo. ¶ Secūda. Lationū prima est circularis. ¶ Primo, quia omnis latio, aut est recta, circularis, aut mixta. at latio circularis, prior est recta: quia simplicior, & perfectior, vt quæ sit intermina, sine resilitione aliqua, qua incorruptibilis, & infinitā seriem trahēs, non autē recta, quia terminos actu habet, quæ resilit plerūq; motus continēs cōtrarios, corruptibilis, & finitæ seriei, si in linea fiat recta quæ finita sit. In recta autē infinita, non fiet vlla, quādoquidem nihil sit, quod factum esse impossibile est. Infinitum autē pertransire impossibile est. Quodd si circularis, prior est recta: & mixta, & recta, atq; circulari. nam latio recta, ea quæ mixta est, prior existit: vt simplicia, exijs composito priora sunt. ¶ Secundo, æterna priora sunt non perpetuis. Atqui circularis latio æterna est: ceteræ autem non, sed statum, finemq; habent. Est igitur circularis latio, alijs lationibus prior. ¶ Tertio, in motu recto determinatum est principium, medium & finis, & dari potest determinate vbi incipit, quā transeat, quō desinat. Hęc autem, in motu circulari determinata non sunt: sed vnumquodq; principium est, medium & finis, vt semper is motus in principio esse videatur. Non enim aliquid eorum vnum vt principium potius, quàm alterū quodlibet posueris, & quiescere ei⁹ mobile


quodammodo putatur: vt quod in eodem loco maneat.

¶ Quarto. mensura prior est mēsurato. nam primo mēsuramus. & primū in vnoquoq; genere, metrum & mēsurā aliorū est. motus autem circularis, aliorū mensura est. Est Mot<sup>9</sup> nas igitur prior, alijs. ¶ Quinto. motus regularis prior est irregulari. Circularis autē motus, talis euadit: alij verò, non. principio Nam alij motus, si naturales sint in principio tardius extardiores citantur & quāto fini viciniores, velociores existant, vior esse: i fine lenti e conuerso, circulares verò: neq; in principio, neq; in vero ve fine euariant. Est igitur circularis, prior. Et certē omnes lociores. antiqui, Empedocles, Democritus, Anaxagoras, Plato: motum secundum locum dixerūt esse priorem. Vt Empedocles dixit lirem segregare, & amicitiam congregare. Et Democritus ex atomis per segregationē omnia gigni: Et Anaxagoras intellectum à chao segregantē. Plato animā mouentem cui primum motum attribuit, motum secundum locum. Ex his liquet primum motum esse secundum locum. sed quis is est, declaratum est paulo ante.

#### DECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Primus motor, primū simpliciter mouēs. ¶ Infinitum, secundo. ¶ Præstare, superare, præstantius esse. ¶ Centrū, punctus à quo omnes lineæ rectæ ductæ ad circumferentiam, sunt æquales.

Primus motor im  
partibilis  
& incorpore<sup>9</sup> est.



Decimū cap. continet duas cōclusiones, vnā quæstionē, & duo corollaria post primam. ¶ Prima 37 cōclusio. Primum motore, impartibile, incorporeūq; esse oportet. ¶ Nam si corporeus esset, magnitudinemq; haberet, aut ea finita, aut infinita esset. Non infinita, finita igitur. Deinde, aut vis eius mouēdi, finita, aut infinita. Si finitam dederis, non mouebit tēpore infinito. Finitum enim tēpore infinito mouere impossibile est: quod adhuc ostēdo. Sit a, mouens finitū. b, mobile. c, tempus infinitū. quia a, vis est finitæ: afferri potest maius quod sit d. Aut ergo d, diutius mouebit b, quā ipsum a, virtute inferius atq; inualidius. hoc autē non, quia tempore infinito nihil est diutius. Aut a, solum mouet tempore finito. Aut d quanto a æque mouet, hoc iterum non, quia maior vis, minori æquari nō potest. Nō igitur eius vis finita

nita est. Si dixeris eā infinitā: neq; hoc quidē. Nam in magnitudine plus clausum potentix: in æquali tēpore plus facit. vt plus caloris habens, plus calefacit: plus dulcoris, itidē plus dulcoris inducit. Et ita in singulis mouentibus, necesse igitur esset à corpore finito vim infinitā habente: ipsum mobile pati. & plus quidē q̄ à finito. nā plus potētiæ retinet. quod si sic esset: nullū esset tēpus in quo patēret. quod est impossibile. Quid si mouebit tēpore finito. Sit potentia infinita, e. tēpus in quo, f. & potentia finita, a. tēpus in quo mouet, g. Procedā, maiore potētā accipiens finitā alterā: quousq; excellam aut æquē determinatū, atq; ad id incommodi perducam, vt potentia infinita & finita æqualiter & æquali tempore moueant, aut finitā mouendo: potētia præstare infinita. quod est impossibile. Et etiā distrahēdo, eam, si voluero, deficere faciā, mouebit igitur in nō tempore. Nam accepta potentia finita e b, aliquāto tempore mouet: quod sit f i. Capio e c magnitudinem duplam: & duplam cōtinentem virtutem (id enim supponimus, vt minor magnitudo alicuius est virtutis: & maiore virtutem esse maioris) quæ in medio tēpore mouebit vt f g. Et iterū sumpta dupla potentia vt e d: in temporis f g dimidio vt f h, mouebit. Et ita semper accepta maiore potentia, in minori tempore mouebit. nā semper eadem est proportio. Accepta igitur potentia infinita, quæ omnem potentiam finitam excellit: mouebit in non tempore. Est enim infinita potētia, vt magnitudo & multitudo omne finitum excellens, & quæ ad finitum nullam gerit proportionem. Manifestum igitur est, eam potentiam in magnitudine finita non esse infinitā. Item magnitudinis finitæ accepta aliqua parte (quātulacunq; sit) potētia finitæ magnitudinem metietur: & potentia finita, potētia infinitā, quod permanifestum est impossibile. Primū igitur motorē, qui indeficienti æuo, perpetuāq; serie mouet: imparitibilem, incorporeūq; esse necesse est. ¶ Quæstio. Quo modo quædā quæ à se non mouentur vt proiecta, continuē moueantur suo actore nō tangente, sed abiuncto & cessante? Dixerunt simulatq; pellitur proiectum: & pelli proximi corpus, vt aerem, qui continuē ipsum proiectū

f h g i

a

d

c

b

e



moueat. sed eandē in aere quomodo & à quo moueatur, trāsserunt difficultatem. Quodd si dixerint à proximo; hoc abibit in infinitū, & impossibile. ¶ Neq; quidē primum mouēs ad pīctum sese habet. vt lapis magneticus ad ferrum: quod ab eo vim mouendi mutat. Nā simulatq; magnes de medio tollit̃ aut occultitur: ferri vis illa mouendi cessat & vanescit. Non autem primo pellente deficiente, pīcti vis mouēdi deficit. ¶ Ideo dici poterit, primū mouēs nō modo proximū corpus vt aerē aut aquā mouere; sed ei ipsi vim quādā mouēdi imprimere. Quæ quidē primo mouente deficiente nō simul vanescit, sed aliquādiu pdurat & mouet, alioquin simulatq; primū mouēs q̃sceret: & pīctū pcūberet. vt ferrū statim absente magnete. Neq; quidem sufficeret (vt quidā volūt) velox, citāq; (ne vacuū fiat) corporis succedētis reciprocario, subsecutioq;, alioqui, vno corpore iacto, oporteret & omnia moueri.

**Proiecto** ¶ Primū corollariū. Vnde fit, vt huiusmodi pīctorū 39  
**rū motus** tus non planē continui sint. vt qui à varijs sint successiue  
**nō omni** mouentibus, quæ attactu ipsa mouent: & qui regulares  
**no esse cō** non sint. Est enim in principio præceps, & in fine retusus  
**tinuos,** & lentus: vi impressa pedetentim languescēte & moriente. Naturales verò, ediuerso: initio pigri, in exitu verò veloces. ¶ Secūdū. Vnde iterū rectē, euenit, primū motore, 40  
 incorporeū esse & immobile. ¶ Nam si moueret̃ ab alio; consequeretur ipsum mobile, & aliquādo deficere posset. Et si corporeū (vt aer aut aqua pīcta) sequēs tangeret. At cum ponitur incorporeus & immobilis; nō oportebit simul ipsum mutari: sed semper vnus, idemq; immutabilis, infatigabilis. manens, motum intemperabit & influet mobili, & quidem semper quamssimillimū & regularem.

**Primum** ¶ Secunda conclusio. Primus motor sedē habet in circulo motore lo, motu (qui dictus est) velocissimo & æterno, intemperatē i cœlo, rato. Nam sedem habet, aut in centro, aut circulo. sunt em̃ ea principia. Non in centro. nam ocysissime mouentur ea, quæ finit ima & p̃xima sunt mouēti. rapidissim⁹ autē motus is, quo mūdus conuertit̃. Illic igitur & primus motor æternus. Quodd igit̃ sit primus motus, quodd prim⁹ motus semper idē, cōsimiliter se habēs, omni magnitudinis mo

le carens, immutabilis, in fatigabilis, in infinito tēpore sempiternum motum intemperans. dictum est abundantius.

¶ Paraphraseos in octo libros Physicorum.

Aristotelis, finis.

IACOBI FABRI STAPVLENSIS  
IN QVATVOR LIB. DE COE-  
LO ET MVNDO ARI-  
STOTELIS, PARA-  
PHRASIS.

PRIMI CAPITIS PRIMI DE  
cœlo & mundo Annot.

¶ Cœlum, circulare corpus naturalibus corporibus supereminens. ¶ Mūdus est naturalium corporum & eorum (quæ his supereminet) omnium vniuersitas. ¶ Vniuersitas, collectio, aggregatio. ¶ Mundus, vniuersum. ¶ Omniquaque, vndique, omnifariam, secundum longum, latum & profundum.



E cœlo & mūdo libri quatuor. Primus continet duodecim cap. Primum, tres conclusiones, quatuor definitiones post primam, & tres rationes ad secundam. ¶ Prima conclusio, Sciētia de natura: circa corpora, magnitudines & horum passionēs ac motus, & principia maxime versat. Nam sciētia de natura, eorum est quæ secundum naturam dicuntur, & quæ à natura consistunt. Eorum autem quæ à natura consistunt, hæc sunt corpora & magnitudines, eorum passionēs & motus. hæc verò, corpora & magnitudines habentia, & quibus corpora & magnitudines insunt. Et hæc postremo, eorum quibus corpora & magnitudines insunt, principia sunt. Non ab igitur scientia de natura, circa corpora, magnitudines, horum passionēs ac motus & principia maxime versabitur, sunt enim ferme hæc (quæ à natura consistunt) omnia. ¶ Quatuor definitiones. ¶ Prima. Continuum: est quod diuisibile est in semper diuisibilia. ¶ Secunda. Linea: est quæ

secundū vnū solū, vt longitudinē, diuisibilis est. ¶ Tertia 4  
 Superficies: quę secundū duo, longitudinē & latitudinē,  
 ¶ Quarta. Corpus, qđ omniquaq; diuisibile est. Est enim 5  
 diuisibile secundū tria: longitudinē, latitudinē & profun-  
 dū. Et præter hæc tria, nulla relinquit magnitudo & ma-  
 gnitudinē secādi interuallū. Fit itaq; rectē, vt qđ corp<sup>9</sup> se-  
 cūdū tria diuisibile sit: dictū sit corpus secundū omnia &

In ternario omiquaq; esse diuisibile. ¶ Secūda cōclusio. Corpus, ma-  
 rio omnia gnitudinū pfecta existit. ¶ Primo quidē. qđ Pythagorici 6  
 pfecta cō omne, totū. rēq; pfectā omnē: trib<sup>9</sup> determinatā, principio,  
 sistere. medio, & fine esse volebāt. Et quę sic determinata esset:  
 eandē esse & pfectā, trinitatemq; omnibus in rebus a ma-  
 tura esse conspectā. Hinc quoq; fieri: vt tāq; naturā sequē-  
 tes, & legē ab ea edocti: deo sacrificādo eo numero atq;  
 ternario vtamur. Et hinc itē fieri: vt naturā inseq; volētes,  
 in rerū appellationib<sup>9</sup> duo appellem<sup>9</sup> ambo. de trib<sup>9</sup> autē  
 primū asseram<sup>9</sup> omne. At corp<sup>9</sup>, magnitudo trib<sup>9</sup> determi-  
 nata hūc in modū esse videt. erit igit pfecta. ¶ Secūdo,  
 totū & pfectū idē sunt: neq; speciei discrimen patiūtur,  
 sed rationis, modi<sup>9</sup> dicēdi. At corp<sup>9</sup>, tota est magnitudo  
 & omnis. Est em̄ solū corpus magnitudo tribus determi-  
 nata, quę omēs sunt: & omniquaq; omnifariāq; (vt dictū  
 est) partibile. Planū verō solū duob<sup>9</sup> determinat: et linea,  
 vno. neq; omiquaq; sectionē recipiūt, & sunt cōtinue: sed  
 vt numerū magnitudinū interuallorū, sortiūtur. Est igitur  
 corpus, magnitudinū pfecta. ¶ Tercio. hæc magnitudo  
 pfecta est: cui nihil deficit, & quę in aliā nullā trāsit. So-  
 la aut magnitudinū corpus est huiusmodi. nam tres dimē-  
 siones habet: dimēssiones aut, plures tribus nō sunt. Neq;  
 altera relinquitur vlla: in quā transeāt. Linea autem trāsit  
 in superficie: & superficies in corpus. trāsitus autē ob defe-  
 ctum est. igitur corpus magnitudinū pfecta est. Et non  
 modo id: imō verō magnitudinū præter ipsum pfecta  
 est nulla. Nā quod pfectū est, vt deficiat impossibile est:  
 sed omnino, omnifariamq; est. ¶ Tercia. vniuersum, per-  
 fectū esse necesse est. ¶ Nam vnumquodq; particularium 7  
 corporum pfectum est, omnes enim dimēssiones habet.  
 quę tactu determinata vnumquodq; ad proximum vni-



uerfum constituunt vnum, cuius ea ipsa sunt partes. Est igitur vniuersum, perfectum: vtpote quod omnium aliorum complectatur perfectiones. dictum nō ab re vniuersum: quod omnia in ipso versentur. quod quidē, an finitum sit, an infinitum: postea futura est discussio.

## SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Physica corpora, res sensibiles. ¶ Medium, terra, medium mundi. ¶ Ad, versus. ¶ Corpora simplicia: cœlum, ignis, aer, aqua, terra. ¶ Mixta: animalia, vegetabilia, mineralia, mixta imperfecta. ¶ Motus, motus secundū locū. ¶ Elementa: ignis, aer, aqua, terra.

8 **S**ecundū caput continet quatuor suppositiones. vnā conclusionē. & quinque rationes. ¶ Quatuor suppositiones. ¶ Prima. Omnia Physica corpora, secundū se ipsa ad loca mobilia esse. Nā habent in seipsis naturā quæ est motus principiū. ¶ Secūda. Omnē motū secundū locū (quā lationē nuncupamus) aut rectū, aut circularē, aut mixtū esse, quorū duo rect⁹ & circularis, simplices sunt. Nec immeritū quidē, nam secundū simplices sumunt magnitudines. & rectū esse, q est à medio aut ad mediū. Qui verd est à medio: motū rectū sursum esse. & q est ad mediū: motū rectū deorsum. Et motū circularē, eū esse dicimus: qui est circa medium. ¶ Tertia. omnē simplicem lationē esse, & rectā sursum, & rectā deorsum, & circularē circa medium. Sicut enim corpus perfectum in tribus cōsistit (que modū paulo ante dictum est) ita quoq; & eius motus in tribus euadēt consummati. ¶ Quarta. Corporum simplicium vt ignis, aeris, aquæ, terræ, mot⁹ esse simplices: & cōpositorum, mixtos. ea tamē accidit secundum simplex prædominans moueri. Sunt enim simplicia corpora: quorum secundū locū natura mouendi solum

9 vnum principium est. Composita verd: quorum sunt plura. ¶ Conclusio. Præter quatuor corpora simplicia quæ recto motu natura ferūtur: est aliud corp⁹ simplex quod suapte naturā circulari motu agitur. ¶ Primo. quia omnis motus simplex, corpori debetur simplici. motus autem circularis, est motus simplex, corpori igitur debetur simplici. & non alicui quatuor simplicium corporum, quæ

Quid motus rect⁹.  
Qui circularis.

Quid corpora simplicia.  
Quid itē cōposita.

Quinq;  
supposi-  
tiones.

motu recto natura feruntur. Nā simpliciu corporū vt secundū locū natura ferant: solū vnū præsto est principiu. debet igit alteri corpori simplici. Est igit præter quatuor simplicia corpora quæ recto motu natura feruntur: aliud corpus qd suapte natura circulo agatur. ¶ Secundo. cuiuslibet corporis simplicis vnus est secundū naturā motus: & tantū vnus. & motus q est præter naturā: cōtrarius est ei qui est secundū naturā. & tantū vnus vni cōtrariat. & manifestū est, motū circularē esse. Tunc sic, motus aliquis est circularis. est igitur alicuius corporis simplicis: motus enim simplex, simplici debetur corpori. At nō est alicuius quatuor elementorū, ignis, aeris, aquæ, aut terræ. Nā aut ipsi secundū naturā cōueniret. hoc autē non. Nā eorū quodlibet, alterū habet secundū naturā motū, ignis & aer, motū sursum secundū rectū: aqua & terra, motū deorsum. Et vnus corporis simplicis, vnus est secundū naturā motus: & tantū vnus. neq; præter naturā, Nā cōtrarius esset ei, qui illis secundū naturā conuenit. At verò cuiuslibet eorum motui secundū naturā cōtrariatur rectus: & alius à circulari. vt motui ignis & aeris sursum, eorundē motus deorsum. & motui aquæ & terræ deorsum qui secundū naturā est: motus aquæ aut terræ sursum. Nō igit motus circularis cōtrariat motui secundū naturā. alicuius quatuor elementorū. Nā tantū vnus, vni motui possit est contrarius. Cōuenit igit corpori simplici alteri à quatuor elementis. Et cū nō cōueniat eidē præter naturā. (Nam cōtrarius esset motui eiusdē qui est secundū naturā: qui non nisi circularis esset) cōfectū est igit vt eidē cōpetat secundū naturā, & præter corpora simplicia motu recto lata, esse alterum simplex: quod su-

Quare circ apte natura motu torqueatur circulari. ¶ Tertio. consensu linea taneū esse videt, motum natura priorē, corporis esse naturæ prioris, motus autē circularis, recto natura prior est. recta sit p tura prioris, motus autē circularis, recto natura prior est. fection. fit enim secundū circulū: rectus autē secundū rectam. & circulus (vt qui sit vbique vnus: & cui addi nō possit quicquam) prior & perfectior recta dinoscitur. quæ nō vbique vna: & cui (vt lubet) additio fiat. Perfectiora autem natura priora. Est igitur circularis motus, corporis prioris & perfectioris, q quibus natura competat rectus. Hoc aut

tem esse oportet alterū à quatuor elemētis: quæ secūdū res  
 Et natura ferunt. ignis & aer, sursum: aqua & terra, deorsum.  
 Neq; qdē mixtorū erit. Nā dixim⁹ ea moueri secūdū  
 prædominās elemētū. Præter igit quatuor corpora simpli  
 cia, quæ recto motu natura ferunt: est aliud corp⁹ simplex,  
 quod suapte natura circulari motu agitet. Vnde fit, vt sit  
 quædā prior & diuinior corporea substantia ijs (quæ nos  
 circūstant) substantijs, nunc sursum, nunc deorsum latis.

**¶** Quarto. omnis mot⁹ simplex aut est secūdū naturā, aut  
 præter naturā. & quod vni præter naturā cōuenit, vt igni  
 ferri deorsum: alteri secūdū naturā cōueniet: vt terræ quæ  
 secūdū naturā fert in imū. At certū est, motū circularē, se  
 cūdū naturā nulli quatuor elemētōrū cōuenire. Si igitur  
 ipsis cōpeteret: hoc esset præter naturā. quare & alteri se  
 cūdū naturā cōueniret. Ponēdū igit est, præter ea corpus  
 alterū simplex: cui circularis motus secūdū naturā cōpetat.

**¶** Quinto. motus circularis: vnus, cōtinuus & perpetuus  
 (vt in Phisicis ostēsum est) habet. Cōuenit igit alicui se  
 cūdū naturā. Irrationabile pfecto statim apparet, motū  
 iugē, semp cōtinuū, & sempiternū, esse præter naturā. Nā  
 quæ præter naturā & violēta sunt citissimē corrupta cōspi  
 ciuntur. At verd qd semp circūfertur: ignis esse nō potest.  
 quod, q̄ plurimis visum est. Nam igni circulatio præter  
 naturā cōpeteret: cū ei secūdū naturā is cōpetat: qui est  
 à medio secūdum rectā. quare sempiternus esse nō posset.  
 præter igit quatuor corpora simplicia quæ recto motu na  
 tura ferunt, est aliud corpus simplex, qd suapte natura cir  
 culari motu agat, tantō nobiliore naturā gerēs, quātō ma  
 gis à sensibilib⁹ semotū, separatūq; est illis supereminēs.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

**¶** Corpus simplex quod circūfertur, cœlum. **¶** Ingeni  
 um, ingenerabile.

**T**ertium cap. cōtinet duas cōclusiones. vnū corolla  
 rium ad primā. & quatuor rationes ad secundam.

**10** **¶** Prima conclusio. Corpus simplex quod circū  
**II** agit, circūq; ferri dictū est: neq; graue, neq; leue est.

**12** **¶** Nam id graue dicimus: quod ad mediū ferri natū est.

**13** **¶** Id leue: quod natum est ferri à medio. Grauiissimū: quod



omnibus substat deorsum latis. leuissimum verò quod or<sup>14</sup>  
 sum fertur, vt leuitatē aut grauitatē, aut vtrāq; habeat nec  
 esse est. Tunc ita nectimus argumētum. Omne graue aut  
 leue, fertur ad mediū aut à medio. At corpus qđ circūagiť  
 & circūfertur, neq; fertur ad mediū, neq; à medio. nā aut  
 id secūdum naturā esset, aut prāter naturā. Non secūdum  
 naturā. nam ei secūdū naturā circūferri cōuenit: & vnus  
 corporis simplicis tantū vnus est secūdum naturā motus.  
 Neq; etiam prāter naturā: quia si deorsum prāter naturā  
 ferretur: cū motus prāter naturā motui secūdum naturam  
 cōtrariet: & motui deorsum cōtrarius sit motus qui euo-  
 lat in sublime, ei cōueniret secūdū naturā in sublime ferri:  
 quod modò mōstratum est esse non posse. Et ita si sursum  
 prāter naturā ferretur: ei cōueniret secūdū naturā deors  
 sum ferri. non est igitur tale corpus aut leue, aut graue.  
 ¶ Corollarium. vnde fit, vt ne vna quidē eius partiū grauis<sup>15</sup>  
 sit, aut leuis. Nam corporū simplicū idē est motus totius  
 & partis. vt toti<sup>9</sup> terræ, & glebulæ terræ. Eadē em̄ in toto  
 & partibus ratio est. At totū ipsum, nō graue est aut leue,  
 vt dictū est. igitur neq; eius partiū vlla. Et si qua partium  
 detracta esset (si id possibile concesso) neq; sursum, neq;  
 deorsum ferret: nā (vt de toto dictū est) neq; natura, neq;  
 prāter naturā id fieri posset. ¶ Secūda. Itidē rationi cōsens<sup>16</sup>  
 taneū videtur: ipsum, ingenitū atq; incorruptibile esse, nō  
 augmētū, nō detrimētū sustinēs, neq; alterationē, vt sensu  
 bilia ipsa sustinent. ¶ Priō. qā generatio & corruptio inter  
 cōtraria existūt. Et quicquid fit, fit ex cōtrario: & quicq;  
 corrūpitur: in contrariū corrūpitur. Atqui illi circumactō  
 corpori nihil est contrarium. Circulationi enim nullus (vt  
 postea perpalam euasurū est) cōtrarius est motus. Est igit  
 ingenitum & incorruptibile. Idq; rectē factū esse videtur:

Cœlū eo ipsum à cōtrarijs secretum semotumq; esse, vt futurum sit  
 quo priō perpes, ingenitū & incorruptibile. sed quod neq; augmen-  
 tum est tūc fit cognato aliquo adueniente, & in materiam resolu-  
 non hēre tot: & diminutio, aliquo intrinseco recedente. At tale cor-  
 materiā. pus, neq; materiam habet talem ex qua fiat, neq; ab eo fit

resolutio vlla, fit enim per contrariū. Igitur, neq; augmen-  
tabile, neq; diminubile est. Quod si neq; generabile, neq;  
corruptibile, augmētabile, aut diminubile est: neq; (vt sen-  
sibilia, elementa, animalia, plantæ, & similia) alterabile  
est. Nam alterationes in illos motus ordinatur, vt in ipsis  
sensibilibus promptū est intueri. Est igitur id circūlatum  
corp<sup>9</sup>, ingenitū, incorruptibile, in augmētabile, in dimi-  
nubile, pariter & inalterabile, & impassibile, vt corpus semp  
ternum, & omniū primum. ¶ Secūdo, quia omnes homi-  
nes, & Græci, & Barbari, & quicūq; de Deo æstimatio-  
nem habuerūt aliquam: ipsi sedem & locū attribuerunt  
cælum, quod probauimus circūagi & circūferri. Signum  
est igitur ipsum esse perenne, ingenitum, & incorruptibi-  
le: vt immortalē & incorruptibili, immortale & incor-  
ruptibile esset aptatū. ¶ Tertio, quia ex ijs quæ ex præterito  
tēpore successione quadā posteris memoria prodita sunt:  
nihil mutatū in toto præterito tempore cōperimus: neq;  
secundum totum, neq; secundum eius partem vllam: hoc  
iterum signum est: & idem facit ipsum ingenitū, & incor-  
ruptibile esse. ¶ Quarto, Antiqui, ipsum æthera, vt semp  
terno tempore currens, & summa loca occupans, nunc  
pauerunt, quæadmodum & aliorum cōplures, hoc nostro  
æuo ponim<sup>9</sup>, neq; em̄ semel, neq; bis putare oportet: sed  
infinites ad nos easdē peruenire opiniones. Anaxagoras  
autē hoc nomine male vsus, æthera pro igne ponebat.


Duplex  
ætheris si-  
gnificatio

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Circulus, cælum. ¶ A oriens. b occidens. c meridies. d  
primū mobile. e firmamentū. f Saturni. g Iouis. h Martis. i  
Solis. k Veneris. l Mercurij. m Lunæ hemisphæria. n Se-  
ptentrio. ¶ Hemisphæria, dimidia sphæra.


17

¶ Quartum cap. continet sex cōclusiones. ¶ Prima.  
Motui circulari motus rectus, minime abit con-  
trarius. Nā motui recto vt motui sursum, cōtra-  
rius est alius motus rectus, vt motus deorsum:  
quia eorū loca adinuicem sunt cōtraria. Sunt em̄ sursum,  
& deorsum locorum differentia, & cōtrarietates. Igitur  
motus circularis, motui recto minime est cōtrarius. Pos-  
tus est em̄ tantū vnus motus, vni motui abire contrarius.



<sup>a</sup>  
Motus  
diurni nō  
sunt con-  
trarij, nec  
pprij pro-  
pria.


¶ Secunda. Motus diuerforum semicirculorū ab eisdem signis versus eadem: vt ab a versus b, nō sunt adinuicem contrarij. ¶ Nam hi, infiniti esse possunt. Et qua ratione vnum vni cōtrarium posueris: & reliquorum quemlibet. At tantum vnus vni ponitur contrarius. non igitur sunt contrarij. ¶ Tertia. Motus itidem diuerforum semicirculorum opposito modo facti, vt de a in b, & de b in a, adinuicem non sunt contrarij. ¶ Eadem cum superiori ratione. Nam hi, infiniti esse possunt. Neq; idem subit iudicium cum motu recto qui est de a in b, motui recto de b



in a contrario. Nam hi recti determinati, finitiq; sunt. Circulares autem (vt dictum est) indeterminati, infiniti esse possunt.



**¶** Quarta. Motus eiusdem semicirculi ediuerso facti, vt Id de motu ab a in b, alter verò ex b in a, adinuicem non sunt tu diurno contrarij. ¶ Nam diffinita sunt secundum locum contrarij & proprio. ria: quæ secundum rectitudinem plurimum distant. Motus autem semicirculi a c b, & b c a, non plurimum secundum rectitudinem distant, non sunt igitur cōtrarij. Quare & minus erunt, ij qui ex eadem parte in idem sumuntur semicirculi, vt motus a c b, & motus alter a c b, adinuicem contrarij.



Vt mot<sup>9</sup> ¶ Quinta. Motus eiusdem circuli secundum eius diuer<sup>9</sup> 21  
 diurn<sup>9</sup> & sos semicirculos sumpti: contrarij non sunt. Nam si sumā<sup>9</sup>  
 nocturn<sup>9</sup> tur hoc pacto, motus ab a in b, qui est a c b. & motus qui  
 nus, id est est à b in a, qui est b n a. contrarij esse nequeunt. vnus em̃  
 duo semi & continuus esse possunt. Motus autē contrarij, in cōtra<sup>9</sup>  
 diurni. rios abeunt terminos. Neq; cōtrarij erunt sumpti ab a in  
 b, a c b, & ab a in b a n b. Sunt enim eodē in idem, & nō  
 secundū rectitudinis distantiā sumpti. Motus autem con<sup>9</sup>  
 trarij, ex cōtrarijs terminis, in terminos secundū rectitudi<sup>9</sup>  
 nis distantiā abeunt contrarios. ¶ Sexta. Totius circuli 22  
 motus: totius eiusdem, aut alterius motui non euadit cō  
 trarius. Alterius quidem non erit. Nam si infiniti essent,  
 & infinitis eundem esse oporteret contrarium. Neq; eius  
 dem, vt motus a c b a, motui a c b a. nam sunt ab eodem  
 in idem & consimiles. aut vt a c b a, motui a n b a, qui vi  
 dentur ediuerso facti. nam iterū sunt ab eodem in idem.  
 Contrarij autem motus, ex contrarijs terminis in termi  
 nos contrarios. Quos si pertinaciter defendis contrarios:  
 aut simul erunt in circulo a c b. Hoc autem non. nam con  
 trarij simul stare non possunt. Aut in diuersis circulis, &  
 tunc aut aduenient æquē fortes: & sic se impediēt: & neu  
 trum mouebitur mobile. Aut dominabitur, superabitq;  
 alter eorum: & sic semper vnū mouebit mobile: & nunq;  
 alterum. Frustra igitur ponitur is quo mobile nunq; mo  
 uebitur esse huic (quo iugiter, sempiterneq; mouetur) cō  
 trarius. vt profectō frustra esset calceamētum: cui<sup>9</sup> nunq;  
 futura sit calceatio. Deus autem & natura nihil faciūt fru  
 stra. euasit igitur (vt arbitror) perspicuum: motui circulari  
 nullum notum esse contrarium.

#### Q V I N T I C A P I T I S A N N O T.

¶ Infinitū, secundo. ¶ Angulus est à duarū linearum cō  
 tactu intercepta extensio. ¶ Cadit linea supra lineā per  
 pendiculariter, quādo anguli ex vtraq; parte contra<sup>9</sup>  
 sumpti, adinuicem sunt æquales.

Q Vintū cap. cōtinet tres cōclusiōes: tres rōnes ad  
 primā, & sex ad terciā. ¶ Prima cōclusio. Cōue 23  
 niēs est differere an corp<sup>9</sup> infinitū sit aliqd (quē  
 admodū quāplurimis visum est) an id qdē im̃

possibile sit. Primo, quia aliquod corpus infinitū statueretur, aut nō statuere; multū à contemplatione veritatis distorquetur, & nō parū, imō in totū sic esse, aut nō esse, ad veritatem percipiendā videtur referre. Expedi igitur, an sit, an nō sit corpus infinitū aliquod disquirere. ¶ Secūdo, quia infinitū esse, & infinitū nō esse, est, & fuit principii cōtradiciōi penē & dissentienti omnibus, & omniū qui de vniuersa determinauerūt natura, & adhuc erit, nisi præsto, perperetāque veritate, est igitur discutere cōueniēs, ¶ Tertio, Id certe in natura discutiendū est: quod indiscussum multos circa naturæ principia aggenerat errores, qui enim parum à veritate digreditur: tandem si longè progrediatur, decies millies à veritate magis fiet alienus: vt qui minimā asserit magnitudinē: maximam Mathematicā cōtemplationum auferat partē. Causa huius est: quia principii vbi quod magnitudinem maius est. Et idcirco quod in principio est modicū: in fine euadit vel quod maximū. At verò id an sit infinitū, an nō sit, indiscussum, multos in Philosophia relinquit errores. Habet enim infinitū principij rationem. cōueniens est


24 itaque discutere an corpus infinitū sit aliquod (vt dixerūt) an hoc quidem impossibile sit. ¶ Secūda. Nullum corpus neque simplex, neque compositum, statuendum est infinitum. ¶ Compositū quidē, quia quod magnitudine, & multitudine finitis cōstat cōpositum, finitū est. Tātum enim est ex quātis. & ipsum est cōpositū. At cōpositū omne ex magnitudine & multitudine finitis euadit cōpositū, vt paulò latius ostēdemus. Est igitur compositū omne finitum. Quodd verò non sit sensibile simplex infinitū, ex quo compositum constitui possit: paulò post reddemus manifestū, prius id de corpore primo, circulo agitato, esse non posse

25 ostēdetes. ¶ Tertia. Nullū corpus circulariter motum infinitum esse potest. ¶ Primo, quia infinitæ erunt lineæ à cetro egredientes: & in cetro angulū constituentes, & earum infinita distātia. Finitarum enim semper distātia finita est, infinitarum verò, infinita. Dico infinitam, quia nulla vnquam intercipi magnitudo possit, semper quantitatem accipiendo, quæ lineas assequatur, & tangat. quodd si distātia earū adinuicem est infinita, ipsum corpus circūferri, circūuol-





niq; non potest. Nā infinitum pertransiri nullo pacto potest. At prius ostēsum est, aliquod corpus circulariter moueri, idq; de cœlo sensu exploratū habem⁹. Nō est igitur quod circumferatur corpus infinitū. Et certē quēadmodū numerū diceremus infinitū, quoddā quocūq; accepto, maior supersit accipiendus, vt nō sit maximus. Ita & illa inter capedo, & duarū linearū distantia quoddā semper inter eas (quacūq; accepta) supersit magnitudo maior accipienda, vt nō sit maxima, rectē posita est infinita. ¶ Secūdo. si à tēpore finito tempus auferas finitū: reliquū finitū est. Et si tempus motus habet principiū: & motus, & quæ fertur magnitudo. Cōsimiliter em̄ hęc vt finita aut infinita sint, sese habere ostēsum est. Atqui omne tempus quo circulo vertitur corpus (quod & cœlū dicim⁹) finitū est, igit̄ & motus, & quæ fertur magnitudo, vt finita sint necesse est: & tēpus quo fertur, & motus, & magnitudo pariter habeant principiū. Sed vt manifestū huiusce rei percipiam⁹ incōmodū sit c b d corp⁹ circulo (quēadmodū cœlum videmus) agitatū, infinitū: si possibile est, à cuius centro a, egrediat̄ linea, c versus infinita, sitq; extra centrum e b d f xquidistans, quiescens, & pariter infinita, quia corp⁹ c b d circulo agitato suū perficit motū: abscindit lineā e b d faliquo tempore motus. At quia totū tempus quo cōplet motum, finitū est: vt sensu vel q̄ cognitissimum est: tempus quo abscindet, pertransibitq; lineā e b d f infinitam, à tēpore finito abscissum finitū est. Abitus igitur infinitum tempore finito: quod est impossibile. Si igitur ipm, infinitū esset, & mundus infinitus, nullo pacto circūferri, circumq; volui posset, cuius oppositum per se cognitum est. ¶ Tertio, si magnitudo iuxta magnitudinem lata fuerit: hæ eodem tempore se absoluunt: quæ si in contrariū latē fuerint velocius, altera verò quiescētē, & altera equali velocitate: vt cum contranitantur tardius. Si igitur corpus circulo actum esset infinitum: tempore finito abiret finitū circulum circa centrum descriptum, quia toto tēpore motus abiret. Absolueretur igitur ab eodē in eodē tēpore infinitū scilicet à finito, & tempore finito, quod in Phisicis impossibile esse demonstratū est. Et nihil refert



an infinitū moueri & finitū quiescere intelligas: aut finitū moueri & infinitum esse, vt quiescens, aut contra latum.

¶ Quarto. lineā cuius est finis & terminus: infinitam esse impossibile est, & superficiē, & corpus. At omne figuratū vt sphaera, circulus, tetragonus, finē habet, & terminum, Quod enim determinatur nusquā: neq; sphaera, circulus, tetragonus, aut aliquid taliū (vt neq; pedale infinitum) esse potest. Quēd si nō potest circulus vllus esse infinitus: neq; quod circulariter agitur. Nā circularis motus is est, qui secundum circulum (vt dictum est) sumitur. Corpus igitur circulo agitur, infinitum esse non potest.

¶ Quinto à cētro circuli c intelligatur ex vtraq; parte infinita linea a b quiescēs: intelligaturq; itidē altera qescens, supra a b infinitam: quæ sit d f. Intelligatur rursus tertia linea c d sursum erecta, secans cōtinuē e f ad circularis corporis motum, b versus mota. Tūc sic, corpus circulare suū motū absoluere, & cōplere nequit, nisi linea c d alio & alio lineam rectam e f secando, vt prius in g, deinde in h, hinc in signo i totam rectam absoluat. At hoc impossibile est tempore finito. Non igitur corpus circulariter motū, suum complet motum tempore finito, quod falsum est. Aut spacium secundum rectum infinitum abibitur, quod iterum impossibile est. Non igitur corpus circulariter motum, infinitum esse potest. ¶ Sexto. Tempus quo (quod circulariter fertur) circūuoluitur, finitum est. igitur & magnitudo pertransita. Sunt enim æqualia: ita vt medietati temporis, medietas respondeat transiti, & totū toti. quod igitur circumfertur, infinitum esse non posse, ex his quam manifestissimum euasit.



### SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Grauitas cōmensurata intelligitur, quādo secūdū æquales magnitudinis partes cōtinuē æqualis grauitas sumit.

¶ Incōmensurata, quādo inæquales æqualiū magnitudinis partiū sumunt grauitates. Ita & de leuitate intelligas.

**S**extum caput continet duas conclusiones. & duas rationes ad primam. ¶ Prima conclusio. Nullum corpus sensibile simplex infinitum est. ¶ Hoc nūper demonstrandum relictum erat: quod ostendit

a dimus. ¶ Primo, quia nullum corpus aut à medio, aut ad 26  
 c medium latum infinitum est. Omne autem sensibile sim-  
 plex aut à medio, aut ad mediū latū est. Nullū tale igitur  
 b f infinitū. Quodd verò nullum corpus à medio, aut ad me-  
 g dium latū, infinitū sit: hīc liquet, quia lationes à medio,  
 & ad mediū adinuicem cōtrariæ sunt. Contrariæ verò in  
 h contraria abeunt loca. Et si contrariorum vnum determin-  
 i natum est: determinatum erit & reliquū. At cōtrariorum,  
 k vnum vt mediū determinatum est: quo vnūquodq; gra-  
 l uium feratur. Non em̄ contingit medio lōgius pertrāsire.  
 c i Igitur & reliquum determinatum est. Nullum igitur tale,  
 k infinitum, determinatis enim extremis, quicq; infinitū esse  
 l impossibile est. Quodd si extrema sint determinata: media  
 i determinata esse necesse est. Alioqui determinatis extre-  
 l mis, interclusam, interceptumq; esset infinitū: & infinitus  
 d m in medio motus cōtingeret: qđ impossibile est. ¶ Secūdo,  
 n quia cū omne sensibile simplex, leue sit aut graue: si aliq; &  
 o tale infinitū ponas: infinitam aut leuitatē aut grauitatem  
 habere concedas oportet. Quod sic ostendo. Sit a graue  
 aliquod corpus simplex infinitū, si impossibile est: b gra-  
 ue finitum. Ex a capto grauitatem finitā quālibet, vt se-  
 cundum magnitudinem a e, quæ quia sit finita, & graui-  
 tas b finita, toties poterit sumi, vt totā grauitatem corpo-  
 ris b finiti metiatur. Vt exempli causa, sit b decupla. sumo  
 decē partes infiniti a, parti a e æquales: quæ æquā cum b  
 retinebūt grauitatem, & cū semper sumēdo partes tantas  
 nō cōtingat deficere: a infinitā cōtinebit grauitatē, quod  
 erat ostēdendū. Neq; refert, illas grauitates cōmensuratas  
 esse, aut incōmensuratas, itidē em̄ accidet quod volumus.  
 Quodd si iterū posueris grauitatis finitæ alia subibis incō-  
 moda: finiti & infiniti, æquā esse grauitatem: imō & finiti,  
 maiore. Nam videmus in finitis, in maiori magnitudine:  
 maiore geri grauitatē, vt in dupla duplā, & ita deinceps. si  
 itaq; sit finita: sit dupla magnitudini b. sumo b & c duplā,  
 finitam: æquam seruantem grauitatem. quodd si sumis b d  
 corpus finitū, maiorem corpore infinito retinebit grauita-  
 tem. esset igitur infinita grauitas. Et consimiliter in infinis-  
 to leui, infinita leuitas. At verò infinitā, aut leuitatem, aut  
 grauitatem



gravitatem esse: impossibile est: quia cū gravitas aliquanto tempore, & aliquanto mouet spacio: dupla idē eodem spacio mouet in tempore sub duplo, & ita semper, vt quē admodum gravitas crescat: decreseat tēpus & minus fiat. Et cum omni proportionē gravitas infinita finitæ gravitatis vim superet motricē, oporteatq; mobile mouentium virtutum excellentias & proportionēs sequi: profecto in nō tempore aut minimo (nullum autē minimum) mouebit: vt quæ omnē mouendi proportionem excedens: nulla proportionē moueat. quod impossibile est. Nulla si quidem infiniti ad finitum proportio est. Quod si contendas in tēpore moueri: accidet gravitatem finitā & infinitā æquali tēpore mouere. quod est impossibile. Esto enī gravitas infinita a: b finita. quia vtraq; in tempore mouet: ad inuicem mouendi proportionem habent, vt sit a dupla (quācūq; aliam dederis idem valeat) sumo b & c duplæ gravitatis ad b: quæ duplā mouendi ad b seruat proportionem. æqualiter igitur cum a mouebit. quæcūq; enim ad idem eandem seruant proportionem; illa vt æqualem inter se habeant necesse est: & non modo hoc, verū, si b d finitam gravitatē sumeres: b d finita mouendi virtus, infinitam a mouendi virtutē excederet, & in minori tempore moueret. quæ si impossibilia sunt: manifestū est, infinitum sensibile corpus esse non posse. Sed id mentē in dubiū trahere posset: an plures sint mūdi, an mundus vnus infinitus. Nam ipsum, aut finitum esse, aut infinitum, necesse est.

27 ¶ Secunda cōclusio. Mundus nō est infinitus. ¶ Iuxta ea quæ prius allata sunt: prompta est huius rei demonstratio. ¶ Nam aut esset similariū partiū, aut dissimiliū. Non similariū. Nam omne tale, simplex est: cui debetur vnus motus, aut circularis, aut rectus. Modo verō ostēsum est: nullum neq; circulo, neq; recto actū, esse posse infinitum, non est igitur similarium partium. Neq; quidem dissimilium. Nam aut esset ex specie infinitis, aut finitis. non infinitis. Nam simplices motus specie finiti sunt. igitur & simplicia corpora speciei discrimen habentia: finita sunt. Cuiuslibet enim corporis simplicis, vnus est motus simplex. Neq; ex finitis erit. nam aut eorum omnia, aut eorū vnum; infinitū

tum esse oporteret. vt ignem, aerem, aquam, aut terrā. hoc autem, esse non potest. Primo. quia aut leuitas, aut grauitas, daretur infinita: quæ infinita dari non posse, monstratum est. Secundo. quia loca oporteret esse infinita. Tertio. quia motus essent infiniti: & neq; ferrentur sursum, neq; deorsum. Quod enim factum esse non contingit: impossibile est fieri. & in quali, & quanto, & vbi. Vt quod factū esse non potest album: vt albesiat impossibile est. Et quod cubitale factum esse non contingit: impossibile est cubitale fieri. & quod impossibile est peruenire in Aegyptum: proficisci in Aegyptū haud quaquam valebit vnquam. Itaq; quod sursum aut deorsum esse non potest: sursum aut deorsum feretur nunquam. Quarto. quia aut tale infinitum moueretur secundum naturam: aut præter naturam. Si præter naturā. ergo alius esset locus: in quem secundum naturam ferretur. Hoc autem impossibile. mundus igitur infinitus esse non potest.

# SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Pati, moueri.

Septimū cap. cōtinet quatuor cōclusiones, & vnū corollariū post quartā. ¶ Prima cōclusio. Infinitum a finito pati, impossibile est. ¶ Sit a mobile infinitum: quod patiatur (si fieri potest) & moueatur a mouēte finito b, in tempore c. sitq; d pars virtutis mouētis b. Quæ (quia minor est q̄ b) mouebit mobile minus q̄ a in tpe c. sit illud e. capio partē finitā infiniti a, æqualem e, quæ sit a f. quia igitur potentix d finitæ, ad b potentiam finitam est proportio: b finita potētia maior mouebit a f æquale e, in minori tempore quā c: mouet enim æquale: idem in eodē tēpore. & maius, idē in minori. & minus: in maiori. vt si duplū in duplo, & ita secundū analogiam. Quicquid igitur b in tempore c mouebit: proportionem ad partem finitam a f & mobile æquale e seruabit. Infiniti autem ad finitū nulla cadit proportio. Mouebit igitur solū finitum in tēpore c. Si em̄ d sit ad b in aliqua pportione vt subtriplo: intelligo a potentiam duplam ad d. quæ mouebit mobile duplex ad e. & similiter a f, vt a g, in tpe c. Intelligo deinde triplā, quæ sit i: quæ quia tripla ad d, mouebit mo-

e  
i h d b  
e  
a f g h

bile triplum e & similiter parti finitæ a f, vt a k in tempore c. manifestū est enim, triplū finitū esse, alioqui infiniti ad finitū pportione dabis; & infinitū finiti triplū facies. qd' impossibile. At cū i tripla sit ad d; & similiter b prima virtus ad d tripla, b virtus æqualis est potentie i; quare in eodem tempore mouebit a k. Quod si mouet a infinitū in tēpore c in eodē tempore mouet finitū & infinitū, quod est impossibile. ¶ Secūda. Neq; finitū patietur ab infinito, tēpore finito. ¶ Hæc est conuersa præcedentis. ¶ Sit a infinita virtus: quæ moueat b finitū mobile, in finito tēpore c, si fieri potest. Capio quācūq; partē finitā libuerit, infinitæ virtutis a, vt a f quæ moueat minus quodcūq; quā b in tempore c. manifestū est, oportere eā minus mouere, vt e. Et cū vtrūq; sit finitū: habet e ad b, aliquam proportionem, vt exempli causa sit b triplum. Capio virtutis infinitæ partē finitam a g, duplam parti a f: quæ quia dupla, mouebit duplum mobile, vt h in eodem tempore. Et pars tripla vt a k: mobile triplum vt, i in eodem tēpore. & ita semper secundum analogiā & proportionē. quare & a k mouebit b æquale mobili i, in eodem tempore c. Et cum tota virtus a, ad a k nullam habeat proportionem: non mouebit b in tempore c, imò neq; in tempore, quod est positi oppositum. aut infinita virtus & virtus finita, idem mobile & eodem tēpore mouebūt, quod est impossibile. ¶ Tertia. Infinitū ab infinito, aliquo tempore nō patietur. ¶ Sit a vnum infinitum, & b alterum: quod patietur ab a in tēpore c. patieturq; b pars quæcūq; ab a, vt b d, in minori tempore vt e. Supposuimus enim, maius in minori tempore mouere minus. Quia temporis e finiti ad totum tempus est proportio: a mouebit maius b, d vt b f, in tempore maiore, & iterum mouebit maius in maiore. quare tandem deuenietur, vt partem aliquam acceptam finitam in tempore c moueat, in quo mouet & b. & finitum & infinitum in eodem tempore ab eodem patietur, quod est impossibile. ¶ Quarta. Infinitum aliquo tempore non mouebit infinitum. Non finito. Nam infinitum pateretur ab infinito, tempore finito: quod esse non potest. Neq; tempore infinito, quia infinitum tempus, finem non habet.

c

c

a b

d

f



bet, & in tēpore finito rursū aliquid moueret. Quid si dixeris esse finitū: oppositū est secunde. si verò infinitū oppositū tertiæ. Si nihil mouere aliquo vllō tempore finito dixeris: & tēpore infinito cōtinuo quiescet. ¶ Corol-  
larium. Ex his iterū manifestū est, nullū sensibile corpus esse infinitū. Primo, quia omne corpus sensibile, virtutem habet actiua & passiuā. Neq; quidē extra cōclū est infinitū, nomināt enim intra & extra locū. Extra cōclū autem, non est locus, neq; tempus. Neq; corpus circulariter motū. Nā mouetur circa mediū. Infiniti autē nō est medium. Neq; secundū rectū motū, quia locū ad quē ferret, infinitū esse oporteret. Quid si ferretur præter naturam: esset ei assignandus locus infinitus sui motus secundū naturā, & virtutem eius motiuam oporteret esse infinitā. Infiniti em̄ vis (vt finita finiti) infinita est. Et id à quo præter naturā moueret, esse oporteret infinitū, & plura esse infinita aut infinitū pati à finito, quæ impossibilia esse manifesta sunt. Quid si dixeris ipsum à seipso moueri (ne plura esse infinita concedas) erit igitur infinitū animal. Est enim id animalib⁹ propriū. Sed quo modo erit infinitum animal?

**Democri** Neq; Democriti & Leucippi determinatio approbanda  
tus. est: infinitas similes atomos positione & situ discrimi-  
**Leucip⁹** natas, interstite vacuo infinitum cōf lare. Primo, quia eas  
pus. atomos dicūt esse eiusdem nature, vt si aurū in frustula di-  
rimatur, auri quælibet pars diuisa, cuiuslibet alteri eadē est,  
quare omnes illæ ad totius locum ferretur, vt quo fertur  
ignis & ignis scintilla: & quo terra, & terræ glebula.  
Hoc autem, impossibile. Secundo, quia si vna atomorum  
fuerit leuis: & vnaquæq; reliquarū, quare nihil erit gra-  
ue simpliciter. Ponunt enim ex illis atomis omnia cōf-  
flari, & originem ducere, hoc autem, falsum. Tertio, quia  
omnia ferrentur sursum: aut omnia, deorsum. Quid si  
sursum: mouerētur à medio, si deorsum: ad medium. Infi-  
niti autem nō est medium, quia vbi medium fuerit: & ex-  
tremum comperiri necesse est. Quarto, quia nullus erit lo-  
cus quo moueatur. Nam aut moueretur natura, aut præ-  
ter naturam: quibus motibus determinata sunt loca, esset  
igitur immobile. Quid si dicas moueri præter naturam;

erit alterum, cui is motus, secundum naturam cōueniet.  
hoc enim in omnibus inductione compertum est. Quod  
si ita fuerit: omnia, leuia dicere non poteris: neq; omnia,  
grauia. neq; illud infinitum ex similaribus eiusdemq; na-  
turæ atomis esse conflatum. Sed quod nullum sit corpus  
infinitum: satis arbitror ostensum.

# OCTAVI CAPITIS ANNOT.

⌚ Aequiuoca, diuersarum naturarum entia.

Concentricorum mundorum figura.

a primi mundi terra. b aqua. c aer. d ignis. e nouem cœ-  
lestium orbium circulus. f a secundi mundi terra. g b  
aqua: h c aer. i d ignis. k e eius nouem cœlestium orbium  
circulus.

- 33 **O**ctauum cap. continet tres suppositiones, tres cō-  
clusiones. duas rationes ad primam. tres ad secū-  
dam: & trium cauillorum remotiones. ⌚ Tres  
suppositiones. Prima. Omnia Physica corpora  
moueri & quiescere secundum naturā: violenter: & præ-  
ter naturam. Secunda. in quo loco natura quiescunt: in il-  
lum locum naturaliter ferri. & in quo violenter quiescūt:  
in illum violenter ferri. Tertia. si alicui latio aliqua, violen-  
ta est: quæ secundum naturam eidem conuenit, violentæ  
lationi contraria est. vt lationi terræ sursum violentæ: cō-  
traria est latio deorsum terræ, ipsi secundum naturam cō-  
ueniens. ⌚ Prima conclusio. Si plures sint mundi: eos ex  
cōsimilis naturæ corporibus existere, & ea eandem vim  
mouēdi obseruare, necesse est. vt ignis & ignis, terra & ter-  
ra, & intermedia. ⌚ Primo. Quia si ex æquiuocis & natu-  
ra diuersis constarent: mundus de illis non nisi equiuoce  
diceretur. constarent igitur ex cōsimilis naturæ corpori-  
bus. quod si ita esset: & illa corpora nata essent moueri.  
hæc à medio, hæc ad medium, hæc vero. circa medium:  
quod est mouendi vim naturamq; eandem seruare. ⌚ Se-  
cundo. quia motus, determinati & finiti sunt. nam aut se-  
cundum rectum aut circulum sumptos aut mixtos esse  
oportere, prius dictum est: & vnus corporis simplicis  
vnum simplicem motum esse. Quare siquidem illic elemē-  
ta essent eadem: & modus ijdem.

¶ Secunda conclusio. Non sunt plures mundi. ¶ Primo  
quia terra vnius mundi, nata esset moueri ad terram alter  
ius mundi: & ignis, ad ignem. Ad quemcunq; enim lo  
cum, simplicium aliquid natum est moueri: & quodlibet  
alterum congenex, consimilisq; naturæ ad eundem mo  
ueri natum esse necesse est. At terram vnius ad alterius  
terram, & ignem ad ignem moueri natum esse, impossi  
bile est. Nam terra sursum ferretur in proprio mundo: &  
ignis, deorsum. & terra à medio lata, ad alteram terram  
natura moueretur. In quo enim loco natura quiesceret,



& in eūdem natura ferretur. *Ibidem* & ignis, per medium ad alterius mundi ignem euolaret, quod statim impossibile cognoscitur. Non igitur sunt plures mundi. ¶ Secundo, vnus est primus motus sempiternus & æternus, igitur & vnum primum cœlum, & vnus mundus. Si vero plures mundos dederis: in vnoquoque primum esse oportet, quod esse nequit. ¶ Tertio, tria sunt loca trium sensibilibus elementorum. Primus est subsidens & infirmus: secundus, summus & extremus, tertius horum medius, quod superferretur omnibus vt ignis, est in summo, quod exteris subsidet, est in imo, quod verò medio modo fertur, vt aqua, vt aer, medium obtinet locum. Et præter hæc loca, nō est sensibile locus, nam neque secundum naturam, neque præter naturam illic ferretur. Est igitur tantum vnus mundus. ¶ Tres cauillorum remotiones. Si dixeris primo illa simplicia corpora propter nimiam distantiam, diuersam participare naturam: hoc irrationabile est, nam distantia, non facit naturæ diuersitatem. ¶ Secundo, omnes motus vi quadam motis conuenire, quare non erit terra vnus nata ad alterius terram ferri. Hoc impossibile est, quia motus vi quadam & præter naturam factus: obnoxius & contrarius est motui, non vi, sed secundum naturam facto. ¶ Tertio, terram vnus & terram alterius, numero differre: ideo non oportere eas natas esse ad eūdem locum numero, ferri. Esto numero differant: speciei tamen indifferentiam habent: nec ideo quoddam diuersæ numero sint: hoc impedit, easdem ad eundem numero locum ferri natas esse, quod si ita est, statim rationi consentaneum apparet, tantum vnā terram esse, quia finita transmutatio terminos vnde motus & ad quem proficiscitur, specie habet diuersos, vt quod augmētatur terminum vnde motus paruitatem, quod verò proficiscitur, amplitudinem, quod minuitur: contra, quod alteratur: contraria, vt satio, terminum vnde venit, ægritudinem: quod tendit, sationem, quare & quod fertur vt terra, ex terra ad terram non feratur, & ignis: ex igne, ad ignem. Et si instas ex Cauilla cœli transmutatione, quæ est ex eodem in idem. Hanc rationis solutionem quodammodo diximus infinitam, & luto.

quodammodo esse ex oppositis & ad opposita: cū confy-  
deras eam accipi secundum diametros, cum verò secun-  
dum totum accipias: nō ita fit. ¶ Tertia conclusio. rerum <sup>37</sup>  
sensibiliū loca, finita & determinata esse, necesse est. Nam  
quanto terra, medio propinquior fuerit: tanto velociore  
motu eam ruere videmus. & ignem velociore motu ferri;  
quāto, loco qui sursum est vicinior efficitur. Si igitur sine  
termino concitaretur ferreturq; motus infinita succresce-  
ret velocitas, quare intelligenda tandem esset infinita &  
leuitas & grauitas, quod est impossibile, alioqui in infini-  
tum crescere haud quaquam intelligi posset. Sunt igitur  
sensibilium loca & finita & determinata.

#### NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Forma, species. ¶ Forma in materia, species in singula-  
ribus. ¶ Materia, sensibile, singulare. ¶ Finientes, diffiniē-  
tes. ¶ Sensibilia, sensui peruia. Simus, nasus cauus.

**N**Onū cap. continet tres conclusiones, vñā instan-  
tiā, ei⁹ solutionē, & tres modos cœli post primā,  
& duo corollaria post tertiā. ¶ Prima conclusio. <sup>38</sup>  
Non modò nō sunt plures mundi: sed & plures  
fieri impossibile est. ¶ Nam vnus mūdus est ingenitus &  
æternus, Est enim vnus primus motus sempiternus, &  
æternus, non igitur fieri possunt plures mūdi. ¶ Instātia.  
Omniū natura & arte constantiū: alia est forma secūdum  
se, & forma materiæ mixta. vt alia sphæra, & sphæra au-  
rea: alius circulus, & circulus ligneus. Finientes em̄ sphæ-  
ram aut circulum, aureum aut ligneum sumimus nūquā,  
vt quæ ad eius substantiam non pertineant, tamen si idem  
sit sphæra, & sphæra aurea: neq; intelligere, neq; sumere  
quicquam aliud præter singulare possumus. Nihilominus  
circulus, & hic circulus, ratione duo sunt. Circulus, vt spe-  
cies: hic circulus, species in materia & singulare. Tunc ita  
ducūt argumentum, Cœlum est sensibile, est igitur aliud,  
cœlum & hoc cœlū. & cœlū, species & forma est: & hoc  
cœlū, forma in materia. At quorūcūq; sensibilium species  
est aut forma aliqua: plura sunt aut facta esse contingunt  
singularia, siue species, ideas quasdā (vt posuerūt aliqui)  
posueris seiūctas atq; separatas, siue re ipsa à singularib⁹

nō abiunxeris, sed ipso esse & ratione, sic esse oportet. Sic enim in omnibus quorum forma in materia est, primum est videre plurima & penè infinita eiusdem speciei entia. Sunt igitur plures cœli, aut esse possunt: & plures mundi, aut esse possunt. Quodd si simul non sint, & esse possint, fieri possunt. ¶ Responso, id verum sit: cœlum esse Sensibile, & alterum esse, cœlum & hoc cœlum vt species & species in materia, non tamen ex hoc, plures mundos esse aut esse posse conficiunt, nam falsè assumunt, quorū cūq; sensibilium species sit aut forma, plura esse, aut facta esse contingere. Hoc enim non oportet, vbi sensibile ex tota materia est ex qua natum est esse posse, vt si intelligis vnum incorruptibilem simum, cuius materia esset caro, & ex omni carne esset ex qua simus esse posset: simus sensibile quoddam esset, & alterum simus & hic carneus simus, vt species & forma, & forma in materia, & tamen non essent, neq; esse possent plures simi. Itidē si esset vnus homo immortalis, ex omni carne, ossibus & neruis ex quibus posset esse homo, & hæc indissolubilia essent: homo sensibile esset. & homo & hic homo differrent, vt forma & forma in materia, & tamen neq; essent plures homines, neq; esse contingeret. Consimile de mundo intellige, nam mundus & cœlum, sensibile: & cœlum & hoc cœlū, ratione diuersa. & hoc cœlum, perpetuū & immortale, ex tota materia (ex qua esse potest cœlū) cōstans, idcirco vt de simo & homine dictū est, neq; sunt plures, neq; plures esse oportet. ¶ Tres modi cœli. Cœlū primo, vltima sphaera est, supremusq; circulus: cæteros ambiens omnes, diuinitate plenus. Secūdo, corporea moles, inferiori lunæ extremo, & supremo primæ sphaeræ termino cōtenta. Tertio, cœlum id totū est quod ab vltimæ sphaeræ, supremiq; circuli circūferētia cōtēntum, conspiciamus. Et hoc totum, omne, vniuersum, cœlū dicere cōsueuimus. ¶ Secūda cōclusio. Cœlū vt id ipsum est: ab vltimæ sphaeræ supremiq; circuli circūferētia cōtēntum, ex omni naturali & sensibili corpore, suaq; tota materia constat. ¶ Nam nullū extra se corpus: neq; naturale, neq; sensibile relinquit: sed ea omnia intra suū cōtinet ambitū. Quodd extra se nullū corpus re-

Solutio.

Tres modi  
di cœli.



linguat: hoc ideo est, quia corpus illud Physicum esse nō posset. Nam aut esset simplex, aut cōpositū. Non simplex, quia omne tale, mobile est à medio vel ad mediū. Et cum corpora illa quæ circūferuntur, loca sua egredi & mutare nequeant: nō hoc pacto aut à medio, aut ad mediū moueri contingeret. & illic esse nō posset natura, aut præter naturam. Natura quidē, quia habet simplicia corpora Physica, alia (in quibus natura stent) à natura deputata loca. Neq; præter naturā. Nam & illic aliqua esse secundū naturam nata essent. Locus enim qui alicui simplicium præter naturā conuenit, alterius simplicis secundū naturā existit. Quid si illic natum non est esse corpus simplex Physicū, neq; ex simplicibus cōpositum ullū. Neq; aliquod sensibile nō Physicorum. Nam ea sunt sphaerae, circūlatiq; circuli, quorum nullum extra supremi circūferentiam claudi manifestum est. Constat igitur cœlum hoc pacto sumptū: ex omni corpore & naturali & sensibili, suaq; tota materia: quidd cum ipsum, incorruptibile sit, & semper (vt adhuc ostēdemus) perseverans, vnum solum esse, rectē affirmatū est. neq; plures fuerūt cœli, neq; plures futuri sunt, sed vnū solum & perfectum. ¶ Tertia conclusio. Non contingit, 41 extra cœlum corpus vllum factū esse. Nam neq; simplex,

Corollarium. neq; cōpositum, neq; natura, neq; præter naturā. ¶ Primū 42 corollarium. Vnde fit, vt extra cœlum: neq; locus, neq; vacuum, neq; tēpus sit. ¶ Locus quidē, quia illic nullum est,

1 neq; esse natum est corpus. Vacuum, quia id dicūt locum sine corpore, natum corpore repleti, & in quo corpus natum est fieri. Tempus, cum illic nullum possit esse sensibile corpus, neq; motus: quare neq; tempus, est enim tempus, 2 numerus motus. At extra cœlū, sine sensibili corpore non

Diuina erit motus. ¶ Secundum corollarium. Vnde fit etiam, vt 43 nomina quæ illic nata sunt esse entia: sint optimam habentia vitā, corūq; rationes, & per se quidem sufficientissimam, quam toto complent æterno, non senescentia in tempore, non in loco transmutabilia, inalterabilia, impassibilia, ab oī motu mutationeq; aliena, vt circa diuina plerūq; rationibus declaratū est: oē, primū, diuinum, intransmutabile, necessarium, summū, & quo nihil aliud melius, nihil diuinius, nihil prauū habēs,



nullorum bonorum indigū, incessabili motu rationabiliter mouens, rerum omnium finis, vniūscuiusq; vitæ rēpus, tempus omne & infinitatē vt summa perfectio continens æternū, semper ens, immortale, à quo cæteris communis carum est esse & viuere, his clarius, illis verò obscurius.

# DECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Genitum, generabile. ¶ Ingenitum, ingenerabile.

¶ Suppetit, auxilium. ¶ Consistentia, materia.

44 **D** Ecimū cap. cōtinet quatuor conclusiones, & tres rationes. & tres antiquorum opiniones post primā. & duas rationes ad secundā. ¶ Prima conclusio.

Par est, disquirēdo an mūdus genitus an ingenitus, & corruptibilis an incorruptibilis habeatur: antiquorū de hac re adducere opiniones. ¶ Primo. Quia contrariorū dubitationes, causæ sunt vt sint contrariorū manifestationes. Si itaq; eas nō adducere in mediū, videri posset in dubitationibus ipsorū, oppositū eorū quæ ostendere volumus, esse ostensum. ¶ Secūdo. Quia eorū positionibus, assertionibusq; monstratis inualidis, credibilia relinqueretur circa id (quod quærimus) dicēda. ¶ Tertio. Quia nos ita faciētes, minus eos gratis condēnare videbimur.

45 Oportet enim eos qui veritatē sufficiēter iudicaturi sunt, nō esse aduersarios, sed arbitros. ¶ Tres de hac re antiquorū opiniones. ¶ Prima, est dicentium mūdū genitum esse:

46 sed incorruptibile, immortale, semperq; mansurū. & hæc Platonis existit.

47 ¶ Secūda, est dicentium mūdū factum, interiturumq; semel: sed ulterius nunq; reduci, reparariq; posse ad ortum. & hæc est Democriti.

48 ¶ Tertia, est Empedoclis Agrigentini & Heracliti Ephesij, dicentium mūdū alternatis vicibus frequenter genitum & frequenter corruptū. Et has ortū, obitūq; vices, semper obseruaturū.

¶ Secunda conclusio. Irrationabilis, est assertio dicentium mūdū genitū esse, sempiternū tamen manere, nunquāq; casurū esse. ¶ Primo. quia sola ea rationabiliter dici posse videntur: quæ in omnibus, aut pluribus ita esse conspiciamus. huius aut assertionis oppositū euenit. Assertit enim & genitū & incorruptibile. Et liquidū cōspicimus, quæ generantur oīa, orta cadere, nō est igit assertio hæc, rōnabilis.

Platonis  
opinio.  
Democri  
ti.  
Empedo  
dis.

¶ Secūdo. quia si illa quæ ipsum constituunt, non potuerunt aliter se habere, intransmutabilia sunt. Si potuerunt aliquando, & non semper consimiliter se habuerūt, poterūt adhuc iterumq; esse soluta. nulla illic q̄ hic, valentior ratio. igitur si genitus esset, nō modo incorruptibilis non esset, sed posset infinitis eūtib⁹ seculis infinites corrūpi.

¶ Neq; prodest quidd hęc asserentibus, suppetias ferre volūt aliqui: dicentes, mundū esse incorruptibilē, & neq; verū esse, ipsum esse genitū: sed hui⁹ positionis assertores id ipsum doctrinæ causa (quod magis doceant) dicere. vt Mathematici descriptiōes lineamētāq; faciūt: quæ etsi nō sint vt ponunt, suis tamen demonstrationibus apta veniūt. Non sic est de hac assertionē vt de Mathematicis descriptionibus. nā in illis, idē est, neq; refert. hic autē, nō idē atq; plurimū refert. & priora dicta, posteriorib⁹ sunt pugnātia. Nā ex inordinatis ordinatum faciunt: quod nō nisi generatione & tempore dirimēte facere possunt, aut simul est ordinatum & inordinatum. quæ sunt impossibilia. ¶ Tertia cōclusio. Irrationabile est iterum, mundū esse genitum dicere & interitus obnoxii: sed postea nunq̄ reparari posse. ¶ Nam cōsistentes ipsum esse genitum, vnā semper ante admittunt fuisse consistentiam ex qua fieret, quo non existente, eadem semper manebit consistentia: quæ mutationis principiū est. qua non existente, aliquid trāsmutari impossibile est. & qua quidem existente, cōtingit. Si igitur genitus esset & aliquando casurus, itidem & onto altero reparari cōtingeret. ¶ Quarta. Neq; sentiendū est cum Agrigentino Empedocle, mundum alternatis vicibus nunc amicitia disgregante gigni, nunc vero lite cōgregante solui. ¶ Nam id astruere, nihil aliud est, quā mundū substantia facere perpetuū, sed secundū formam, qualitatesq; trāsmutari. vt si quis ex puero sæpius fiat vir, & ex viro sæpius recidat in puerū, alternatis ac interpolatis vicibus, & ob id credat ipsum sæpius gigni & sæpi⁹ corrumpi. Sic enim ponunt semper eadem elementa manere, non autem ordinē & qualitates. Et sunt qui & qualitates manere ponunt congestio, congregatoq; mundo, & contraria contrarijs pugnare. Non igitur mundum

(vt qui semper substantia sit idem) generari & corrumpi, debent affirmare, sed mundi dispositiones. Non esse igitur (sicut scribitur in Thimæo) mundum factum. & de cætero sempiterno tempore mansurum, neq; sempiterno interitu casurum, neq; vicissitudinibus crebro gigni, crebroq; dissolui, naturaliter est discussum.

# VNDECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Talenti: octoginta triū librariū & quatuor vnciarū pondus. Talenti: talentum atticū magnū. ¶ Libra, as, pondus.

¶ Stadium milliarij pars octaua. 125. passus continens.

¶ Quanta sit potentia: magna, parua, maior, minor.

VNdecimū cap. cōtinet duas cōclusiones. ingeni, geniti, incorruptibilis, corruptibilis, singulorum tres modos post primā. & vnā instantiā post secūdam.

¶ Prima cōclusio. Proposito nostro cōgruit 51 modos geniti, ingeni, corruptibilis, & incorruptibilis, cognoscere. ¶ Nam hæc multipliciter dicuntur, de quibus quidē nūc intēdimus determinationē. Multipliciter autē dictis, etsi ad orationem nihil referat, quin semper eādē veritatem, falsitatemve obseruet: intellectus anceps & cōfusus relinquitur ipso multiplici indistincto. Expedi igitur

52 proposito, taliū videre modos. ¶ Ingeniti, geniti, incorruptibilis, corruptibilis, singulorum tres modi. ¶ In genitum primo. quod cum prius nō existeret, nunc existit, sed sine trāsmutatione, vt est actus & momentum. Secundo. quod non est, sed esse cōtingit. Tertio. quod omnino impossibile est fieri: ita vt aliquando sit, aliquando vero non sit. Impossibile enim bifariam dicitur. Primo simpliciter quod neq; est neq; fieri potest. Secundo, non facile, non cito, non benè factibile. ¶ Genitum primo. est quod trāsmutatione existit. ¶ Secundo. quod est, nō esse autem contingit. Tertio. quod aliquo modo esse aut fieri contingit, siue id facile, siue difficile sit. ¶ Incorruptibile primo. quod cum sit ens, ipsum aliquando non esse sine trāsmutatione contingit. Secundo. quod nunc est, & quod aliquādo non esse futurum impossibile est. Tertio. quod simpliciter non esse non possit, aut quod difficulter nō esse possit. ¶ Corruptibile primo, quod trāsmutatione

Tres modi geniti, ingeni, corruptibilis & incorruptibilis.

desinere contingit. Secundo. quod cum sit, contingit alibi  
quando non esse futurū. Tertio. quod non esse aliquo pa-  
cto, aut facile, aut difficulter contingit. Et horum omnium  
modi consimili penē modo adinuicem sumuntur. Dicitur  
tamen propriē ingenitum & incorruptibile. Ingenitū qui-  
dem, quod simpliciter fieri non potest: ita ut aliquādo sit,  
& aliquando nō sit. Et incorruptibile, quod omnino nō  
esse non potest. ¶ Secunda cōclusio. Potētia quanta ipsa 53  
sit, per maximum determinanda est. ¶ Nā per minus non  
determinatur. quia quicquid potest in maius, potest & in  
minus. Ut potens centū ferre talenta, potest & duo. & po-  
tens centum ambulare stadia, potest ambulare & duo. De-  
terminatur igitur per maximum & excellentiam, ut virtus  
quæ talenta centum sustollit, & quæ illam talentorū sum-  
mam non superat, ut vnum & centum sustollere non possit:  
ab illa excellentia denominationem sumet, diceturque  
centum talentorū & non plurium potentia. Et virtus quæ  
non potest in excellens, neque eadem in plura excellēte, va-  
lebit, ut si qua virtus in centum talenta aut stadia nō possit  
fit, hæc eadem in vnum & centum aut talenta aut stadia  
minimē valebit. est igitur quanta sit potentia, per maximū  
determinanda. ¶ Et si instas. potest quis videre stadium,  
non videns quālibet partem minorem stadij. & quis per-  
cipere magnitudinem. & non punctum. Et potest quispiā  
maiores sonū audire, non potens audire minorem. Non  
igitur id rectē assertum; ut quæ potentia potest in maius,  
eadē possit & in minus. ¶ Id certē ad id quod intēdimus,  
nihil affert difficultatis. Nam hæc instantia, de excellentia  
& decemēto rei, & quæ secūdu mōlē attēdatur, infestat.  
Nos autē nō de ea excellētia & decemēto agimus, sed de  
ijs quæ secūdu virtutē sunt sumpta. Visus enim vis, aut  
auditus: ad minora debiliōr, ad maiuscula vero valētiōr.

# DVODECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Se mutuo consequi, adinuicem conuerti.

**D**Vodecimum caput continet decem conclusiones  
vnum corollarium ad secundam. duas rationes  
ad quintam. quatuor ad nonam. & quatuor ad  
decimam. ¶ Prima conclusio. Si quid possib 54

Obiectio  
nis Zeno  
nis solu-  
tio.



le est esse, & idem possibile est non esse: vt eius tempus ad esse & non esse determinatum sit, necesse est. ¶ Hoc enim secundū omne prædicamentū. vt si quid potest esse homo, & non homo, bicubitū, æquale, albū, & non esse: & ita in cæteris vtrūq; tēpus determinatū. Nā si dederis neutrum determinatū esse, habebit potentiā vt sit tēpore infinito, & vt non sit alio tempore infinito. hoc autē, im-

55 possibile. ¶ Secunda. Impossibile & falsum, possibile & verum, nō omnino idem signant. ¶ Nam non omne falsum est impossibile. de citharizante enim si dicatur quodd nō citharizat, & de cantante quodd non cantat, falsum dicitur, non autē impossibile. Neq; omne possibile, verū est. coincidunt tamē hæc aliquādo. vt diametrū cōmensurari costæ, falsum est: & idem impossibile. non commensurari vero & possibile & verum. Et nos de impossibili, falso, possibili, & vero simpliciter intelligimus, & non facta suppositione. vnde si triangulus esset circulus, nō haberet tres duobus rectis æquales. & suppositione facta, lineā esse ex punctis, diameter costæ commensurabilis esset.

56 ¶ Corollarium. Vnde fit, vt nō sit idem supponere falsum & impossibile, itidem possibile & verum. ¶ Nam supposito impossibili, bene accidit impossibile: falso autē nō im-

57 accidit: ex vero autem, nunquā. ¶ Tertia. Idem simul ad opposita habet potentiā, non autem vt illa simul habeat. ¶ Nam cum quis sedet: potentiam habet vt sedeat & potentiam vt stet, non tamen vt simul sedeat & stet, sed alio

58 & alio tempore. ¶ Quarta. Omne semper ens, incorruptibile esse necesse est. Sit a semper ens. quia a est semper ens, semper existit, & si posueris corruptibile, aliquando non erit. At impossibile est, quod semper est, aliquādo nō esse. igitur falsum est esse corruptibile. & non modo falsum, sed & impossibile. Eadē ratione omne semper ens, ingennitum est. nā omne semper ens, semper existit. genitū vero aliquādo existit & aliquando non. Fieri enim nequit: vt quod potest omni tēpore esse, aliquando possit nō esse, alioqui simul potentiam retinet ad simul esse & non esse, quod est impossibile. Est igitur omne semp ens, ingennitū.

Quinta. Nullum semp̄ ens, corruptibile est, aut genitū. 59

¶ Primo. quia omne corruptibile & omne genitū, potentiam habet ad nō esse, nullum autē semper ens, potentiam habet ad non esse, nam aut id esset tempore finito. hoc autem non: quia omni tempore est, quare potentiā habet ut tempore sit & illo. Neq; quidem infinito. Nam plura tempora infinita esse nequeunt: neq; idem potentiam habere potest ut sit vno tēpore infinito, & non sit altero, infinito.

a

b Nullum igitur semper ens, corruptibile est aut genitum.



d

¶ Secundo, quia semper ens, & semper nō ens, se habent ut contraria. semper ens, non semper ens: semper nō ens, non semper non ens ut contradictoria. non semper ens, non semper non ens ut subcontraria. Sit itaq; a semp̄ ens,

b semper nō ens, c non semper ens. d nō semper non ens.

De genito & corruptibili verificant c & d: quia quādoq; est ens, & quādoq; non ens. De genito igitur & corruptibili negatur a & b, semper ens & semper non ens. Aut si mul de eodē erūt & affirmatio & negatio, qđ est impossibile. ¶ Sexta. Omne ingenitum pariter & incorruptibile, 60 semper est ens & immortale. ¶ Nam dico ingenitū: quod est ens, & nūquā nō fuit ante. Incorruptibile verō, quod est ens, & non erit verū ipsum non esse. Quæ autem talia sunt, semper existunt. Est igitur ingenitū omne similiter & incorruptibile, semper ens, sempiternum & immortale.

¶ Septima. Ingenitum & incorruptibile, se mutuo conseq̄ 61 quuntur. ¶ Nam ingenitum & incorruptibile, semper ens consequuntur. consequuntur igitur se inter se. ¶ Octava. 62

Omne genitū est corruptibile. ¶ Nam si aliquod sit genitum quod nō sit corruptibile, ipsum est incorruptibile. Dicitur enim corruptibile aut incorruptibile: ut nō semp̄ ens aut semper ens, de omni quod est, & de nullo eodē simul. & si ipsum est incorruptibile, ipsum est ingenitum. Consequuntur enim se, ingenitum & incorruptibile. & si ingenitum, iterum est semper ens. quare idem genitum est, & ingenitum & semper ens, quod est impossibile. Et eodem modo omne corruptibile, genitū esse ostendas. ¶ Nona. 63 Genitū & corruptibile seinuicē consequunt. ¶ Primo. quia si se nō cōsequerentur, aliquid esset genitū quod non esset corruptibile

corruptibile, aut aliquid corruptibile quod nō esset genitum, quod modo falsum esse monstratum est. ¶ Secūdo, quia genitū & corruptibile cōsequunt̃ idem: vt quādoq; ens & quādoq; nō ens, cōsequunt̃ igitur seinuicē. ¶ Tercio, sit a semper ens, b semper nō ens, c genitū, d corruptibile, arguitur sic, c genitū: nō est a, est igitur non semp ens, & c genitū non est b, est igitur & nō semper nō ens. Similiter d corruptibile non est a, neq; b, est igitur non semper ens, & nō semper nō ens. Et retroagatur, omne id quod quidem est nō semper ens & nō semper non ens: esse genitū & corruptibile, & tunc manifestum erit c d genitū & corruptibile, consequi idem, quare & seinuicē cōsimiliter sequentur. ¶ Quarto, sit ingenitum a, incorruptibile b, genitum c, & corruptibile d, disiunctū a c ex oppositis constat: quod dicitur de omni quod est vt genitū & non genitum. Omne enim nō genitum est ingenitū & contrā. Et disiunctū b d ex consimilibus constat oppositis: vt corruptibile & non corruptibile, & a b ingenitum & incorruptibile seinuicem (vt ostensum est) consequuntur. Igitur & 64 c d secundum & quartum: sese consequuntur. ¶ Decima, Inconueniens est existimare aliquod genitū esse incorruptibile, & aliquod corruptibile esse ingenitum. ¶ Primo, quia quæ genita sunt oīa: quanto quodam determinato tempore possunt aut facere, aut pati, aut esse, aut non esse. Infinitum autē, non est determinatū, non igitur quod genitū est, incorruptibile erit, aut quod corruptibile est: ingenitum. ¶ Secundo, quia ens tempore infinito factū esset: & aliquo tempore non ens semper esset, hoc autē, impossibile. ¶ Tercio, omne genitum aliquando generabitur, & omne incorruptibile est ingenitū: & ingenitū nunq̃ generabitur, igit̃ si aliquod genitū est incorruptibile: aliquādo generabitur & nunq̃ generabitur. Item omne corruptibile, aliquando corrūpetur, & omne ingenitū est incorruptibile: & nullum incorruptibile vnq̃ corrūpetur. Igitur si quid corruptibile, ingenitū aliquando corrūpet̃ & nunq̃ corrūpetur, & idem simul erit factū & non factū, corruptum & incorruptum, quod est impossibile. Si enim dixis, genitum non aliquando generari, & corruptibile non

aliquando corrumpi: aut hoc erit casu, aut fortuna, aut natura. Non casu aut fortuna, quia nō est eorū quæ semper sunt. Neq; natura, quia ea, quandoq; sunt, & quādoq; nō sunt, vt quæ eandē materiā, potentiam cōtradictionis habent: & quæ causa est nō esse. Et si itē dixeris, corruptibile habere potētīā ad nō esse, sed nō in futuro, sed præterito tpe, vt anno priore, aut quocunq; altero, & ita de genito: hoc nihil est, quia neq; vna quidē præteriti potentia & virtus est, sed præsens & futuri. ¶ Quarto. Omne genitum, & omne corruptibile, cōtrarijs alterantur, igitur neq; genitū, incorruptibile: neq; corruptibile, ingentum est.

¶ Paraphraseos in primū de cælo & mundo, Finis.

### PRIMI CAPITIS PARAPHRASEOS in secundum de cælo & mūdo Annot.

¶ Factum, genitum. ¶ Consummatio, finis.



Ecūdus liber de cælo, & mūdo, duodecim capita cōplectitur. Prīmū caput vnā cōclusionē, sex rationes ad eā. Et tres opniōnū re motiōes ad quintā. ¶ Cōclusio. I Cælū neq; factū est neq; corrupti cōtingit, sed vnū, sempiternū, principiū, cōsummatōnēq; nō habēs: in se infinitā tēporis seriē cōtinet.

¶ Primo, qā ex ijs quæ in primo libro adducta sunt huius rei fidē facere possumus. ¶ Secūdo, qā opiniōes ipsū factū esse dicentiū: rōnabiliter defendi nō possunt. Hoc igit de ei⁹ immortalitate & sempiternitate, magnā credulitatis occasiōē inducit. ¶ Tertio, nō defuerūt sapientes patres nostri qui existimauerūt cælū quid immortale, diuinū, in se hunc motū gerens cuius nullus sit finis, sed ipse potius aliore finis existat. Etenim cōtentorū finis est: & circulatio pfecta est, imperfectas motiones terminū, quietēq; habentes cōtinens, neq; principiū habens, neq; finē, infinito tempore incessabilis, & irrequieta. Quapropter ad credēdum cælū esse perpetuū, rationabile est se exhibere persuasibile. ¶ Quarto, antiqui, cælū & locū qui sursum est, Deo attribuerunt: & non alia, vt quod solū existimarent immortale.



te, & ob id immortalē & sempiterno attribuēdū. ¶ Quinto, ipsum, impassibile est, nihil difficultatis & laboris, vt moueatur, asserens, nulla enim illic resistentia nullumq; ipsum ferri qualiter natum est, prohibens. Est igitur merito sempiternum existimandum. ¶ Vnde primum excutienda est antiqua fabula opinio, opus esse Atlante fultore, sustentatoreq; cœli, ne mole sua procumbat, vt quod suo pondere ruerē possit. ¶ Secundo, eorum qui eadem de causa cœlo (vt terrenis omnibus) grauitatem inesse suspicantes, animal cœlum putauerunt, & ab anima (vt pēdula in aere volucris) in sublimi sustineri. ¶ Hoc certe, irrationabile. Primo, quia talis anima: continua poena, continua afflicta tristitia: miseram traheret vitam, quam tamen (si quæ eius esset) liceret potius esse beatam. ¶ Secundo, quia cœlum sustineret & ferret violenter: quare aliter ipsum ferri natū esset. ¶ Tertio, quia absolum est, illam animam sine vacatione aliqua & intermissione mentis: continue cœlum volubiliter intorquere. Videmus enim mortaliū animantia (ipsis somno resolutis) animarum esse requiem, & operæ & laboris intermissionem. Remitteret igitur & illa immortalis anima & æterna, interdū suos labores: & quiete solueretur placida. ¶ Tertio excutienda est Empedoclis assertio, ob celeriores (propria inclinatione superata) circulationem: cœlum (tametsi graue sit) nō cadere, Nam si hac celeritate (propria superata inclinatione) torqueretur: quo pacto motus eius tanto tempore saluaretur? Ea enim quæ præter naturam eueniūt, citissime corrupta cōspiciuntur. ¶ Sexto, si primæ lationis melius est perpetuitatem sentire, conformiusq; diuinis quæ de deo afferuntur, & magis consonum sapientum assertionibus cœlum perpetuū esse potius sentiendū est. Primæ autem lationis perpetuitatem sentire, melius videtur, & diuinis quæ de deo afferuntur conformius, magisq; sapientum consonum assertionibus, sentiendum igitur, ipsum esse perpetuum.

## SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Augur, qui ausibus diuinat. ¶ E regione, ex opposito.

¶ Animatum quoddam, vt animatum quoddam: verba in analogia. ¶ Poli, vertices, sunt autem extrema lineæ,

Tres de  
cœli gra  
uitate opi  
niones.



circa quam vertitur cœlum, quæ linea, axis cœli dicitur. ¶ **a** e b f, primum cœlum. ¶ **a**, oriens. ¶ **b**, occidēs. ¶ **L**inea, a b, circulus diuisor velocissimi motus. ¶ **d**, septentrionis punctus, qui & hypogiū & mediæ noctis punctus dī: cui opponitur meridiei punctus non signatus. ¶ **e**, polus arcticus, & nobis apparens. ¶ **f**, Antarcticus nobis semper occultus. ¶ **L**inea e f, axis cœli. ¶ **d** eius, centrū terrę.

**S**ecundum cap. contiuet quinq; conclusiones. quinq; rationes ad primam. duas instantias ad secundam. & duas rationes ad tertiam. ¶ **P**rima conclusio. Dextrū & sinistrū, cœlo sine sursum & deorsum minime (vt Pythagorici volunt) aptari debēt. ¶ **P**rimo. Quia nunq̃ dextrum & sinistrū sine sursum & deorsum reperire possis: vt planē licet in perfectis animantibus intueri. Sursum verò & deorsum, sine dextro & sinistro possis. vt in plantis: in quibus solum sursum & deorsum conspiciuntur. Nō igitur rationabiliter, dextrum & sinistrum, sine sursum & deorsum cœlo assignant. ¶ **S**ecundo. Sursum & deorsum cæteris omnibus sunt priores: & vt aliarum principium. Sunt enim dimensionum tres: longitudo, latitudo, & profundum. Et longitudo alijs prior est, & vt principium: secundum quam sumuntur sursum & deorsum. Et latitudo profundo prior: secundum quam sumuntur dextrum & sinistrum. Secundum verò profundum: differentię ante & post, sumendę sunt. Non igitur, dextrum & sinistrum sine sursum & deorsum (vt neq; latitudinem sine longitudine) reperiās. ¶ **T**ertio. Augmentatio animalium sumitur secundum sursum. ab ante: sensus. & à dextro: secundum locum motus. At prior est in eis augmentatio: motu secundum locum. Igitur & sursum prius est dextro. ¶ **V**n de fit, vt non in omnibus has positionum differentias natura reperire queas. vt in elementis, & inanimis, in quibus aliqua non inuenias: à quibus has differentias sumere possis. Habet enim solum ignis motum sursum, & terra deorsum: sed ipsi illas attribuimus relatione ad nos sumpta. vt id dextrum dicatur: quod (vt augures aiunt) nobis fuerit à dextra. & sinistrū: quod fuerit à laeva. Aut sinistrum, ex opposito situ, vt id dextrum quod ē regione nostrę

dextræ fuerit. id sinistrū: quod ex opposito iacuerit sinis-  
træ. Aut similitudine: vt in statua solemus assignare. Has  
vero liquidò potentijs, virtutibus, & officijs distinctas,  
in animalibus reperiās. ¶ Quarto. Pythagorici assignaue-  
runt cœlo tantum duas differentias: dextrum, & sinistrū.  
& quatuor dimiserunt: sursum, deorsum, ante, & post: &  
quas assignauerunt: minus apparent, & nota sunt, etiam  
in animato. differunt enī virtute solū. sursum verò & deor-  
sum, & anterius à posteriore, non modo virtute differunt  
sed & figura. Debuerūt igitur potius, magis patentes &  
veriores differentias cœlo assignare. ¶ Quinto. Qui priora  
& principaliora assignare præmittūt: iure sunt obiur-  
gandi. Id autem Pythagorici factitarūt. Nā sursum, prius  
& principalius est: vt q̄ secundū longitudinē sumatur, &  
sit vnde fiat motus. dextrū: à quo. & ante: ad quod. Sunt  
igitur & ob id obiurgandi, & quia neq; hoc modo differ-  
3 rentias cœlo assignarunt. ¶ Secunda conclusio. Cœlum,  
sursum, deorsum, & cæteras positionū differentias retinet.  
¶ Nā in cœlo est mouendi principium. vt in animalibus.  
in quibus has diximus reperiri natura differentiarū virtu-  
tes. Est enim animatū quoddā: igitur in cœlo sunt sursum,  
deorsum, ante, post, dextrū & sinistrum. ¶ Prima instan-  
tia. Cœlum sphæricum est: omnes partes similes habens,  
& semper consimilem motū exercens. Non igitur hāc po-  
tius partem sursum posueris, illam deorsum, & ita in cæte-  
ris. ¶ Responsio. Tamen si cœlum sphæricū sit, figuræ disti-  
militudinē non habens: hoc tamen nō impedit, ipsum po-  
sitionum differentias habere. Nam partium diuersæ sunt  
virtutes. hæ autem differentiæ, secundum virtutum diuer-  
sitates sunt accipiendę. vt animal harum habet aliquas vt  
dextrum & sinistrum, sub figuræ similitudine: aliquas, vt  
sursum & deorsum, ante & post, sub figurarum varietate.  
Quodd si ipsum intelligas in formā conuerti sphæricam: ni-  
hilominus omnes habebit sub figuræ similitudine, virtu-  
tū diuersitates. ¶ Secūda. Motus cœli non incepit. non est  
igitur dextrū in cœlo vnde sit motus. ¶ Responsio. quāuis  
cœli motus nō inceperit: tamen est dextrū vnde est motus.  
Et si motus incepisset: ab illa pte moueri incepisset. Et si q̄



sceret & iterum motus nasceretur: ab illa nasceretur. ¶ **Tertia conclusio.** Longitudo cœli secundum polorum distantiam sumenda est: quorum vnus sursum, alter deorsum existit. ¶ **Primo,** quia hemisphæriorum differentiam per polos (quod non moueantur) apprehendimus. ¶ **Secundo** quia partes extra polos consueuimus dicere latera. Latus autem, nō est sursum aut deorsum: sed quod extra sursum aut deorsum est. Erit igitur eius longitudo secundum polos sumpta: quorum alter sursum, alter vero deorsum fuerit. ¶ **Quarta,** polus qui nobis superpositus apparet, deorsum est, qui vero nobis semper occultitur: sursum. ¶ **Patet** quia dextrū cœli est à quo eius motus: est vt à quo oriuntur astra. sinistrum ei oppositum: vt vbi astrorum occasus est, igitur sursum vertex, nobis occultus est: & deorsum, qui nobis superpositus apparet, alioqui cœlum à sinistro moueretur in dextrū, quod neq; est, neq; rationabile est. ¶ **Vnde fit,** vt qui sub polo nostro habitant in deorsum sint cœli: & qui sub latenti, sint sursum. Et adeo vt oppositum eueniat, quod Pythagorici putauerunt dicentes, nos sursum esse, & illos deorsum. Et hæc de primo circulo dicitur. ¶ **Quinta.** In secundis circulationibus (vt sunt sphære planetarum) opposito modo ad primam assignanda sunt sursum, deorsum, dextrum, & sinistrum, differentia positionum. ¶ **Nam** opposito modo hæc sphære ad primam incedunt: & motus est à dextro in sinistrū. ¶ **Vnde fit,** vt qui sunt deorsum & in sinistro primæ lationis (quemadmodū nos ipsi sumus) sursum sint & in dextro secundarum lationum & orbium planetarum. In ante & post: hoc non reperias discrimen. Et de his tantula sufficiant.

### TER TII CAPITIS ANNOT.

¶ **Contraria:** mutuo in se agentia & patientia corpora, mundum complementia atq; perficientia.

**T**ertium cap. continet vnā conclusionem, & sex ad eius probationem, consequentias. ¶ **Conclusio.** Considerandum est, cur plures sint circuli, sphærarumq; lationes. ¶ **Si** lationibus illis aliquid assignari posset contrarium (id autem non

Cur circuli plures sint lationes.



posse prius dictum est) in promptu esset ratio, quod contrariorum (quæ vniuersi constitutionem, integritatemque respiciunt) si vnum est: & alterum protinus ut sit necesse est. Et certe licet huius rei causam assignare perdifficile sit, ut quæ & quorum accidentia à sensu sint remota: id tamen ostendere hac nitimur ratione. ¶ Cuiuscumque est operatio: id (ut eius operatio sit) existit. Dei autem operatio, est immortalitas & vita sempiterna. & cœli operatio: motus est sempiternus. Ob id enim, circulari corpus habet: quod natura sempiternè, inquietè circummoueatur. Est enim diuinum quiddam. Quod si semper circummoueatur: aliquid in medio semper quiescere (ut potest probatione dilucebit) necesse est, ut terram. & id natura quidè. Nam præter naturam, nihil semper quiescere potest. ¶ Et si terra est: erit & ignis. Primo quia si vnum contrariorum natura sit: & alterum esse necesse est, terra enim & ignis, contraria sunt, ut vniuersi materia. Secundo, quia si posterius est: erit & prius. Ignis autem prior. Est enim calidus, levis, atque agitabilis: terra vero frigida, grauis, quiescens & immota. Frigiditas autem grauitas, & quies: caliditatis, leuitatis, & agitabilitatis priuationes sunt, ac habitus priuatione prior est. Si igitur est terra, ut priuatio quædam: & ignem, qui ut habitus & affirmatio est, esse necesse est. Et si terra & ignis sunt: intermedia elementa, aqua & aer ut sint, oportet. Sunt enim terræ & igni contraria. & quodlibet elementorum alteri cuiuslibet (ut postea amplius demonstrandum est) contrarium. ¶ Quod si quatuor sint elementa: rerum generationes ac obitus esse necesse est, quia nullum ipsorum sempiternum esse, possibile est. Primo, ut quæ sint contraria, & quæ adinuicem agant & patiantur. Secundo, quia mobile, cuius motus natura sempiternus non est: ut sempiternum sit, rationabile non est, intereunt igitur & oriuntur alia. ¶ Quod iterum si sint rerum ortus atque obitus: & aliam à prima vnam aut plures sphaerarum rationes esse necesse est. Sola enim prima semper vna, eademque existente: elementa & omnia adinuicem consimiliter se semper habebunt. Et quomodo id: & unde prodeat generationes; latius expressiusque futura discussio est. Adiecta

itaque putetur ratio, cur sphaerarum, superiorumque circulo-  
rum plures sint lationes: quia sunt generationes.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Figura rectilinea: est quæ rectis lineis clausa est. ¶ Qua-  
lis figura: est quæ à parte circuli incipens, & in acutiem  
tendens, in oui similitudinem est formata. ¶ Lenticularis;  
quæ ex duabus circuli minoribus portionibus, lentis si-  
militudine exprimit. ¶ Lens, leguminis noti nomen, quo  
qui vescuntur, lenes ac moderatos reddi censent.

Coeli ha- **Q**uartum caput continet vnam conclusionem & 3  
bere sphe- quatuor rationes ad illam. ¶ Conclusio. Coeli,  
ricam si- sphaericam figuram sibi vindicare necesse est.  
guram, ¶ Primo, quia hæc figura natura & substantia


prima: cælo conuenientissima est. Quod ita ostendimus,  
primo, quia omnis figura plana, aut rectilinea, aut circular-  
is est. & omnis rectilinea, multis continetur lineis: circu-  
laris, tantum vna. Et in vnoquoque genere, vnum prius  
est multis: & simplex, compositis. Secundum enim nume-  
ri seriem, circulum ponunt vt vnum, trigonũ vt duo, quia  
duobus rectis æqualis, est igitur merito planarum figura-  
rum prima. ¶ Secundo idẽ cognoscitur. Perfectum: prius  
est imperfecto. At circulus perfectior est rectilinea, quia  
extra eum nihil relinqui, nihil que ei posse addi videtur.

Circuli rectilineæ autem potest. Tunc sic. Sicut circulus se habet  
perfectio ad reliquas figuras planas: ita sphaera, ad reliquas solidas,  
rem eẽ res Vt enim circularis, vna continetur linea: ita & sphaerica  
ctilinea, vna superficie contenta est. Et vt circulus (vt dictum est)  
planarum figurarum prima & perfectissima: ita quoque  
sphaera solidarum prima est & perfectissima. At primo,  
perfectissimoque corpori (quale est cælum) prima debetur  
& perfectissima figura. Est igitur cælum, sphaericum. Et  
id, idem subit iudicium apud illos, qui posuerunt corpo-  
ra in superficies resolui. nam sphaeram non diuidebant,  
quasi vnicam superficiem continentem, & priorem & sim-  
pliciorẽ cæteris. Et vt de illa suprema, perfectissimaque hæc  
ratio ducitur: sic esse oportet intellige de ijs quæ ab ipsa  
ambiuntur & claudunt, vt quæ ad hanc ipsam cõtactum,

& adinuicem habeant omnes. ¶ Secundo. quia si cœlum  
esset rectilineū, lenticulare, ouale, aut alterius angularis fi-  
guræ: vbi corpus esset (vt eius partes) postea nō esset, &  
esset: vbi prius nullum erat corpus. Sed quid est hoc exis-  
timare, nisi extra cœlum esse vacuum: & illic posse esse: &  
corpus & locum: quorum opposita determinata sunt. Et  
id de inferioribus circulis hanc ob causam promptius li-  
cet defendere. ¶ Tertio cœli latitudo, aliarum mensura est.  
mensura autem, omnium minimum: & motuū velocissi-  
mus, minimus. est igitur lineæ in seipsam minimæ. hæc  
autem, circularis est. erit itaque circularis & sphæricæ fi-  
guræ. ¶ Quarto. aqua cognoscitur sphærica, quæ contra  
Ætum habet ad aerem, & aer ad ignem, & ignis ad cœlū. Quod  
Igitur cœlum sphæricum est, etiam multo magis his infe- sphærica,  
rioribus. Quod autem aqua sphærica sit, satis depræhens argumen-  
ditur: quia videmus eam semper ad concauiores partes tum.  
cōsuam, deciduamq; donec partes æquentur. sunt enim  
concauiiores partes, quæ centro sunt propinquiores. Sit  
itaq; centrum a, à quo ad aquæ superficiem ducatur recta  
a b, & recta a c. quibus superducta in superficie basis sit  
b c. ad quam à cœtro educo lineam alteram a d. quæ si mi-  
nor fuerit a c aut a b, erit cœtro propinquior. quare & illic  
locus, pronior & declinior, & circumfluet aqua, vt partes  
æquentur. Et ita vbiq; à centro aquæ ad superficiem  
eductis lineis & æquatis, quiescet. Manifestum est igitur,  
aquam, sphæricam sibi aptare figuram. Est enim sphærica  
ea, cuius omnes rectæ à centro ad circūferētiā eductæ, sphærica  
sunt æquales. Et non modo vt aqua, mundus sphæricus figura.  
est: sed summa etiam illa diligentia & sapientia sic veluti  
tornatus est, vt nihil manufactum (quod  $\chi\epsilon\iota\rho\delta\omicron\mu\alpha\tau\omicron\upsilon$   
vocāt) nihilq; quod oculis nostris, cōspiciendū, obuiumq;  
sit: figuræ perfectione, & excellentia, & regularitate, tale  
occurrat. nihil enim tanta diligentia sphæricè excoli, elab-  
borariq; potuit, vt circulariter moti corporis natura. nam  
si proportionem quæris: quanto aqua perfectione, fi-  
gura, & qualitate, terram superat: tanto aer aquam, &  
ignis aerem. Et longè plus ipsum cœlum, hæc inferiora  
elementa omnia.



## QVINTI CAPITIS ANNOT.



¶ Ad, versus. ¶ Contingit, possibile est. ¶ A, oriens, b, occidens, c, meridici punctum, d, punctum septentrionis. ¶ Intueor, video. Idē: tueor, obtueor, cōtueor significāt.

**Q** Vintum cap. cōtinet vnā quēstionē: responsionē quam aliqui dare possent, & eius solutionem. ¶ Quēstio. Cur potius cœlū ab a ad c moueā, 9 quā ab a ad d? Hoc em̄, à casu esse nō potest. nā in sempiternis, casus locū nō habet. Et id, aut esse principii, aut causam habere, oportet. ¶ Respondebunt fortē aliqui, hanc quēstionem vanam esse. & velle de omnibus tentare aliqua asserere, & nihil prætēmittere: magnæ stultitiæ esse argumentū, aut arduæ excellentiæ quæ humanū excedit modum. ¶ Quibus respōdemus, non omnes statim increpare oportere: sed causam cur id faciant, inspicere. nam si quis vana fama intellectus, sine ratione loquat̄: increpandus est. At si scientiæ amore motus, vltra alios necessarias veritates attingit, eas rationibus certiores efficiens, tali profecto gratia habenda est inuētōri. Quēstionis itaque adductæ (quæ eam aperiat) rationē subnectimus. ¶ Natura, possibilium semper optimū facit, vt in lationibus secundum rectum planē intuemur. Siquidem ignis, elementorū nobilissimus, in supernū locum semper fertur. locus em̄ sursum, honorabilior & diuinior, eo qui deorsum est. Ita & hoc modo, anteri⁹, posteriore dignius est: & dextrum, honorabilius sinistro. Et hæc causa quæstionem exerit. Sic enim se habet, vt contingit optimē, & optimum, sic esse simplicem motum incessabilē: & ad hoc (vt dictum est) verti, quod honorabilius est.

## SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Prima latio: circularis latio, & quæ secundum primum sumitur spacium. ¶ Potentia minor: quæ minorē ad potentiam motam seruat proportionem. ¶ Potentia mota, resistentia. ¶ Impotentia, imbecillitas.

**S** Extum caput cōtinet vnā conclusionem. & quatuor rationes ad eam. ¶ Conclusio. Cœli latio & 10 quæ prima lationum est, regularis esse censenda est. Hoc enim dico propter lationes corporum infer



riorum, & quæ sub iplo feruntur, quas nō oportet esse regulares. Et quod ea sit regularis, ostenditur. ¶ Primo quia si prima latio esset irregularis, eius esset intensio, vigor, & remissio, vigor autē in omni irregulari motu reperitur: aut in principio, aut in medio, aut in fine. In fine: ut in motu secundum naturam, in principio: ut in motu præter naturam, in medio: ut in proiectis & violenter actis. Hoc autem in primo motu reperiri nō potest: ut qui sempiternus sit, semper durans, infrangibilis, neque principium, neque finem, neque medium habens, est igitur cœli latio, regularis. *Causæ irregularitatis*  
 ¶ Secundo, quia si quid irregulariter feratur: aut hoc propter mouens euenit, quia eius non semper sit eadem motus virtus, aut propter id ipsum motum, quia mutetur, virtutemque ad mouens non seruet eandē, aut propter utrumque quia utrumque à sua virtute aliquatenus demutetur. & tunc nihil prohibet motum esse irregulare. Nihil autem tale circa cœlum euenit: sed ipsum, simplex, ingenitum, incorruptibile, à sua virtute intransmutabile, semper idem manens, quare & multo fortius ipsum mouens tale erit: ut simplex simplicis, ingenitum ingeniti, indeficiens, intransmutabile, semper idem, indeficientis, intransmutabilis, & semper eiusdem motui sit, erit igitur cœli latio semper regularis. *Astra fixa semper æquidistant.*  
 ¶ Tertio, si motus cœli esset aliqua irregularitas, aut hoc in partibus cœli contingeret, hoc autē non. Nam iam dudum partes cœli (ut astra) apparuissent maiore intervallo distantia: & aliquando minore, ut quæ aliquando sepius: aliquando verò celerius moueatur, quod nunquam cōpertum est. Neque in toto continget, propter ea quæ dicta sunt & hanc adhuc rationē. Nam vniuscuiusque remissio, propter impotentiam sit, omnis autē impotentia, præter naturā est, ut in animalibus senectas, & decrementum, & cetera. Ferre enim tota animalis consistentia, ex talibus constat, quæ contraria sunt, & quæ in propria regione nō sunt. In illis autem primis quæ simplicia sunt, & immixta, & semper in propria regione, nulla contrarietas, neque præter naturam inuenitur quicquā, quare neque impotentia, & si hoc, neque remissio, & si nō remissio, neque in idem intensio. Nam ubi intensio reperiatur, illic quoque & remissio reperiri oportet.

¶ Quarto. quia aut cœli motus infinito tempore intendere-  
retur, & infinito tēpore remitteretur, aut semper intendere-  
tur aut remitteretur, aut alternatis vicibus aliquādo inten-  
deretur, & aliquando remitteretur. Non primū dare pote-  
ris, vt qui plura faceres tēpora æterna. Et quia nihil præ-  
ter naturam infinito tempore durat. Impotentiam autem  
(à qua nascitur remissio) diximus præter naturam. Et ni-  
hil natura & præter naturam, æquali tempore perdurare  
videmus. Neq; dabis semper intendi, aut remitti semper.  
quia omne quod est, ex aliquo in aliquod determinatum  
est. Et sicut non in quocunq; tempore citharizare, aut ab  
aliquo loco in aliquem determinatum locum ire possibi-  
le est: ita neq; quocunq; tempore (quantulūcunq; sit) pos-  
sibile est cœlum circulationem suam explere. Quod opor-  
teret, si intenderetur semper. Et minus certē semper minue-  
tur. Et eadem adduceretur ratio de tēpore illic minimo,  
illic vero maximo. Neq; afferes tertium, interpollatim in-  
tendi & remitti. Nam id irrātionabile & figmento simile  
est. Et tunc rationabilius, id non latere sensum. quādoqui-  
dem ea iuxta se inuicem posita sensibilibiora sint. quod ad-  
huc in sensu minimē compertū est. Cœlum igitur semper  
æquali, regulariq; motu agi: ex his haberi pōt certissimū.  
SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Eliditur, excutitur. ¶ Plaga, collisione.

Septimum caput continet vnam conclusionē, vnam in-  
quæstionē. & eius solutionē. ¶ Cōclusio. Rationabi-  
le est, astra illius naturæ corporis esse, in quo fixa fer-  
runtur. Nā & hoc idē dicebant, cœlum ignem esse pu-  
tantes: sydera ipsa vim igneā habere, ignemq; esse. id rationi  
consentaneum existimantes, vt vnūquodq; illorum de il-  
lius corporis natura esset, in quo vnūquodq; conspici-  
mus existere, quod & nos ipsi dicim⁹. Nos tamē ea, igne  
esse non concedimus: qui cœlū, neq; graue, neq; leue, neq;  
naturam alicuius trahere elementi, iam monstraui-  
mus.

Qd' mo⁹ ¶ Quæstio. Sed quæres quomodo calefaciant igitur  
tus loca? ¶ Dicimus suo motu & attritu lumen & calorem in aere 12  
lis sit cale causare. Est enim motus, calefactiuus, ignire valens fer-  
factiuus, rum, ligna, & lapides, vt sagittæ acumine plūbeæ: valido

impetu in aerē emittit vsq; adeo vim caloris cōcipiunt. vt eorū acumina liqueſcāt. & hoc quidē aer circūſtans patit̃, & ex ferro & lapide, motu eliditur ignis, igniturq; aer. ex plaga motu cōcepta. Et vnaquorūq; ſphærarum ſuperiorū circulo agitur: quæ licet medios cœleſtes globos nō cāleſfaciat ( quia incaleſcere nati non ſunt ) calefacit tamen aerem: & maxime ſphæra in qua ſol infixus conſpicitur, cum motu ſuo ad nos appropinquat. & ipſo oriēte & ſupra nos exiſtente, magnus, validuſq; naſcitur calor.

# OCTAVI CAPITIS ANNOT.

¶ Qui eſcētibus, nō motis, pprio, ſeparato, diuerſoq; motu.

**B** Ctauum caput continet vnā conſuſionem. & Aſtra nō moueri motu pprio.  
tres rationes ad eam. ¶ Conſuſio. Aſtra nō mouentur motu proprio ſecundum cœli circulum.  
¶ Primo. Quia cum videantur & cœlum & aſtra rāſferri: vt id eueniat, vtriſq; quieſcētibus, aut vtriſq; ſuis motibus motis, aut cœlo quieſcēte & aſtris motis, aut cœlo moto, aſtris verō quieſcentibus, neceſſe eſt. At vtrāq; quieſcere impoſſibile eſt: cum terra ( vt poſtmodum oſtendemus ) quieſcat. Non enim fierent ( qui nobis liquidū conſtant ) ortus & occaſus. Neq; vtriſq; motis: vt cœlo ſuo motu, & aſtris ſuo. Nam æquales eſſent & orbium velocitates & aſtrorum, inter ſe, hoc autem inconueniens, deberent ſaltem circuli qui maiores ſunt & maiores habent magnitudines, minoribus maiores habere velocitates. Et id neq; natura: neq; caſu euenire contingeret. Natura quidem non eueniret, quia magnitudine maiora, velociora ſunt. Neq; caſu, quia in ijs quæ ſemper ſunt, caſus locum non obtinet. fieret autem id ſemper. Neq; cœlo quieſcente aſtra mouebuntur. eſſent enim ſecundū circulos velocitates, vt quæ ſecundum diuiſorem, velocius moueantur, quæ extra, tardius. & ea eſſe extra orbem, aut intra mota, excuſcare & ipſum ſcindere oporteret, quæ ſunt incommoda. Relinquitur igitur, cœlum moueri: & aſtra infixā quieſcere, atq; cum ſuo cœlo ferri. Sic enim nihil accidet incommodi. Et ſic circa idem centrum, maiorum circularum ( vt rationabile eſt ) maiores erunt velocitates. Neq; cœlū diuelli, diſcindiq; oportebit. ¶ Secūdo.



**Astra gy-** Quia sphærarū duo sunt apti moti: gyratio, & volutatio,  
 rando nō Atqui astra sic gyraōdo moueri impossibile est. Nā quæ cir  
 moueri. cūgyrantur, locum, situmq; non demutant, quod tamen

oporteret astra secundū cœli circulum mota. Et quodd sol  
 oriens & cadēs videatur nutare & quasi in gyrum se tor  
 quere: hoc nō est quia gyretur, sed ob nostri visus debilit  
 tatem, quemadmodū astra fixa scintillare videtur, ob no  
 stri visus ex distātia sumptam debilitatē. Et planetæ (quia  
 propē sunt) non videntur scintillare. Ad propinqua enim  
 visus potens, intremulus ipsa attingit, ad longe autem dis  
 stantia porrectus tremuit. Neq; sanē voluuntur hoc pacto  
 astra, quæ si voluerēt, non semper nobis eadē superficies  
 appareret. At verō nobis semper eadem superficies appa  
 ret: vt in luna maculosa facies, sic enim eam nominant, &  
 quod in vno vt luna compertum est, in alijs similiter sese  
 habere rationabile est. Non mouentur igitur secundum  
 cœli circulū per seipsa. ¶ Tertio, quia cum astra secundū  
 cœli circulū, neq; gyrentur, neq; voluātur: videt ipsa pro  
 gredi oportere, si secundum cœli circulum moueantur;  
 Quod si ita esset, natura ipsis organa illi motui apta pro  
 uidisset, non enim animalium curam gerens, hæc preciosa  
 despexisset corpora. Atqui nulla habeat ad hunc motum  
 organa apta: vt quæ sint (quemadmodum & sui orbes)  
 sphærica, quā potius ingeniosē natura omnia cis ipsis or  
 gana abstulisse videtur: vt quæ per seipsa nō ferantur. Nō  
 igitur, secundum cœli circulum per seipsa feruntur.

#### NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Harmonia, cōsonantia, cōcentus. ¶ Ingereret, inferret.

**Dux Py** **N** Onū cap. continet vnā conclusionē. Pythagorico  
 thagorū rum rationē, & duas rationes ad eā. ¶ Cōclusio. 14  
 corū opo Dictum Pythagoricorū, circumlata corpora son  
 niōes qd le est. ¶ Inducebantur em̄ ad hoc asserendū. Primo, quia  
 cœli sonū corpora apud nos minore mole, & velocitate corporib;  
 ædunt. orbiū solis & lunæ, ædunt sonos. A fortiori igitur, & illa  
 & maiora & velociora corpora. Secundo, astra sunt in tā  
 ra multitudine, magnitudine, & velocitate. Inconueniēs  
 igitur videtur, ipsa moueri & nō causare sonum; & non



modum sonum, sed & harmoniam. Et cum sciscitabatur ab ipsis, quomodo non audimus ergo? nam inconueniens videtur, tantos nos latere sonos. Aiebant nos latere; quia nobis congeniti sunt, consuetudinemq; traximus ipsos audiendi. & idem nos non iudicare ipsos audire, quædam modum malleatoribus accidit, qui cum incidendo graues sonos ædant, ob audiendi consuetudinem tam graues sonos non aduertunt. Sed hanc assertionem, vanam esse ostendimus. ¶ Primo. Quia si tantæ molis corpora sonum æderent, excellentia omnes naturæ sonos superaret, & rebus sensibilibus violentiam maximam ingereret. Videmus enim validos sonos vt tonitrus, nō modo animantium sensus corrumpere, sed & lapides & solidiora corpora diffindere. At tale accidens sensibilibus rebus haudquaquā cognitum habemus. Non igitur ædunt sonos nos. Non enim solum inconueniens esset, illos non audiri: sed & sensus, nihil pati, aut non corrumpi. Et natura melius rebus cōsultuit, quæd sonos non ædant. ¶ Secundo. Quæcunq; sonum ædunt, se vehementer collidunt, astra autem cum feruntur, se non collidunt: sed feruntur orbi suo infixæ, vt malus, puppis, prora, nauis partes, cum nauis in fluuiū feratur. quæ sonum (imò neq; nauis) non educunt. impossibile enim quod in lato plagam collisionemq; non faciente, fertur: sonare. quod tamen & de naue & de eius partibus, suis rationibus victi cōcedere deberent. Non igitur corpora cœlestia & eis infixæ sydera, sonum causant & harmoniam.

Reprobatio Pythagoricorū.

#### DECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ E, in 36000 annorum, suum motum complet, primo motui cōtranitens, f, in 30. annis, g in 12. h, in 2. i, in 1. h & l ferè eodem temporis curriculo. m, in 28. diebus omnes primo motui contranitentes. Vide figuram capite quarto primi libri de cœlo.


15 **D**ecimum cap. continet de situ & velocitate motuum cœlestium vnā narrationem. ¶ Narratio. sitate motuum Orbis cœlestes ordinem adiuuicem ex Astronomia cognitum habent, vt hi sint priores, illi verò porū cœlestes posteriores. Sunt enim hi posteriores, qui primæ lationi lesum.

sunt distantiores. Et cum prima latio, ocysissima sit & simplicissima, qui ei sunt propinquiore, velociore motu secum rapit. remotiores verò, tardiore. Et huic motui omnes inferiores contrà feruntur. qui sunt illi primæ latiori viciniore, pluri tempore. qui verò sunt remotiores, minore, & medij, medio modo. Et hoc quidem, non sine ratione, quodd Mathematici liquidò manifestant, atq; pandunt.

## VNDECIMI CAPITIS ANNOT.

☾A, plenæ illuminationis luna: quæ Panselenos dicitur, Latine vero plenilunium. ☾B, nouilunium: quæ Neomenia. ☾C, d, f, g, luna maioris semicirculo illuminationis: quæ Amphicyrtos. ☾H, i, medix illuminationis: quæ Dichotomos. ☾K, l, m, n, minoris semicirculo illuminationis: quæ Menœides. ☾O, sol,

☾Sequitur figura.



Astra esse  
sphærica.

**V**Ndecimum caput continet vnā conclusionem, duas rationes ad eam. ¶ **Conclusio.** Astra, sphærica 16  
cam sibi aptant figuram. ¶ **Primo.** quia diximus  
ea, neq; nata, neq; apta pgressioni. At natura nihil  
irrationabile, neq; frustra facit. Dedit igitur ipsis mole; ad  
se hoc pacto mouendi ineptissimā. Hæc autē est sphærica:  
quia ad hoc organū nō habeat vllū. Sunt igitur mole sphæ-  
rica. ¶ **Secūdo.** vt de vno astro cōperimus: & de omnib;  
con simile esse existimare, æquum est. At vero luna, per ea  
scere & quæ circa visum accidūt, sphærica esse ostēditur. nō enim  
descrece, fieret cū accrescit atq; decrescit, pluries quidē corniculata  
re, quā menoeidē dicūt, aut vtrinq; curuata & gibbosa, quā  
amphicyrtori nuncupant, semel autem æqua proportio-  
ne diuisa quam dichotomon vocant, nisi sphærica esset.  
Et rursus per astrologiā idem cōprobatur. Non enim sol  
cū deliquitū patitur, corniculatus appareret: si illa sphærica  
non esset. Sunt igitur & astrorum alia omnia sphærica.

#### DVODECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ **Astra erratica,** planetæ septē. Saturnus, Iuppiter, Mars,  
Sol, Ven<sup>9</sup>, Mercurius, Luna. ¶ **Dirigere, mouere.** ¶ **Astra**  
**gali Coi:** tali siue taxilli sic denominati à Co insula circa  
Rhodum. Est autem astragalus Cōus, qui senionem pre-  
se fert; chius, qui vnitatem.

**D**Vodecimum caput continet duas quæstiones. &  
earū solutiones. ¶ **Prima quæstio.** Cur motus cœli 17  
lestium corporū nō multiplicetur secundū distan-  
tiam à primo: ita vt primū vno simplicissimo, se-  
cundū duobus, tertiu tribus moueantur, & ita deinceps.  
Sed accadat oppositum: vt scilicet solis & lunæ sphærx,  
paucioribus motibus agitur: q̄ aliqua aliorū superiorū  
erraticorum astrorum. Visā est enim aliquādo luna dichot-  
omos, parte suā obscura, Martis occultasse astrū: & illud  
ex altera parte lunæ, quæ erat lucida, emeruisse. & de alijs  
astris Aegyptij & Babylonij idē obseruarūt, qui circa hæc  
deprehēdēda olim peruigilem curā adhibuerūt: & multā  
de astris traditionē reliquerūt. quod est eā ipsam cæterorū  
esse infimā indicii. ¶ **Secūda quæstio.** Propter quid in pri-  
ma latōne est tāta syderum multitudo: vt ne Arithmetici



quidem supputare possint. In inferioribus aut, vnum singulare, vt duo, aut tria in eodē nō reperiās infixā. Et certē has quēstiones mouisse (quas merito difficiles putabunt Modesta oēs) & de ipsis pauca differere: nō temeritati & audaciæ, Aristote sed verēdici potius & modestiæ dicētis (qui id ob Philosophiis excusā lo sophiā facit) imputandū est, tametsi paruas de magnis tū dubitationib⁹ adducat sufficiētias. Et has quēstiones mouere, ad maiore faciet intelligētia: & nihil nobis cōtēplan⁹ tib⁹ quidē, sed paruas habētib⁹ causas, oberit. ¶ Primę solutio. Anima Animalium, quēdā perfectā potūntē sanitate sine molestia in multo vilo, & aliqua agitatione. Alia, vno motu eā assequi triplici differtur, vt ambulatione. Alia, plurib⁹: vt ambulatione, lucta, ferētia eē. & pugna. Quēdā vno, eā neutriq⁹ assequi valēt vnq⁹. Ita & corpora hęc de quib⁹ inquirim⁹, quāuis inanima sint, ea tamē vt vita & actiōe participantia intelligamus. Dicimus igit⁹ q̄ optime sese habet vita viuēs sempiterna nullo egens aut motu, aut mutatione, & aliorū finis. & post ipsum: q̄ vitā illam vno motu cōsequitur, vt quod est illi proximū. deinde alia quę duobus: & alia, quę trib⁹. Et sunt aliqua quę hanc amplius nequeunt assequi vitam. sed quanto optimo finis sunt propinquiora: tanto ipsis rebus melius est. Hac de causa, terra nō mouetur, vt quę sit remotissima, neq⁹ vitā, neq⁹ operationem agens. Alia post ipsam, mouent quidē paucis motibus: vitā illam nō attingentia. Alia vero mouent pluribus motibus: & vitā illā sortita, sempiternitatē ducūt. Primū vero corporum vno motu eā assequitur: vt omnium facillime corporum. Quod Multitudo enim vno vitā illam cōsequitur: facilius. Quod duobus do arguit eget vt cōsequatur: difficile. Et quod tribus aut pluribus: indigentia difficilior assequi videtur. Et ex animalibus & plantis hęc paucitas quēstionem quodā modo euoluere potes. Difficilior em̄ vero atq⁹ est, multa & sæpe, q̄ pauca & raro rectē agere, vtputa de vnitas sufficiens mille Astragalos Coos iacere, difficile: duos autem aut scientia tres, facile. ¶ Secundę solutio. Prima ratio rationabiliter hac astrorū multitudinem decorata est. Primo, quia prima, & vt alijs vitę principium, excellentia ad alias retinens. Secundo, quia aliarū rationes (in quibus vnū figitur astrū) illā excedūt in motib⁹: & ipsa illas astrorum multitudinem suā

perat. Tertio. quia mouet omnes inferiores. ideo infixa se-  
dera tenet: quod magis illis diuersas inf luat virtutes. Hæc  
& similia de quæstiōe adduci possunt. quæ an ita sint; cō-  
syderationibus Astrologicis relinquenda sunt.

# DECIMITERTII CAPITIS ANNO.

¶ Antichthona, cōtra positā terrā. Chthon enim chthos  
nos Græce, latine terrā sonat. Inde Pomponi<sup>9</sup> antipodas,  
Antichthonas vocat. ¶ Mediū magnitudinis: qđ equidistans  
stat ab extremis. ¶ Mediū virtutis: qđ natura et dignitate  
antecedit. ¶ Mediū v<sup>ir</sup>tutis, naturę pfectiōe. ¶ Tympani-  
is figura: est quę tympani similitudinē exprimit. ¶ Crassu-  
rudo, pfunditas. ¶ Thrix Thrichos, capill<sup>9</sup>: Græcum est.

**D**ecimūtertium cap. cōtinet duodecim antiquorum  
de situ, motu, figura, & quiete terrę opiniones.  
Rationū secundæ & septimæ dissolutionē. nonæ  
trib<sup>9</sup> rationib<sup>9</sup> improbationē. vndecimæ quinq<sup>9</sup>  
& duodecimæ, quinq<sup>9</sup>. ¶ De situ, motu, figura, & quiete  
terrę duodecim opiniones. ¶ Prima, est ponētū mundū 19  
esse finitū: & terrā esse in medio sitā. ¶ Secūda, est quorū 20  
dam (qui circa italiā habitātes, se Pythagoricos appella-  
bāt) dicētū terrā nō esse in medio: sed ignē, terrā vero, esse  
vnū astrorū circulariter motū: suo motu noctem & diem  
efficiens, cui sit altera opposita terra: quam Antichthona  
vocant, & apparentia non curant. Quod ignis sit in me-  
dio: his inducebantur rationib<sup>9</sup>. ¶ Prima. Nobiliori cor-  
pori debetur nobilior locus, ignis autem terra nobilior  
est, ipsi igitur debetur nobilior loc<sup>9</sup>. At medius locus, ex-  
tremis nobilior est. Est igitur ignis in medio. ¶ Secūda,  
Principalissimū corporū maxime decet conseruari. ignis  
autē, principalissim<sup>9</sup> est, decet igitur ipsum maxime con-  
seruari. cōseruari autē optime in medio, est igitur ignis in  
medio. Et hinc fit, vt ignem vocent carcerem Iouis: qđ in  
medio vndiq<sup>9</sup> circumclusus, circūseptusq<sup>9</sup> existat. Sed falsū  
sunt Pythagorici: idem credentes mediū magnitudinis  
& naturę, vt statim compertū habemus in animalib<sup>9</sup>: nō  
esse idem animalis magnitudinis mediū & virtutis. Sed  
mediū mundi natura & virtute: est potius circa cœlum qđ  
in centro, & illic est ignis, & illic maxime conseruatur. Et

Duę Py-  
thagori-  
corum ra-  
tiones ea-  
rumq<sup>9</sup> so-  
lutiones.

- terra in cetro (quodd magis vltimo assimilatur q̄ principio) illie cōtinetur: & finitur à circūstātib⁹. Cōtinens autē & finies: honorabil⁹ cōtento & finito. Est em̄ continēs & finies, vt forma: cōtentū vō & finitū, vt potentia. ¶ Tertia, est dicentū quandam terrā esse in medio, & ferri circa mediū: & esse aliam terrā ex opposito, (quā etiā antichthona dicunt) quæ circa mediū fertur. ¶ Quarta, est dicentū plures esse terras: hāc in cetro, illā toto hemisphērio distātem. cū qua pariter circa mediū plurima circūferunt corpora: quæ ppter ipsam à nobis nō percipiunt. Et hinc nobis toties apparere lunæ defectionē & decremēta. ¶ Quinta, est asserentū esse vnā terrā: & cōtinue circa statutū & imobilē poliū circūferri. & hæc scripta est in Timæo. ¶ Sexta, est dicentū terrā esse sphericā. ¶ Septima, est eorū q̄ dicūt eā figura tympanilē, argumēto vsi q̄ in oriente & occidente vidēt solis abscindere portiones secundū rectā. ¶ Secūdo. quia hæc figura aptior est ad quietē. Sed fallunt. Hoc em̄ nō ideo est quia tympanilis aut lata existat, q̄ vidētūtur portiones secundū rectā abscindi: sed hæc faciūt videri distantia & circularū magnitudines. Pars enim circuli à longe vīsa etiā parū, recta apparet. Et magni circuli præ magna curuata, apparet & recta. ¶ Octaua est Xenophanis Colophonij, putantis terrā quiescere & manere immobilem: quodd deorsum crassitudinis sit infinitæ. Ingerebat enim hoc, solutionis difficultatem. quodd si parū terræ sustollatur, non vult manere: sed se deorsum præcipitat & demergit. & si maius: velocius. quare fortius & tota: nisi profunditate infinita vt base (ne rueret) defenderetur. Sed hoc dicto, Empedocles attonitus, qui hæc asserūt increpat: tanq̄ vana locutos, & de vniuersa naturā parū cognoscentes. ¶ Nona, est Thaletis Milelij ponentis terrā quiescere: quia super aquam natet. quemadmodū lignū super aquam, aut aliquid simile non descendit, sed stat: ita aquæ, terræ casum prohibent. Sed id, irrationabiliter dictum. ¶ Primo. quia eandē relinquit difficultatē à quo Aquā ter sustineatur aqua. ¶ Secundo. quia quanto aqua aer est leuior: tāto terra grauior est aqua. Non igitur aqua defens nō prohibet terræ casum: vt neq; aer, casum aquæ. ¶ Tertio. quia bere.

Terrā nō  
asse tym  
panilis fi  
gura.

Xenopha  
nes Colo  
phonius.

Thales  
milesius.



videm<sup>9</sup> parvā terrā p aquā cadere. & quāto maior, tanto veloci<sup>9</sup>: nō igitur prohibet toti<sup>9</sup> terræ casum. Inquirebāt em̄ vsq; ad aliquid: sed insufficiēter. Oībus em̄ nobis hoc cōsuetū & cōmune est, haften<sup>9</sup> de aliquo inquirere: quousq; cōtradictionib<sup>9</sup> ijs quę aduersarijs vident<sup>r</sup> satisfactio fiat, & nō quantū dubitati natura requirit. At verò bene inquiretem nō hoc modo curare oportet: sed ex proprijs in rei quę sita venire deprehensionē. ¶ Decima, est Ana<sup>28</sup>

Anaxi  
menes.  
Anaxa  
goras.  
Democri  
tus.

ximenis, Anaxagore, & Democriti, dicētiū terrę latitudi  
ne terrā à p̄cipitiō tutā esse. Primo, quia ei<sup>9</sup> latitudo, ipam,  
aerem diuidere nō permittat. Secūdo, hac de causā valis  
de ventis obsistit. Tertio, quia nō habet aer locū quo cas  
dere possit. vnde fit, vt terra cadere non possit, quēadmo  
dum neq; aqua in clepsydri. Sed si hę rationes valerēt:  
propter eandē causā ipsa existēte sphærica maneret. qđ  
postea falsum esse ostēdet. ¶ Vndecima, est Empedoclis, 29  
quietis terrę causam assignātis velocem cœli circungyra  
tionem: vt quę motum terrę prohibet, quemadmodum  
aquę ē vase velocissime in aere circungyrato, ea cita gy  
ratione defenditur effusio. Sed hęc assertio, inualida est.

Empedo  
cles.

Velocem  
cœli mo  
tus  
terre  
quietem  
non effu  
cere.

¶ Primo, quia quęrendū est ab eo, an terrę sit aliq; mo  
tus, & si sit aliquis, an naturalis, aut violentus. Si non est  
naturalis: neq; erit violentus vllus. Et si neq; vi, neq; natu  
ra motum ei assignauerit: omnino non mouebitur. quare  
neq; quiescet. Hęc prius cognita sunt. Et si dicit, natura  
fertur ad medium: neq; motus, neq; quies violenta erunt.  
Quare circungyratio ponēda non est vt illic quiescat. Vt  
enim motus naturalis & motus violētus: ita quies natu  
ralis atq; violenta est. Et si circūgyratione ad mediū ve  
nerit: & illic violenter quiescet. Sed vbi natura quiescet.  
¶ Secundo, Quia si vi ferat<sup>r</sup> & quiescat in medio: aliquo  
alio natura feratur & quiescat necesse est, aut igitur hoc  
erit sursum, aut deorsum, aut vbiq; aliubi. Si sursum:  
vt aer supra nos existens non prohibet lationem sursum,  
neq; prohibebit aer qui subter est eam quę deorsum est,  
quo minus feratur. Eorundē enim & consimiliū eadē  
& consimiles sunt causę. ¶ Tertio, Dicat Empedocles,  
Priusq; lis dissociasset elementa, quo modo terra quiesce



bat. Non enim tūc erat circūgyratio aliqua. Causa igitur  
 quietis terræ vniuersalis assignari non potest velox citaq;  
 circūgyratio. ¶ Quarto. quia partes terræ feruntur ad  
 mediū, & omnia grauiā ad terrā, cuius causam assignare  
 non possis circūgyrationē. ¶ Quinto. Ignis fertur sursum  
 natura, & nō propter gyrationē: igitur & terra cōsimiliter  
 deorsum. Non enim dicere possis gyratum graue & leue  
 determinare. Sed hæc natura determinata sunt: vt hoc sur-  
 sum euolet, illud verō in imum conetur. Non igitur terra  
 permanet immota ob velocē (vt vult Empedocles) cœli  
 30 gyrationem. ¶ Duodecima, est Anaximādi terrā quiesce-  
 re perhibentis. Quia æqualiter secundum sui ambitum se  
 ad extrema habeat. quare vt æque libratam, non plus ad  
 hanc partē q̄ ad illā, eā ferri contingit. Vnde hac de causa  
 quiescit. Sed q̄ id nō verū sit (q̄uis suālibilitatē aliquā ha-  
 beat) deprehēditur. ¶ Primo. quia hac ratione quicq̄ in  
 medio locaret, quiesceret. ignis igit, in medio quiesceret,  
 q̄ falsum est. quare & id ex quo sequit. ¶ Secūdo. Terrā Terrā ad  
 nō modo quiescit in medio, sed & fertur ad mediū. Nam medium  
 quocunq; feratur terræ particula: & illuc totam terrā ferri ferri,  
 necesse est. Et quicquid natura locus partis est: & totius  
 natura idem erit, non igitur quiescit propter extremorum  
 æquidistantiā. ¶ Tertio. incōueniens est, quære cur terra  
 immota maneat in medio: & nō cur ignis in summo, qui  
 si illic natura stet: & eodē iure terra stabit in medio. Cōue-  
 nit em̄ vtiq; & ei aliquis natura locus. ¶ Quarto. Simile Quā  
 est dicere terram in medio quiescere propter similitudinis pte Phi-  
 necessitatē: ac si dixeris quod æquē vbiq; extensum fuerit losophus  
 (vt de capillo quem thricha Græci nomināt, dicitur) frā- resellit an-  
 gi dissoluīq; non posse, & vehemēter esuriente & tantūde gumētū.  
 siticulosum à cibo & potu æquidistantem fame & siti in-  
 teritum ire. ¶ Quinto. Irrationabile est, inquirere quietis  
 terræ causam in imo: & mentionem nullam de motu eius  
 imum facere, an vi, an natura fiat. q̄ facit Anaximander.  
 Deprehendēdo enim causam, cur ignis sursum & quomo-  
 do sustollat: protin⁹ cur sursum quiescat cognoscit causa.  
 Ita & deprehensa causa: cur & quomodo terra demergit  
 in imum, pariter causa suæ quietis in imo deprehensa est.

Et ratio ipsius de similitudine, inualida est: vt de igne pos-  
 sito in medio, capillo equaliter tenso, esuriēte & sitiēte,  
 à cibo & potu æqui distāte refellere prōptum est. Et sicut  
 ignis si esset in medio, consimiliter ad extrema se habens:  
 euolaret ad summū, nō forte tot⁹ ad vnā partē: sed partes  
 ad sibi proportionatas partes, vt quarta vna, huc: altera,  
 illuc. Sic & de terra esset: & à loco illo ppter similitudinis  
 rationē (quēadmodū & ignis) emoueretur, nisi ei⁹ locus  
 esset, & in eo natura quiesceret. Et licet id verū sit, ipsam  
 ad extrema consimiliter sese habere: nō tamen verum est,  
 eam hac de causa in medio quiescere, sed hoc accidit.

#### DECIMIQUARTI CAPITIS ANNO.

¶ Totius mediū, mediū mundi. ¶ Mediū, centrū. ¶ An-  
 guli pares, anguli recti. ¶ Secundū regulā, perpendiculari-  
 ter. ¶ Sphæricum, rotundum, orbiculare, globosum.  
 ¶ Arctus, vrsa minor: stellæ circa polū nostrum quæ mo-  
 do septentriones, modo plaustrum dicuntur. ¶ Aegyptus  
 regio meridionalis. ¶ Cyp⁹, insula, à meridie mari Aegy-  
 ptiaeo terminata. ¶ Horizon, est circulus diuidēs partē  
 cœli visā à non visā. ¶ Horizon, finitor interpretatur.  
 ¶ Myrias, decem milia. ¶ Corpore circa aliquam lineam  
 moto: ea linea axis dicitur, & eius extrema puncta, poli,  
 qui latinē dicuntur vertices. ¶ A, polus arcticus. b, polus  
 antarcticus. c. h. horizon habitantium in k, vt in Aegypto  
 aut Cipro. d. g. horizon habitantium in i ad arctū. e. f. cir-  
 culus meridiæ æquator. l. arctos, vrsa minor, plaustrū ar-  
 cticum. o. p. stellæ semper occultæ habitantibus in i. q. r. stel-  
 læ semper occultæ habitantibus in k. i. k. diuersa puncta ha-  
 bitantium in terra. Totus partus circulus niger terra.


**D**Ecimū quartū cap. continet tres cōclusiones, qua-  
 tuor rationes ad primā, duas ad secundā, & qua-  
 tuor ad tertiā. ¶ Prima cōclusio. Terra in medio  
 non circulariter mouet, circa polū vnū reuoluta, 31  
 Terrā cir-  
 culariter  
 circa pos-  
 moueri. ¶ Primo, quia aut id natura esset, aut violēter. Non natu-  
 rum non ra, quia idē est totius & particularū mot⁹, partes autē oēs,  
 ad mediū recta feruntur. Neq; etiā violēter, nā nullū violen-  
 tum perpetuū. mūdi autē ordo, sempitern⁹ est. ¶ Secūdo,  
 quia oīa circulariter mota intra primā lationem, pluribus

mouentur motibus. moueretur igitur & terra pluribus.  
 quod si ita esset, astrorū fixorum nobis fieret diuersiones.  
 neq; nobis semper secundum idem oriri (quæadmodum  
 semper euenit) appareret. ¶ Tertio. quia latitudo partium & to-  
 tius terræ, naturaliter est ad totius mediū. nō igitur circū-  
 fertur in medio. nā simplicis corporis vnus debet esse mo-  
 tus natura simplex. Et si quæras, quando terra est in me-  
 dio, & idem fuerit eius centrū & totius centrū, an partes  
 terræ: & grauiā alia ferretur ad mediū, quia terræ, an quia  
 totius? Hoc est, quia totius, & quia terræ per accidēs. acci-  
 dit enim, idem totius & terræ esse mediū. ¶ Et quædā gra-  
 uia moueantur ad mediū, signū est, quia procubūt semper  
 ad angulos pares. tendūt igitur ad vnū centrū, omnia.  
 ¶ Quarto, experientia cognitū est, graue sursum secundum  
 regulā proiectū: semper secundum regulā recidere, quātū-  
 cūq; vi & quotiescūq; id factū fuerit. nō igitur terra, circū-  
 32 lariter mota est. ¶ Secūda. Terra quiescit in medio. ¶ Pri-  
 mo. quia vt ignis ex omni parte euolat à medio ad extre-  
 mum: ita ex omni parte (si extra posita fuerit) terra, fertur quiescere,  
 ad mediū. & nunquā à medio, nisi vi pultrice, pars aliqua  
 terræ quātulacūq; moueret. quare tāto minus & tota ter-  
 ra, quiescit igitur natura in medio. corpus em̄ simplicis tātū  
 vnus est secundū naturā motus, motus autē à medio & ad  
 mediū, cōtrarij sunt. ¶ Secūdo. Mathematici Astrono-  
 mici volētes astrorū motū & sitū iudicare, ponunt terram  
 in medio quiescere, quiescit igitur terra in medio. ¶ Tertia.  
 Terra sphericā est. ¶ Primo. quia quælibet pars terræ, gra-  
 uitate sua tēdit ad mediū, & quæ maior est, in decliue de-  
 scēdit & minorē pellit, quousq; æquata tumore relinquit,  
 atq; oēs à medio æquidistant. hoc autē, est figuram habere  
 sphericā. Et hoc idem quidā Physiologorū asseruerunt:  
 sed terrā ad mediū violentia ferri, nos vero natura. Dixe-  
 runt enim ex omni extremorū parte & æqualiter, partes  
 terræ in mediū latas. ¶ Sed dubitant. Si posita sit terra in  
 medio, quæ in vnus suorū hemisphæriorū medietate du-  
 plam retineat grauitatē, an terra illa mouebitur à medio,  
 fietq; centrū eius, alterū, & totius centrū? ¶ Nos vero dici-  
 mus terrā eousq; natā moueri, quousq; centrū eius cū cen-

Quæstio-  
 nis disto-  
 lutio.

Terram  
 in medio  
 quiescere.  
 Terrā eē  
 sphericā  
 figurā.

tro totius simul sit, & non amplius, neq; oportere, quālibet partem centrum attingere. Quod quidem fit, aut minoribus partibus à maioribus pulsus, aut terra, vt aiunt, hoc est per segregationem, genita, & ex omni extremorū parte partibus in medium latis, ita vt sit facta terra & figuram sphæricam retinens. ¶ Secundo. Omnia grauiā ad angulos pares, sphærales, & nō iuxta seinuicem & æquidistantes lineas procumbunt, igitur nata sunt corpus efficerē sphæricum. Est igitur terra, sphærica, aut natura sphærica, nos enim hic talem terram probare intendimus: qualis suapte natura existeret, & non qualis vi & præter naturam existat. ¶ Tertio. Luna cum eclipsis patitur, semper curuam habet secantem lineam, vt illam ex globo recipiens, atqui talis eclipsis sit, terra soli & lunæ interueniente media. Est igitur signum: terram (quia sit sphærica) illius apparentiæ esse causam.





**¶**Quarto. quia procedentibus nobis parum ab arcto ad meridie sit nobis nouus circulus horizon. & stelle nobis apparere incipiunt, quæ semper occultantur ad arcton. vt in Aegypto & Cypro nonnullæ apparēt stellæ, quæ in arcticis regionibus sempiternæ occultationis existūt. & cōtrā in arcticis, quæ semper in Aegypto & Cypro lateant. Id igitur signū: nō modo terram esse sphericā: sed relatione ad astra facta, esse paruam. Si enim magnæ, notabilisq; molis existeret: nō statim nobis paululū trāslatis, fierēt hæc occultatiōes, & nouæ astrorū visiones. Et quidd sit exigux molis, sentiūt q; dicūt ad colōnas vsq; Herculeas sese porrigere mare Indicū, inter oriētē solē: solemq; occidui intercepit, & illic vt apud Indos, gigni elephantes: quidd loca hæc, vt vicinitatis affinitā, cōsimilē participēt naturā. Testatur itidē Mathematici: terræ magnitudinē ratiocinatione perquirētes. cui ambitū adscribunt, quadraginta stadiorū myriadas: astris vero, maiorem. Vnde sit eorū assensu, nō solum terram esse sphericā: sed ad astra comparatione sumpta, modiculam esse. Sed de his hætenus.

**¶**Paraphraseos in secundum de cælo & mundo Aristotelis finis.

## PRIMI CAPITIS PARAPHRASEOS

seos in tertium de cælo & mundo, Annot.

**¶**Discipline, disciplinæ Mathematicæ. **¶**Grauius primò: magis graue. Secundo, minus leue. **¶**Itidem leuius primo, magis leue. Secundo: minus graue. quēadmodū maius, dicimus magis magnum: & maius, minus paruum.



**L**ertius liber de cælo & mūdo continet octo capita. Primū, vnā diuisionē. vnū corollarium. quinq; antiquorū opiniones. vnī conclusionē. & nouem rationes ad ipsam. **¶**Diuisio. Expedita de primo simplici corpore determinatione: vt de cælo, ipsiq; affixis & in eo latis sydenibus, cuius naturæ sint: & qualia, quodq; ingenita sint atq; incorruptibilia nosse oportet eorū quæ secundū naturam sunt hæc esse substantias. vt simplicia: cælum, ignis,

aer, aqua, terra, eorū partes, & quæcūq; ex ipsis cōstant,  
vt animalia, plāta, & metalla. Hæc, operationes, vt prædi-  
ctorū motus: generationes, corruptiones, auctiones, di-  
minutiōes, alterationes, & secundū eorū naturā, p̄priaq;  
virtutē latiōes. Hæc aut, passiōes quædā, vt prædicta: &

**Naturalē** eorū aptæ quātitates, affectionesq;. ¶ **Corollariū.** Quo fit, 2  
philoso vt naturę plurima determinatio, circa corpora atq; ma-  
phiā circa gnitudines verset. Nā oīs naturalis substātia aut corpus  
corporeā est, aut nō sine corpore, magnitudinēve gigni contingit,  
magnitudo Vt cōtēplanti determinatiōē quā exegimus de natura,  
dinē plus q̄ manifestissimū esse potest. Et quia de cælo, satis expedi-  
rimū verū tū putamus, quale natura sit, quodd ingenitū sit atq; incor-  
fari. ruptibile: nunc ad reliquorū duorū generum, grauis scili-

cet atq; leuis, determinatiōē explendā, nos cōuertamus.  
Et pariter an generatio & corruptio ipsis competant. Et  
profecto, aut nihil est generatio, aut solū ipsis & quæ ex  
ipsis contemperata sunt, cōgruere potest. Sed quid senser-  
int antiqui nūc videamus. ¶ **Quinq; antiquorū opinio-**

**Quinq; an**  
**tiquorū**  
**opinio-**  
**nes.** ¶ **Prima,** est Parmenidis & Melissi, generationem & 3  
corruptionē esse negantiū. Neq; enim quicq; gigni, quicq;  
quāmvē corrūpi posse putabāt: sed duntaxat nobis ita vi-

deri. Nonnulla enim præclare asserēbāt: esse scilicet quæ-  
dā entia ingenita, incorruptibilia, atq; immobilia. a quib;  
(quodd sensibilia esse putabāt) ad hæc caduca se conuertē-  
tes, cōsimilia de ipsis asserēbant. Sed hæc, Physica contē-  
platione non moliebātur. Contēplari enim, an eiusmodi  
naturę sint entia immortalitatis sorte potita, superioris  
Philosophiæ est, & primi atq; supremi philosophi. ¶ **Sec-** 4  
**cūda,** est huic primę contraria: omīa genita esse atq; corru-  
ptibilia, nihilq; omnino ingenitū & nihil interitus, obis-  
tusq; immune semper manere, sed aliquādo casurum. qd  
sensisse videtur Hesiodus & qui suæ appropinquāt sentē-  
tię. ¶ **Tertia,** est dicentiū omnia genita esse: sed genitorū 5  
nōnulla incorruptibilia manere. ¶ **Quarta,** est Heracliti 6  
Ephesij omīa cōtinuo f luxu rapi, dicentis nihil fixū, nihil  
iuge permanensq; manere: præter vnū quiddam (id enim  
ignem esse aiebat) ex quo omnia fierent, gignerenturq;. ¶  
**Quinta,** est astruentiū omne corpus generabile, disso- 7

lubileq; esse. Generabile quidem, ex superficiebus, atq; in  
 superficies resoluibile. ¶ Cōclusio. Corpus ex superficiebus Corp<sup>9</sup> ex  
 cōpositū abire nō potest. ¶ Primo. Quia qui id asserunt, superficie  
 plurima ijs (quæ in disciplinis comperta sunt) cōtraria di- bus non  
 cūt. Aut igitur à proposito resipiscāt: aut fortiorib<sup>9</sup> & va<sup>9</sup> cōponi,  
 lētoribus rationib<sup>9</sup> (quales nō sunt sūx imbecilles suassū  
 culx) quod moliūtur efficiāt. ¶ Secūdo. Idem subit iudic  
 cū, corpora ex superficiebus cōpingi, & superficiem ex li  
 neis, & lineā ex pūctis abire cōstatam. Atqui prius in ijs  
 qui sunt de motu, demonstratum est, id esse nō posse, nul  
 lamq; magnitudinē ex indiuiduis & insecabilib<sup>9</sup> constari  
 posse. Igitur neq; corpora ex superficiebus constabuntur.  
 ¶ Tercio. Si corpora ex superficiebus, & lineæ ex insecab  
 bilibus lineis cōponerentur, impossibilia sequitur. Ponit  
 enim Mathematicus magnitudinē in infinitum partitione  
 decrescere: nullā autē oppositione in infinitū augeri. nunc  
 autē oppositū in natura eueniret. In infinitū em̄ (quodd de  
 cūberet ad minima) decrescere nō posset: addi autē semp  
 aliquid posset. ¶ Quarto. Multa sunt in natura, quæ in in- Passiões  
 diuisibili subsistere nequeunt vt passiões. Sunt em̄ diuisi duplici  
 biles dupliciter. vno modo secundum speciē, vt color in ter diuisi  
 albedinē atq; nigritiē. Altero vero, secundum accidens, vt biles esse.  
 quodd ei quod diuidi possit, inexistāt. Nō itaq; linea ex pū  
 ctis, superficies ex lineis, & corpus ex superficiebus abi  
 bit cōpositū. Et quodd passiões illæ in indiuisibili nō sub  
 sistāt, vt exēpli causa, grauitas & leuitas, amplius ostēdo.  
 ¶ Primo. Nā quicquid est graue, grauius aliquo esse ne Quodd  
 cesse est, & quicquid leue, aliquo leuius, non tamen cōtrā grauitas  
 (vt vti cōsueuerunt vocabulis) esse oportet, vt quicquid & leuitas  
 grauius, graue sit, & quicquid leuius, leue. Vt neq; quic<sup>9</sup> sint i sub  
 quid maius est, simpliciter magnū esse oportet. Sunt enim iecto di  
 multa simpliciter parua: quæ alijs, vt suis partibus, maior uisibili,  
 ra dicūtur. ¶ Sed hāc significationē (si gratum est) missam  
 faciam<sup>9</sup>. Sitq; quicquid graui<sup>9</sup> est, grauitate graue, ipsum  
 siquidē diuisibile est in excessum, & id quo excedit. Si igit  
 tur pūctum, graue esset: & ipsum diuideretur, hoc autem  
 impossibile. Et si punctum nullum graue sit, neq; linea ex  
 solis coalita & constata punctis. Et si non linea, neq; ex



Densi &  
rari discri  
men.

Quid  
molle.

lineis digesta superficies. Et si non superficies: ita quoque  
neq; ex superficiebus coalitum, constitutumq; corp<sup>9</sup>. Qui  
enim fieri possit vt totū graue sit: cuius partiū nulla: graui  
tatis sit particeps? ¶ Secūdo. Omne graue, densum est: &  
omne leue, rarum. Densum autem, a raro differt, qđ sub  
æquali mole plus habeat potentie. quod autē tale est, euadit  
diuisibile. Si itaq; punctū graue sit, aut leue, abibit di  
uisibile. quod impossibile est. ¶ Tertio. Omne graue, mol  
le est, aut durū. Molle autē, est quod est in seipsum cedens.  
quod autē in seipsum cedit, diuisibile est. Ita si punctum  
molle est, diuisibile est, et ita si durū est. Nā durū & molle,  
opposita sunt: & quæ circa idē fieri nata sunt. ¶ Quarto. S  
Quia grauitas non euadit ex non habētib; grauitatem:  
quod tamē cōtingeret. Sed quomodo determinabūt: ex  
quot grauitatū experitib<sup>9</sup> cōsurgat grauitas, & cōsurgere  
nequeat. Enimvero ipsis vel fingere volētib<sup>9</sup>, promptum  
nō sit. ¶ Quinto. in eodē graui: quod ex pluribus cōstat,  
grauius est. hoc & ipsi admittunt, quod autē graui graui<sup>9</sup>  
est, ipsum graue esse necesse est, quemadmodū quod albo  
albius est, & ipsum album esse oportet. Maius igitur vno  
puncto (quod pluribus constet cōsimilis grauitatis) gra  
uius esse necesse est. Dempto igitur æquali graui: qui su  
pereff punctus, grauitatem habebit. Non enim graui, gra  
uius existeret: nisi grauitatis excessu. hoc autē, modo ostē  
sum est esse non posse. ¶ Sexto. Si corpora confarentur  
ex superficiebus (vt aiunt) & superficies ex lineis, linea li  
nearū componeretur secundum longitudinē & secundum  
latitudinē apposita. cur itaq; non componatur supposita?  
Nulla potior ratio videbitur. Quod si ita fuerit, dabitur  
corpus quod ex superficiebus (quas ponunt elementa)  
non cōflabitur. vt esto a linea, quæ longa est: cui cōpono  
lineam c secundum latitudinem, erit itaq; a c longum &  
latū. & linearū a compono lineam b, ei supponendo: quæ  
ideo cum a videtur facere profundū. Erit igitur a c blon  
gum, latum, & profundum. quare corpus. non tamen ex  
superficiebus conf latum. ¶ Septimo. In Timæo, superfi  
cierū multitudine corpora grauiora determinantur. Sed  
qua proportione corpora ad superficies respondent, eas



de superficies ad lineas & lineas ad puncta. quare pari proportionem, hæc gravitate habere continget. Et si ita esse non poncret, sed gravitate in terra, leuitatem vero in igne: difficultas vrget hæc superficieum grauē esse, & illam leuem, quæ consimilia ponit elemēta. ¶ Octauo. Nullā magnitudinem cōtinget esse diuisibile: aut futurum est, omnia esse puncta. Quia enim ratione in hæc diuides: illa iterū diducēs, quousq; ad superficies deuentū sit. Et superficies eodem iure abibūt in lineas: & lineæ in puncta, tandē consummabuntur. & omnia, puncta erūt. ¶ Nono. Vt est de magnitudine, ita quoq; de tempore euenire par, consentaneumq; est. Si itaq; magnitudo aliquādo abitura est in puncta & nō magnitudines: & tempus in nunc, & non tēpora resolubile est. Id profecto esse non potest. Et eadem incommoda nōnullos aliorū Pythagoricorum sequuntur: qui cœlum & naturalia corpora ex numeris constituunt. Habent enim naturæ corpora gravitatem & leuitatem, vnitates autem adinuicē compositæ, neq; corpus efficere posse: neq; gravitatē, leuitatēve vllā habere videntur.

## SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Motus, motus secundum locum. ¶ Manere, quiescere.

¶ Vis, violentia. ¶ Supponimus, potentiā continuē eandem manere, & quantocūq; spatio mouere: & resistentiā utcūq; placet eidem assignari posse.

**S**ecūdum cap. continet quinq; cōclusiones. tres rationes, & vnum corollarium ad primam. tres rationes, & vnum corollarium ad secundam. vnum corollarium ad terciā. duas rationes ad quartam. & duo corollaria ad quintū. ¶ Prima cōclusio. Simpliciu corporū, Elemētorū aliquē natura motū esse, necesse est. ¶ Primo. Quia quæ rū est aliq; cūq; mouētur, motum propriū & secūdum naturam, aut quis mouet, præterque naturam (quod idem est) habere, necesse tus natura est. Simplicia autem corpora, mota conspiciuntur. Hæc talia sunt itaque motum, aut natura, aut præter naturam. Atqui si consistebere ipsa, motum præter naturam habere: & eadem secundum naturam aliquem habebunt. ut pote qui prior, vnus, & simplex existat: præter naturam autē, posterior & multi. Vnūquodq; enim, etiam multos

præter naturam sustinet. secundum naturā autē, vnū solū.  
 ¶ Secūdo. Quicquid quiescit, aut vi, aut natura, quiescat  
 oportet. Et vbi vnūquodq; vi quiescit: & vi quodq; fertur  
 in illud. vbi autem natura, itidem & natura fertur in illud.  
 Videtur autem in medio aliquid natura manere. Natura  
 igitur fertur ad medium. Si autem quicquā vi quieuerit,  
 ipsum prohibet aliquid illinc emicare, inq; suū locum sese  
 protinus restituere. ¶ Tertio. si quiescentia rimaberis, aut  
 tādē ad vnū natura quiescēs decūbes, aut in infinitū pgre  
 dieris. Quod enim præter naturam est, ad aliquid secun  
 dum naturā reducere oportet. Sed esto dicas cū Empedo  
 cle: terrā rapida cœli vertigine, velocissimāq; illa circūgyra  
 tione vi quadā sustineri, atq; quiescere, ergo aliquo moue  
 ri nata est. Cessante em̄ circūgyratione (ā qua coactē ful  
 citur, sustētaturq;) mouerēt, & non in infinitū. Nihil enim  
 impossibile, fieri natū est. Infinitū autē trāsilire spaciū, im  
 possibile est. Est igitur nata alicubi tandē natura manere.  
 Ad illū igitur locū, quisquis is sit: naturalem motū habet.  
 Nam (vt dictum est) vnicūq; quicq; natura quiescit: & in

**Corpora** idem natura ferri contingit. ¶ Corollarium. Quapropter <sup>10</sup>  
**in vacuo** minimē Democriti & Leucippi sentētia probāda est: cor  
**& in infi** pora moueri in vacuo, pariter & moueri in infinito. Nam  
**nito non** id docere debuerunt: quoniam ipsorū in vacuo & in infi  
**moueri.** nito motus, quis secūdam naturā, & quis præter naturā.  
 Si enim (vt aiunt) alterū ab altero violentia pellitur: ipsis  
 alterum motum natura conuenire necesse est. & primum  
 mouentem non vi mouere (mouet enim sempiternē) &  
 primum motum non præter naturam esse. Est enim sem  
 piternus. Et si non primum mouens secundum naturam  
 dederint: violentia mouentium series, vt nullibi tandem  
 casura, infinita procedet. ¶ Secunda. ¶ Neq; stare potest <sup>11</sup>  
**Sentētia** Timæi sentētia, elementa ipsa sese inordinatē agitasse:  
**Timæi.** priusquā mūdi opifex mūdū ipsum condidisset. ¶ Primo  
 quia aut is inordinatus motus: naturalis erat, aut iniu  
 ria, præterq; naturā factus. Si naturalis, mūdus igitur erat  
 anteq; cōditus fuisset, tunc em̄ primū mouens natura mo  
 uisset, & grauia ad mediū depressa fuissent, & leuia ā me  
 diū emicassent, quē mūdi iā facti ordinatio est. fuisset itaq;  
 mundus

mundus. Liceret & quærere: an in illa motus inordinatio potuissent, necne in talem mixtionem, contemperantiamque incidere: qualia videmus nunc corpora facta, ut ossa, carnes, & nervos adinuicem compactos. Quemadmodum canit Empedocles, cum multa capita sine ceruice & sine corporeo trunco iacerent, amicitia factum fuisse, si ita fasteant: & animalia & plantae illic erunt, quare mundi ordinatio: aut hæc vniuersali præcurreret mundo. ¶ Secundo, qui aiunt infinita, inordinato motu, ferri in infinito: aut vni ipsorum motum faciunt, si ita: & omnia vna latione ferunt, & non inordinata. Sin minus: infinitæ erunt lationes, quod est impossibile. Si enim finitæ, ordo dabitur aliquis. Non enim, quod non feratur in idem inordinatio dicitur, quandoquidem & nunc mundo (ut videmus) perpulchre ordinato: non omnia ferantur in idem, sed ea quæ consimilis, congenæque sunt naturæ. ¶ Tertio. Inordinate nihil aliud quicquam: quam præter naturam esse videtur. Ordo enim sensibilium: vniuscuiusque propria natura est. Atqui incommodum est, infinito motu, longissimoque tempore præter naturam quicquam motum fuisse: quin potius naturæ, hæc conditiones competunt, esset itaque potius inordinatio secundum naturam, ut quæ infinito, longissimoque tempore fuerit, ordinatio autem, præter naturam. Quod quam sit absurdum: ipsi viderint. ¶ Corollarium. Quo fit, ut ob id ipsum:

Pulchra

12 Anaxagoras bellè excogitasse videatur, mundum ex immobilibus primis inchoatum fuisse. ¶ Tertia conclusio. gora ex

13 Et si aliqui ex segregatis motum admittant: generationem cogitant, tamen non inueniunt rationabilem. ¶ Nam cælum ipsum Empedocles segregatione (ut quod delituisse immersum) rationabilis.

14 liter generare nequeunt. ¶ Corollarium. Ob id itaque ipsum, Empedocles cælum non ex segregatione gigni voluit, sed ex segregatorum iterum congregatione. Confinxit enim amicitiam: quæ quædam ab vno (ubi omnia congregata fuerant) dissociante lite, discollecta iterum colligeret, cōiuniret, atque cōgregaret, sicque genitum, factumque fuisse cælum.

15 ¶ Quarta. Quod sursum aut deorsum mobile est: ipsum aut leue aut graue esse necesse est. ¶ Primo sit a, non graue. b verò, grauitatem habens, feranturque simul deorsum, si fieri potest, absoluaturque b spaciū d e in tempore f in eodem

f

d

a

g

●

b

c

●

Si immo-  
bile graui-  
tatis leui-  
tatis ex-  
pers mo-  
ueſ, ipſm  
inſinita ve-  
locitate  
moueſ.

f  
a d  
•  
b  
•  
g  
e

tempore: a aliquid ſpaciū d e abibit, ſitq; d g. Diuido enim  
grauitatē b. ſumibq; partem: quæ ſic ſe habeat ad d g, ſicut  
totum ad d e. Id enim, poſſibile eſt. Cum itaq; b per totū  
d e moueretur. pars ea (quæcunq; fuerit) ſolū per d g mo-  
uebitur. & per idem ſpaciū d g, & in eodē tempore, po-  
ſitum eſt a moueri. Ferūtur igitur deorſum per æquale &  
in æquali tempore, non graue & grauitatē habens. quod  
eſt impoſſibile. Et ita de leui (ſi gratum eſt) argumentetur.  
¶ Secundo. ſi quid moueatur quod neq; leuitatē neq; gra-  
uitatē habeat: mouebiſ vi & inſinita velocitate. aut graue  
& grauitatis, leuitatisq; expers, æquale & in æquali tem-  
pore abſoluunt, ſit itaq; a nō graue, & b grauitatē habēs:  
& moueatur a per ſpaciū d e. & in eodē tempore, vt verbi  
cauſa f, virtus aliqua pellat b grauitatē habēs, ſpacio d g,  
quia ſi aliqua potētia, maius in aliquo tēpore & aliquāto  
ſpacio moueat: eadem potentia in eodem tempore maior  
re ſpacio pellit minus. Diuido ergo graue b, capioq; partē  
quācunq;, quæ ſic ſe habeat ad potētia motricē ipſius b,  
ſicut d g ad d e. quia potētia data mouet b, per ſpaciū  
d g, in tempore f: eadem potētia mouebit partem illam  
grauitatis participem, in eodem tempore, toto & ſpacio d  
e. & in eodem tempore & ſpacio ferebat a, neq; leue, aut  
graue. quare graue & grauitatis, leuitatisq; expers: æqua-  
le, & in æquali tēpore abſoluunt. quod eſt impoſſibile. Et  
ſi a iterum inſinito motu ferebatur: graue inſinito motu  
& eodem ſpacio ferebatur. quorū vtrunq; impoſſibile eſt.  
¶ Quinta. Aliquis motus natura, & aliquis violentus exiſ- 16  
tit. Nam natura: principium eſt motus & quietis eius in  
quo eſt. vis autem, virtus eſt ab alio ſecūdem quod aliud.  
Motus igitur qui ab eo (quod intra eſt) principio exiſtit:  
iure natura dicitur. Qui vero ab altero exteroq; (vt alterū  
eſt) iure dicatur, & violentus. Et hic quidē: violentus non  
omnino eſt. vt motus lapidis deorſum, quoties velo-  
cior procreatur q̄ naturæ ſux ſit accōmodus, propriaq; pariat  
virtus. Ille vero omnino præter naturam eſt: vt lapidis  
ſurſum ppulſus. & vis ipſa ad hos vtroſq; aere tanq̄ apto  
vritur organo: q̄ vt grauis & vt leuis, ancipitiſq; naturæ  
natus ſit eſt, & virtutem ab ipſa vi velut impreſſam re-



tinens: qua nūc vt grauis deorsum præcipitat, nunc vero  
 17 vt leuis agitat sursum. ¶ Primū corollarium. Vnde cogno  
 scitur quenire, violenter agita tum ferri: principe mouente  
 18 ipsum nō assequēte, sed separato, abiunctoq. ¶ Secundū,  
 fit etiam, vt nullo tali existente medio corpore, nullus vio  
 lentus omnino procrearetur motus, neq; secundū naturā  
 ullus, vniuscuiusq; enim motū eodem modo promouet.  
 Sed q; gratie, q; leue esse oporteat, quis secundū naturam  
 motus quissve contra, dicatur violētus: hætenus dictū est.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Dictum Anaxagoræ: omnia in omnibus esse, intelligē  
 dum est secundum speciem & non secundum numerum,  
 Estq; idem ac si dicatur: quilibet esse in quibuslibet.

¶ Alterum, alterum elementum,

19 **T**ertium cap. continet tres quæstiones, & responsio  
 20 nes ad ipsas. ¶ Prima quæstio. Quibus corporib?  
 21 cōueniat generatio. ¶ Secūda. Cū prima corporū  
 sint elemēta: quid elementum quot, & qualia sint.

¶ Tertia. Vtrū elemētū (vt volūt nōnulli: tantū vnū esse  
 ponētes) specie sit indiuisibile. ¶ Primæ respōdet Empedocles.

docles quatuor esse elemēta, ignē, aerē, aquā, pariter & ter  
 rā: ingenita atq; incorruptibilia, ex quibus oīa alia generā  
 tur, cōponūtur ac fiūt. Eidem quoq; quæstioni respōdet Anaxa  
 goras.

16 Anaxagoras. homōmeras atōmos, ossis, carnis, & nerui prima prin  
 cipia, omniumq; semina rerū, ex quarū cōmixtione: æther  
 rem & ignē (hæc em̄ eadē putat) aerē, aquā, & terrā gigni  
 putauit, ob sui paruitatē: atōma carnis & ossis, oculis in  
 uia, imperceptibiliaq; esse, omnia tñ omnibus inesse cōgre  
 gata: & oīa ex ipsis genita esse, coalita atq; conf. lata. Sed  
 posterius cū de gñatione & corruptione exactius pertra  
 ctabimus, nostrū afferemus iudiciū. ¶ Scptæ hanc adhibe  
 mus responſionem. Elementū est in quod intus existens Quid ele  
 aut potentia, aut actu, alia corpora diuidūtur: specie quī mentum.  
 dem irresolubile in alterum. Quo fit, vt si tale sit elemen  
 tum; & carni & ligno insint elemēta potentia, vt ignis & esse i mix  
 terra quandoquidē à carne & ligno disgregabilia sunt, ca tis poten  
 ro autē aut lignū; neq; igni actu, neq; potētia inest, vt quæ tia.

nuncq̃ segregāda sint ab igni. Quot aut̃ sint, & qualia sint Plura sūt postea futurus est accommodatior sermo. ¶ Tertia prae-  
elementa terea respondere licet: elementum in diuersa specie fecabi  
specie di- le, diuiduumq̃ esse, multaq̃ esse elementa. Hoc profecto  
uerfa, simplices motus liquidò monstrant. Sunt enim motuum,

hi simplices, hi verò mixti. Simples autem, simplicibus  
corporibus accommodantur: compositi verò, composi-  
tis. Et vnicuiq̃ naturali corpori proprius est mot⁹. Atqui  
manifestum est, motus simplices plures esse, erunt igitur  
& plura elementa.

#### Q V A R T I C A P I T I S A N N O T.

¶ Democrit⁹, Abderites dictus est, ab Abdera vrbe Thra-  
cix (quæ nunc quoq̃ Clazomene dicitur) clara quidem  
q̃ olim ab Abdera Diomedis sore re condita fuerit, at or-  
tū Democriti Phisici lōge clariore. ¶ Quid pyramis rotū  
da, quid rectilinea, quæ & laterata dicitur: ex septimo Na-  
turaliū require. ¶ Sphæra verò, solidum est: à cetro ad cir-  
cunferentiā omnes rectas eductas lineas æquales habēs.

Quid  
sphæra.

anaxago-  
ræ repro-  
batio. ¶ Varū cap. continet duas cōclusiones, quatuor  
rationes ad primā, & nouē ad secūdā. ¶ Prima 22  
conclusio. Nō sunt infinita elemēta homœome-  
ra, quemadmodū posuit Anaxagoras. ¶ Primo

quia falsa vitur dignitate, malāve suppositione: quicquid  
Non om̃ homœomerū est, esse elementū. Nā videm⁹ multa mixto-  
ne homœo rū corporum: homœomera esse, vt lignum, vt lapis, in ho-  
ommerū mœomerasq̃ partes solui. quæ manifestū est, non esse ele-  
esse elemē-  
menta. Nō itaq̃ erit omne homœomerū corpus, elemē-  
tum, tum, sed (vt diximus) irrefolubile, indiuisibileq̃ in alterū

specie. ¶ Secundo, ita sumentes elementum: nulla necessi-  
tate vrgentur ponere infinita: sed omnia etiā finita facien-  
do, æque (vt ex infinitis saluare moliantur) saluare pote-  
runt, vt ponendo duo, tria, aut quatuor, aut quocūq̃ alio  
numero, quemadmodum facere conatus est Empedocles.  
¶ Tertio, ipsi accidit: nō omnia ex homœomeris quibus  
cūq̃ facere, vt faciem non facit ex faciebus: neq̃ vnum  
quodq̃ secūdam naturam figuratorum, satius igitur ipsa  
posuisset finita, infinitum enim nihil excludere videtur. Et  
sanē melius finita, quæ vt minima omnium ex eisdem suo

tutorum ostendisset, conformior disciplinarum authoribus, qui proloquiū, dignitatemq; accipiunt, principia finita esse, aut q̄ritate, aut specie. ¶ Quarto corpus à corpore secundum proprias differentias differt. Corporum autem adinuicē differentia finitæ sunt: vt alio manifestandū est loco. Differūt em̄ affectionib⁹ sensibilibus. Sūt igitur elementa, finita. ¶ Secūda cōclusio, Neq; recte putat Democrit⁹ ti repro

23 Abderites, eiusdemq; cōsecrator Leucippus: primas esse batio.

magnitudines, multitudine quidē infinitas, magnitudine aut indiuisibiles. & ex vno nō multa, neq; ex multis vnū, sed horū cōplicatione, cōfusioneq; omnia gigni. ¶ Primo quia modo quodā omnia faciūt numeros, & ex numeris tametsi id plane nō dicāt. ¶ Secūdo, quia corpora figuris differre aiūt. & quia infinitas ponūt figuras: itidē & infinita ponunt simplicia corpora. ¶ Tertio, quia quæ elementis figuræ accōmodandæ sint, nisi igni (cui sphaeram attribuit) non determinauerunt, sed aerem, aquā, & terrā magnitudine & paruitate discreuerunt, tanq̄ ea sint omnium, quæ elementa nuncupamus velut panspermia, seminarie umq;. ¶ Quarto, sic dicentes: infinita rebus faciunt principia, & hoc quidem absurdē. Nam elementorum differentia, non sunt infinitæ: neq; infinitæ videntur. ¶ Quinto, qui corpora, magnitudinesve ponunt infecabiles: Mathematicas tollunt disciplinas, sensum negant, multaq; ipsis eisdem de motu & tempore concedere accidit incommoda, quæ alio à nobis adducta sunt loco. ¶ Sexto, pugnantia dicūt. Qui em̄ fieri possit, vt elementa, ignis, aer, aqua, terra, magnitudine & paruitate differāt: si infecabilia sint vt ipsi asserunt. ¶ Septimo, dicunt aerem, aquam, terram, ex seinuicem fieri. Sed quo modo? deficiunt enim semper: maxima corpora, segregata, non itaq; fiunt ex seinuicem: si infecabilia sint. ¶ Octauo, horum profecto suspicione, quod corpora differāt figuris: haud quāq; elementa poni debent infinita. Ponunt enim figuras omnes ex pyramidibus componi, rotundas quidem, ex rotundis, & rectilineas ex rectilineis, & sphaeram ex octo partibus, necesse em̄ est, aliqua esse figurarū principia, quæ si duo fuerint: & duo erunt elementa, principiaq; si tria: erunt tria, & ita de



numero alio quocunque, quare & totidem, & finita quidē  
 Elemētis assignare debuissent simplicia corpora. ¶ Nono, vnicuique  
 rū vnus ē simplicium corporū est vnus proprius motus & simplex.  
 proprius motus autem simplices finiti sunt. Nā simplices lationes:  
 motus & dux sunt & non plures, circularis atq; recta. Neq; quidē  
 simplex, infinita sunt loca: ad quæ infinitæ lationes esse possint.  
 Non ergo infinita erunt elementa.

### QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Paruarum partium: subtiliorū partium, pauciorisq; se-  
 cundum extensionem potentix. ¶ Magnarum vero: plus  
 ris secundū dimensionem potentix. ¶ Ratio, proportio,

Quatuor  
 antiquo-  
 rū opinio-  
 nes.

Corp<sup>me</sup>  
 diū cæte-  
 ris nō esse  
 elemētū.

**Q** Vintū cap. cōtinet quatuor antiquorū opiniōes  
 tres cōclusiones, & tres rōnes ad primā, tres ad  
 scd'am. ¶ Quatuor antiquorū opiniones. ¶ Pri-  
 ma, est ponentiū tantū vnū esse elementum: &  
 ipsum esse ignē. ¶ Secunda, est ponentiū ipsum esse aerē,  
 ¶ Tertia, est ponentiū esse aquam. ¶ Quarta itidem tan-  
 tū vnum esse asserentiū: aquæ, aerisq; mediū, & aqua sub-  
 tilius, & aere densius, cœlos & omnia continens, magnitu-  
 dine infinitum. ¶ Prima conclusio. Perperam asserunt ta-  
 le aquæ, certisq; mediū: cæteris esse elementum. ¶ Primo,  
 quia ex ipso: densitudine & raritate alia gigni volūt. Ve-  
 rū enimvero ita dicentes, sibiipsis repugnant: aliquid ipso  
 elemento, principioq; prius facientes. Est enim rarius, in-  
 compositius: & in quod potius densiora resoluantur. den-  
 sius autem, compositius. quare cum cōpositio fit ex elemē-  
 to, resolutio vero (quemadmodum aiunt) ad elementum  
 potius ipsum rarius vt aerem ponere debuerunt elemen-  
 tum. imd verò cum ipsi fateantur ignem esse omnium rari-  
 ssimum: ipsum maxime omnium ponere debuerunt ele-  
 mentum. Et nihil refert an ignis rarissimus sit admittant:  
 necne. Nam alterū rarius admittunt, quare aut ipsum, aut  
 tandem vnum aliud dabitur quod principiū erit: & non  
 ipsum mediū. ¶ Secundo, nihil differt densitudine & rari-  
 tate alia gigni, & grossitie & subtilitate. Est enim grossum  
 densum: subtile verò rarum. Rursum quid grossitie & sub-  
 tilitate, illa gigni sit, nisi magnitudine quadā & paruitate?  
 Grossum enim, magnarū partium est: subtile verò, paruarū



rum. Quod em̄ in multū extensum fuerit: subtile est: & ex paruis cōstare dicitur partib⁹. Sed tūc quid obsecro aliud facere videntur: nisi rerum substantias magno & paruo discriminare, & omnia ad aliquid facere: Sunt em̄ magnū & paruum, ad aliquid, quare nihil simpliciter absoluteq; ignis, aer, aqua, aut terra. qd' ipsi viderint. ¶ Tertio, præterea si ipsa magno & paruo discrimināt: erit quædam ratio, pportioq; magnitudinū adinuicē, quare, quæ rationē aeris ad aquā habet: aer est. & quæ aquæ ad terrā: aqua. Sit itaq; ignis in maiori ad aerē ratione, aer ad aquā, aqua vero ad terrā, quia in maioribus, minorū rationes insunt; erit igitur aliquid ignis sic se habens ad aquam: sicut aer, & aliquid ad terram: sicut aqua, quare ipsius: hoc erit aer, illud vero aqua. Hoc idem ostendere liceret de terra: si maiores in densioribus asciscāt rationes. ¶ Secūda. Qui Incōmo ignem omniū ponunt esse elementum, tametsi hæc diffusio ignem giant incommoda, in noua tamē incidūt atq; peculiaria, oīum esse. ¶ Nam hi bifidi, bipartitiq; sunt, hi enim figuram, vt pyramidem, igni accommodāt: illi verò, nullam. Qui figuram ponētes, accommodant: hi ineruditius, & (vt ita dixerim) crassiori sequētia. minerua id faciunt, causam subdentes, quodd acutissima sit Cur antiq; figurarum, sit pyramis, ignis autem acutissimum corporum qui figura sit. Alij paulo persuadentiore nituntur ratione, quodd corā pyrami pora omnia, ex eo quodd simpliciorum subtiliorumq; partē igniū est, componuntur. & figuræ solidæ ex pyramidibus tribuerūt, abeunt compositæ. Quare cum ignis, corporum subtilissimum & simplicissimum sit, & pyramis itidem solidarum figurarū simplicissima: iure igitur primo & simplicissimo corpori asciscenda est. Qui verò igni nullam adscribūt figuram: ipsum solum subtilissimarum partium esse ponūt. Ex quo vt compositionem accipiente: alia gigni dicunt, perinde atq; auri arenæ constantur coalescuntq;. ¶ Sed ita dicētib⁹, accidere incōmoda, nunc aperiāmus. ¶ Primo, quia si partes illæ ex quibus ipsum cōstituunt: indiuisibiles esse statuuntur: rationes prius positæ ita esse vetant, & iterum quod subiūgimus. Si itaque indiuisibiles sunt: cum ex ipso constituatur, aer, aqua, terra, talia corpora sibi inuicem partium proportionē respondent. Quæ enim

magnitudines similium partium (quales erunt indiuisibiles omnes) constituunt: proportionaliter adinuicem sese habent. vt omnes partes aquæ ad partes aeris atq; ignis: & totum, ad totum. & ita in cæteris. quãtis forte aer plus aqua habeat: & subtilissimum, densissimo. quare si minor magnitudo in maiore existit, & ignis magnitudo sit maxima: resolubilis erit in aerem, in aquam, & reliqua. quare elementum non erit. Et ita si posueris aquam maioris magnitudinis: & ipsa erit, & aer, & ignis. Et cur etiam, cum omnia æquæ simplicium partium fuerint: hoc quàm illud potius statuatur elementum? Secundo. esto, nunc agamus, dicant esse diuisibile: qui figuram ei propriam ascribunt, Pars igitur ignis non erit ignis: quia pyramis ex pyramidibus non constet. imò corpus erit: quod neq; elementum, neq; ex elemento erit. vt pars ignis quæ elementum non est: cum minime sit ignis: neq; aliud elementorum quicquam, neq; ex elemento est. Et qui figuram ipsi non ascribunt: magnitudine determinat. quare aliquid elementi potius elementum erit: cum sit minorum partium. & hoc abibit in infinitum: aut tandè ad indiuisibile decumbetur. Elementum enim id erit, quod minimarum partium fuerit. Erit item illa magnitudinum ratio. quam supra arguim? & hoc, ad hoc ignis, ad hoc aer, ad hoc aqua, atq;

Vnū solū terra. ¶ Tercio. Et hi & cæteri qui vnū solum ponunt elementum: commune vitium atq; reprehensionem incurrunr, quòd vnum solum faciāt naturalem motum. Omne enim naturale corpus, motus habet principium. omnibus igitur existentibus vnum: vnus erit motus & ad eundem terminum. vt si omnia sint ignis: sursum. & quandò maiora fuerint, plusq; ignis habuerint: tãdò velocius sursum emicabunt. Quemadmodum maioris molis ignis: velocior sursum latio est. nunc autè huius oppositū videmus in multis: quæ maiora mole velocius deorsum corruunt. Non igit oim elementū erit ignis, aut aliud quòdcūq; tū ob prædictas, tū ob alias à nobis prius adductas rationes.

Plura esse ¶ Tercia cōclusio. Plura & finita esse elementa necesse est. 27  
elementa ¶ Nam infinita esse non posse, probatum est. nunc autem & finita, probatū est non tantū esse vnū, Sunt igitur plura. & finita.

## SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Corpus, corporeum. ¶ Non corpus, incorporeum.

28 **S**Extū cap. cōtinet duas cōclusiones, duas rationes ad primā, & duas ad secundā. ¶ Prima cōclusio. ¶ Ele- Elemēta  
menta sempiterna esse, impossibile est. ¶ Primo, quia non esse  
videmus ignē, aerē, aquā, & terrā resolui. Aut igitur sempiter  
aliquādo resolutio stat it, eritq; aliquādo totū resolutum: na.  
aut ipsū infinitum erit. Si infinitū: & eius resolutio tem-  
pore erit infinito, & eius cōpositio tēpore infinito. Et cū  
vnumquodq; natura constantium, alio tempore compo-  
natur, & alio dissoluatur: accidet vnum tempus infinitū,  
extra alterum infinitum existere, & vnū prius altero esse.  
est enim cōpositio, dissolutione prior. hoc autem, impossi-  
bile. & si dissolutio alicubi stabit, aut hoc indiuisibile erit.  
hoc autem non, propter prius adductas rationes. Aut  
diuisibile, sed nunq̃ dissolubile: vt ipse dicebat Empedo-  
cles. hoc iterum non. Nam si maius dissolubile, corrupti-  
bile est: itidem & minus erit. videmus enim, in eisdem,  
quod maius est: difficilius, minus verd, facilius corrumpi.  
Quare cum maius corrūpatur, vt volunt: & ipsum quoq;  
minus rationabilius est aliquādo corrumpi, atq; dissolui.  
Duobus autem ignem corrumpi videmus. Primo, con- Quodd i  
tactu cōtrarij, vt cum disperit extinguitur. Secundo, cum in gnis duo  
seipsum marcescēs tabescit, deficitq; hoc autem minor (vt bus mo  
parua flamma) patitur a maiori. Et quantū minor, tantū dis corrū  
velocius absumitur. Oportet igitur, elementorū corpora pitur.  
corruptibilia esse: atq; eadem incorruptibilia corrumpi.  
¶ Secundo, cum constet, elementa generabilia esse: aut  
igitur generabuntur ex nō corpore. At qui dicit ex incor-  
poreo ignē generari, nihil aliud dicit, quā si vacuū intro-  
ducat separatū. Omne enim quod fit, in aliquo fit: & in  
illo, vbi prius existeret id ipsum ex quo fit. Quodd si nullū  
corpus existerat, vbi genitum est: vacuū ergo erat. Si ver-  
rō alterū corpus posueris, præter id incorporeum ex quo  
fit, duo igitur corpora simul erūt, scilicet quod factum est,  
& quod illic ante factiōē, generationemq; præexisteret.  
quod est impossibile. Manifestū itaq; esse puto, elemēta in  
29 corpora resolui: & ex corpore reparari, atq; gigni. ¶ Sed a



Elemēta conclusio. Haud tamen existimādum est, vnum cōmune ex nullo corpus esse alterum ab ipsis: ex quo ipsa gignantur, & in corpe cōi quod ipsa resoluantur. ¶ Primo. quia illud corpus, prius gigni & i esset elementis. Atqui ipsis elemētis nulla sunt priora cor nullū tale pora. sunt enim sensibilibium corporū prima. Non igitur est resoluū. tale vnum aliquod cōmune corpus. ¶ Secundo. quia aut grauitatem, aut leuitatem habebit. Quod si sic, aliquod elemētorum erit. Omne enim simplex, aut leue, aut graue, aliquod elementorum est. Aut prorsus grauitatis & leuitatis expers est. & tunc corpus illud, vt moueatur nullam retinet aptitudinem. Immobile igitur erit eiusmodi corpus & Mathematicum. Nec in loco vsquam erit. Si enim in loco esset: aut moueretur, aut quiesceret. & si natura quiesceret, in eum locum natura ferretur. & si vi quiesceret, & vi & præter naturam ferretur in eundem. Et si non est in loco, ex eo nihil fiet. Quod enim sit, in eius (ex quo sit) loco, fieri necesse est. Quo sit, vt manifestum relictū sit, cum elementa non fiant ex non corpore, neq; fiant ex altero ab ipsis corpore: ipsa ex seinuicem fieri.

#### SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Corruptibilium principia, elementa & corpora simplicia. ¶ Intelligibilia corpora, corpora Mathematica. ¶ Positio, opinio.

Elemēta ex seinuicem segregatiōe nō generari. **S**eptimū cap. cōtinet tres cōclusiones. quatuor rationes ad primam. & sex ad tertiam. ¶ Prima cōclusio. 30 Modus quo Democritus & Empedocles generationem elementorū ex seinuicē saluare nituntur, irrationabilis est. ¶ Primo. quia sua dicta ignorare videntur, cū vnūquodq; inquit ex vnoquoq; segregari, sicq; apparere generari: non generationem ex seinuicem facientes, sed apparentem generationē: perinde ac si res in vase deliteant: quas in lucem & apparentiam proferas, dicasq; eas idcirco genitas. Sic autem generatio minime fit: sed ex quadam subiecta, substrataq; materia. ¶ Secūdo. Eadem do fiat ge magnitudo cum arctior, strictiorq; fiat: non videtur idcirco neratio. co fieri debere grauior: quod quidem ipsi volūt, quoties ex aere fiat aqua. ¶ Tertio. Quo pacto immixtum quod separatū fuerit, maiorem locum occupare necesse sit.



& maius corpus in minore cōtineat: quod tamen semper  
 oporteret, quoties ex aqua fit aer: Ampliore em locū sem-  
 per factus occupat: & vñ quodq; rariorū & subtiliorum  
 partiū, quod aqua, feruore intumescens ostendit, quæ ad  
 aucta mole, cōstricta vasa cōtinētia etiā pfringit. Aut igit  
 erit vacuū: aut nō extendetur corpora: quod & ipsi volūt.  
 Sed certē irrationabile est, existente vacuo semp quod ex-  
 trahit, ampliore mole se diffundere necesse esse: qđ tamen  
 oportet cum ex aqua fiat. Et quodd confugiū suū nullū sit,  
 ope vacui cōfidentū, alio quoq; demonstratū est loco, cū  
 nihil prorsus esse queat vacuū. ¶ Quarto. Si eo pacto, se-  
 gregatione generatio fieret: tandē ex seinuicem generatio  
 casura, defecturaq; esset. Nā in magnitudine finita, infin-  
 ita cōtineri impossibile est. Si itaq; ex terra aquam dempser-  
 is, aliquid ab ea distractū est, & generatione factum. De  
 inde iterum demendo, aut tandē absumitur, stabiturq; ali-  
 quo: aut sub mole finita, infinita sunt contēta. quod est im-  
 possibile. Nō igitur semper ex seinuicem generari quibūt.  
 Nō est igitur, quomodo Democritus, Empedoclesq; vo-

Cauilla-  
 tionis ex  
 clusio.

- 31 lunt: elementorū ex seinuicem generatio. ¶ Secunda. Ele-  
 menta ex seinuicē transfiguratione non fiunt (quemad-  
 modū ex eadē cōtra, transfiguratione fit circulus & sphæ-  
 ra, vt nōnulli volūt. ¶ Nam ipsa elemēta, indiuisibilia esse  
 oporteret: propterea quodd nō semper pyramis diuidatur  
 in pyramidē, neq; cubus in cubū, neq; pars ignis erit ignis  
 neq; pars terræ erit terra, aut corpus dabis prius elemēto:  
 & quod nō resoluetur in elementū, & quod nō erit elemē-  
 tū, qñquidē figurā nulli elementorū habuerit accōmodā, teshomoz
- 32 ¶ Tertia. Neq; item superficierum resolutione, elemēta ex  
 seinuicē gignūtur. ¶ Primo, quia incōueniens est, nō om-  
 nia ex seinuicē gigni posse: sed eorū vnū (vt dicunt) trans-  
 mutationis esse expers, quodd paucioribus constet triāgu-  
 lis & superficieb⁹, ex quo ideo gigni nō potest: quodd plu-  
 ribus eget triangulis. Tum quia negant ea quæ certa sensu  
 suum experiētia, cognita sunt. Et huius quidem causa est,  
 qđ ex nō bene sumptis principijs, omnia ad quāsdā statu-  
 tas opiniones defendēdas, reducere volūt. Atqui æterno  
 rū principia, æterna esse vident; sensibiliū sensibilia, & cor

Elemēta  
 vni⁹ figu-  
 ram muta-  
 tione nō  
 gigni.  
 Nulla fi-  
 gura diui-  
 dit in par-  
 tes homoz

Elemēta  
 superficie  
 rū resolu-  
 tione nō  
 fiunt.

Multorū raptibilia corruptibilia. Tum quia qui vsque adeo suos qui in re li rum defendēdorū sermonū sunt pertinaces, ipsorum sunt teraria ver amatores, & quodlibet accidens tāquam vera habentes santur vi principia sustinent: ex consequentibus & maximē ex fine tium.

rectē iudicandi occasionem non fumentes. Vt enim disci-  
plinæ factiux finis, opus est: ita & sensibilia cognoscere,  
& quæ circa sensum versantur, naturalis disciplinæ finis  
est. ¶ Secundo, accidit ipsis: terram maximē omnium esse  
elementum fateri oportere, vt quæ sola incorruptibilis exi-  
stat: & in quam alia resoluantur, quæ potiores videntur  
esse elementi conditiones. ¶ Tertio accidit eis: triangulos,  
superficiesq; remanere superfluas, vt cū ex illo quod  
plures triangulos habet, gignitur id quod pauciores ha-  
beat: supersunt residui, qui profectō non constituunt ele-  
mentum simile ei ex quo genitum est: quod longe plures  
requirat. Neque aliud quodcunq;. Erunt igitur remanen-  
tes: superflui, ociosi q;. ¶ Quarto, quia generationem, ex  
non corpore faciunt: quia ex superficiebus. ¶ Quinto, ad-  
uersa certissimis scientijs permulta confiteri coguntur: vt  
non omne corpus diuisibile esse, quod irrationabile est,  
quandoquidem vel intelligibilia illa corpora, disciplinæ  
ipsæ Mathematicæ diuisibilia esse concedunt. Et hi vt  
suam tueantur positionem, non omne sensibile corpus,  
diuisibile esse admittunt. ¶ Sexto, quia elementa, substan-  
tiasq; elementorum figuris determinant, vt ignem pyra-  
mide aut sphæra, quare sicut diuisa sphæra aut pyramide,  
partes sphæra: aut pyramis non existunt: ita partes ignis  
non erūt ignis, & ita de aere, aqua, & terra, quare, aut ipsa  
indiuisibilia sunt: aut (vt iam diximus) aliquid est prius

Quid o? elemnto.

Staetra. OCTAVI CAPITIS ANNOT.

Quid do? Octaetra figura est: quæ octo habet superficies & bases.

decaetra ¶ Dodecaetra verò: quæ duodecim superficierū est, atq;

Quid cu? basium. ¶ Cubica autem: quam tesserarum figuræ expri-

bica, munt, & Angulus acutissimus qui ex sphærae exteriori cō-

Quid an? tractu causatur, is est qui causatur ex linea recta regulari

gulus acu ter super diametrum cadente: & circūferentiæ parte, quod

tissimus, decimaquinta tertij demonstratur Geometrix.

- 33 **O**ctauū cap. cōtinet duas cōclusiones, quatuor rationes ad primā, & septē ad secundā. ¶ Prima cōclusio. Irrationabiliter figuras elementis adaptat: ut igni sphaerā aut pyramidē, aeri dodecaedran, nō cōueniunt. aquae octaedran; terrae verō talarē & cubicam. ¶ Primo, quia accidet eas nō replere totum spaciū. In plantis enim adinuicē nexae trigonae, tetragonae, & hexagonae, totū replere videntur. In solidis autē tantū dux, pyramis atq; cubus. & tamē cū plura duobus sint elemēta: plures solidas atq; corporales, totum replētes sumere oporteret figuras. ¶ Secūdo. Omnia simplicia corpora, à loco & contineute figurata videntur, maximē autē aer & aqua. Non igitur elementi seruant figuram, alioqui non vbiq; assequerentur ac tangerent continens, quod est impossibile. ¶ Tertio. si transproportionetur aqua: ut si quoquo pacto in pyramidem aut cubum figuretur: non erit amplius aqua, si elementa figuris differant. Hoc certē falsum est: & hoc nos docere videtur natura, & non praefer rationem euenire. Nam ut & in ceteris subiectum & materiā oportet esse informē: & sine vlla suapte natura specie (sic em̄) ut scribit in Timaeo (melius adaptari poterit, quod specie recipit omnē) ita & de elementis putare oportet, quae cōpositis futura sunt ut materia, ut sine huiusmodi figuris adinuicē pati, alterari, atq; trāsmutari queāt. ¶ Quarto, & os, & caro & alia continua, ex elementis esse nō poterūt. Nam elementa, ex superficierum compositione gigni possunt: non autem ea quae sunt ex elementis. Quo fit, ut si quis acutē velit intueri, & eorum rationes perscrutari examinare: ex entium natura generationem auferre videantur, nisi transumptione quadam, elementi generatione & ceterarum generatione uti dicantur. ¶ Secunda. Neq; quidem figurae, elementis ascribendae sunt, ob ipsorum motus affectiones. ¶ Hanc enim ob causam, faciūt hi ignem, sphaeram; hi verō, Pyramidem, quidd hanc maxime sint mobilia, tangantq; minima; & nequaquam firmis mētis atq; iacentia. Ignis autem maximē mobilis & minimē sit tribuebātus est. Et anguli (ut aiunt) est calefacere & maximē casus figurarum, lesatione incendere, ignis autem calefactiuus & incensibilis

Figurae  
elementis  
niunt.

Quare  
antiqui  
tribuebat  
figuras.



d a e uus est. ideo hi Pyramidem esse dicunt: quod tota sit angulus. hi autem sphæram: quodd angulum extra tangendo constituatur omnium acutissimum. Et terræ, cubum adscribunt. quodd hæc figurarum ad bene manendum aptissima sit: maneat autem omnium firmissimè terra. Sed hæc non rectè dicta esse apparet. ¶ Primo. quia tametsi sphæra motui sit aptissima, nō tamen motui qui igni proprius est (est enim motus sursum rectus, igni proprius) sed circulationi aut volutationi. Et terra non ubiq; manet: sed in loco suo, quemadmodum & elementorum cetera. Quare illorum ratione vnumquodq; elementorum extra suū locum, Pyramis erit aut sphæra, quodd bene moueatur. & in proprio loco: quodd fixe maneat & stet, erit cubus. ¶ Secundo, si ignis calefacit & vrit, quodd angulos habeat, omnia elementa calefactiua erunt. licet fortè alterum altero minus. Nam omnia habent angulos, & cubus, & octaedron, & dodecaedron, & pyramis. Inquit enim Democritus, sphæra quidem, vt angulus quidem existens, exurit & ardorem excitat. ¶ Tertio. Id per manifestè falsum esse. Mathematica pandunt: nam si sphæra & pyramis calefacit & vrit, corpora Mathematica calefacient & vrent. habent enim illa: & sphæras, & pyramides, & angulos, & indiuisibilia. quæ si ita sese habeant & in Mathematicis sint magnitudine indiuisibilia: cur ergo non calefaciāt vrantve; & tamen propter easdem causas, ignis calefaciat & exurat. Differentiā adducant, causamq; assignent, oportet. manifestum ergo esse videtur, non vt dicunt ita esse dicendum. ¶ Quarto. si ignis sphæra, pyramisve est, & quod ardet igitur: protinus quod ardet, sphæram, pyramidemve fieri necesse est. quod quā falsum sit, vel viderint ipsi. ¶ Quinto. Cum partes ignis sint ignis: si ipsum diuisibilem statuunt, vt eius incisionem & diuisionem quamcunq; ratio figuræ sequatur, necesse est, si ignis partes, ignis esse debeant. quod tamen accidit. Dicere enim sphæram non nisi in sphæras, & pyramidem non nisi in pyramidas solui posse: persimile est ac si quis proloquatur, mnino dignificet: aut ponat gladium non nisi in gladios, & ferrum non nisi in ferras diuidi posse. ¶ Sexto. ridiculum



Sphæra  
motui ignis  
nis nō est  
se aptam.

Figuras ignis esse debeant. quod tamen accidit. Dicere enim sphæram non nisi in sphæras, & pyramidem non nisi in pyramidas solui posse: persimile est ac si quis proloquatur, mnino dignificet: aut ponat gladium non nisi in gladios, & ferrum non nisi in ferras diuidi posse. ¶ Sexto. ridiculum



certe est, igni pyramidem attribuere, quodd figurarum aptissima sit ad secandum, diuidendum & separandum. Nam magis igni proprium est congregare, & ad continua reuocare. Congragat enim ea quæ eiusdem tribus sunt. Et hæc congregatio per se est. Est enim continuatio & vnitio, segregatio autem per accidens. Congregat enim ( vt dictum est ) quod eiusdem generis fuerit atq; tribus ( quod dicunt homophylon ) & segregat alienum. Debuerunt igitur horum duorum ei figuram magis aptare, quod magis ei proprium est & competit. Hoc autem est congregare, & non dissipare, & disgregare. ¶ Septimo, Calidum & frigidum virtute contraria sunt. Atqui frigido contrariam assignare nequimus figuram, nam figuræ nihil est contrarium. Et certe ipsi figuram assignare prætermiserunt omnes: & tamen conueniebat, aut omnia determinare figuris, aut nullum attentare. Cur enim potius hoc quam illud? Sibipſis dissidet quidam, suppetias ferre volentes. Aiunt enim frigidum magnarum esse partium, quapropter constringit, & per poros transire, expirare & difflari nequit. erit igitur calidum, transiens, tale autem omne, subtilium est partium, quare calidum & frigidum, magnitudine & paruitate, & non figuris ( vt defendere volunt ) determinant. Quam rem si pertinacius defendere pergant, & in igne magnæ sint & paræ pyramides: magnæ non erunt ignis, & figura illa non erit causa caloris, quin potius contrarij esse etiua. Magnum enim ( vt aiunt ) frigefacit. Ex his itaq; permanifestum esse putamus: elementa, passionēs, affectionesve elementorum non esse figuris discriminandas. Sed quæ eorum propriissimæ differentię sint. & à quibus passionibus, operibus, & virtutibus pendeant, ( habet enim eorum vnumquodq; à natura: proprias & passionēs, & opera, & virtutes insitas, & determinatas ) futurus sermo indicabit. Quod cum cognitū fuerit, vniū cuiusque ad vnumquodq; alterum differentias accipere quamfacillimum erit.

¶ Paraphrascos in tertium de Cœlo  
& mundo Aristotelis, finis.

## PRIMI CAPITIS PARAPHRASIS

secos in quartum de cœlo &amp; mundo, Annot.

Quid sursum? **¶** Posse natura moueri, esse aptum natura moueri. **¶** Sursum simpliciter: extremum cœli lunæ. **¶** Sursum ad alterum: simpliciter. extremum ignis. Extremum, cœcaui. **¶** Deorsum simpliciter: terra. Quid sursum? **¶** Deorsum secundum alterum: aqua, naturali rerum serie, situmque sursum ad alferuato. **¶** Antipus, ex opposito ad alterum pedes habens. terum.



Vartus de cœlo continet sex capita. Primum: unam conclusionem, duas rationes ad eam, duas diuisiones, & quinque diffinitiones. **¶** Conclusio. Quid graue, quid leue, & quæ utriusque natura existat: disquirere cōueniens est. **¶** Primo, quia hæc contēplatio sermonibus (qui de motu sunt) propria

est. Diffiniemus enim graue & leue per posse natura moueri: quorum actibus nomina nulla posita sunt. Nos autem hoc in loco de eorum motibus intendimus, conueniens igitur, huiusmodi disquisitio est. **¶** Secundo, quia omnes antiqui virtutibus grauium & leuium usi sunt, sed perpauca determinarunt, cōueniens itaque erit (quæ ab alijs dicta sunt adducendo) tantum de ipsis cōsiderare: quantum nostro subseruiat proposito, & nostram aperiat sententiam. **¶** Prima diu-

Duplex est graue. **¶** Grauium, quoddam est simpliciter graue: & quoddam

Duplex est graue ad alterum, quæadmodum æs ligno dicimus esse grauius, esse leue. Idem leuium, hoc simpliciter leue, illud vero ad alterum. Ex de graui simpliciter, & simpliciter leui nihil meminerunt, neque diffinierunt quid aut graue, aut leue ad alterum: sed habentium grauitatem, aut leuitatem, quid grauius, aut leuius. **¶** Secunda. Quædam, semper à medio ferri nata sunt: & hæc sunt quæ sursum ferunt. quædam verò semper ad medium: & sunt quæ ferunt deorsum. Sed existimauerunt quidam (& absone quidem) non esse sursum aut deorsum in vniuerso: quod ex omni parte similes habeat partes, ut si quis tantum ambulet,

Quomodo ut suo primo loco fiat antipus, consimiles habebit mundi do capiat partes, quare non prius erat sursum, tunc verò deorsum. Nos sursum & dicimus sursum & deorsum non relatione ad nos sumpta ac deorsum, capi oportere, sed ubicumque fuerit cœli extremum: ibi sursum.

vbi

ubi vero eius mediū: ibi deorsum. Quare qui antipus ita ambulando fieret: semper esset deorsum. Neq; id verum est quod putauerunt aliqui, hemisphæriū cœli supra nos, sursum; sed totum quod pedib<sup>9</sup> nostris ē regione substitū est, deorsum esse, quia credebāt ex opposito nō esse aliud cœli occultatū hemisphæriū, quod falsum est. Ex his: quid graue, & quid leue, elicere poterimus. ¶ Prima diffinitio. ue. Graue; est quod ad medium ferri natum est. ¶ Secunda. Quid leue? Leue: quod ferri natum est à medio. ¶ Tertia. Simpliciter ue. graue: est quod simpliciter deorsum & ad medium fertur. Quid simpliciter? ¶ Quarta. Leue simpliciter: est quod simpliciter sursum p̄r graue fertur & ad extremum. ¶ Quinta. Graue ad alterum; est quo datis duobus æqualis molis leuibus, quorū alterum ue simpliciter velocius, & alterū tardius feratur, alterū velocius sursum natura fertur. Leue ad alterum; quo datis duob<sup>9</sup> æqualis molis grauib<sup>9</sup>, quorū alterum velocius, & alterū tardius feratur, alterum velocius deorsum natura fertur.

## SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Eisdem, similis naturæ. ¶ Trigonus, triangulus. ¶ Solidum, corpus plenum.

9 **S**ecundū cap. cōtinet quatuor conclusiones, quatuor de graui & leui opiniones excludētes, & quinque rationes ad tertiā. ¶ Prima cōclusio. De graui & leui Platonis in Timæo insufficiens determinatio est. ¶ Scripsit de graui enim in Timæo Plato, id grauius esse: quod ex pluribus & leui in eisdem vt superficiebus, aut trigonis constat, vt plūbum sufficiens plumbo, & æs ære, & vnūquodq; aliorū: altero eiusdem determinatiōis speciei & naturæ, & id leuius: quod ex pauciorib<sup>9</sup> eisdem, natio. Sed hanc determinationē insufficientē esse constat. Nam hæc determinantes, nihil adducūt de graui simpliciter & simpliciter leui: vt terra, quæ semper grauis est & quæ semper fertur ad medium, & igne qui semper leuis est & semper sustollitur ad summū. Nō enim id dicere possunt: nunc paucitate, nunc multitudine triangulorum. Nam maior ignis (quādoquidē ex pluribus cōsimilibus cōstaret) grauior esset & tardius sursum agitaretur, cuius oppositum euenire videmus. Quanto em̄ ex pluribus cōstet & maior fuerit; sursum fertur velocius. Et paucus magno citius



tius præcipiantur deorsum. Est igitur huiusmodi insufficiens determinatio. ¶ Secunda cōclusio. Neq; probādum 10  
 Quod aliter est quod antiquiores senserūt, id esse grauius, quod mole  
 ius, non esset maius. ¶ Nam vt in diuersis statim non ita esse oportet  
 semp esse tere apparet, vt modica terra & magno igne, paruo aere  
 grauius. & multa lana: ita & in cōsimilibus, vt mixtis, minora quāq;  
 percipimus grauiora. alioquin essent oīa ex æquē graui-  
 bus cōstituta: & æquē densa oīa, quod falsum esse satis co-  
 gnoscutur. Non igitur probādum est quod sit altero maius,  
 Democri ti repro- bandū est, grauius esse, cui minus interceptū fuerit vacui.  
 batio, Et leuius: cui plura intercipient vacua. ¶ Ponebat enim  
 Democritus, ex solidis & insecabilibus corpusculis ortū tra-  
 here omnia: & vacuū rebus immisceri. Et ideo illa quæ ex  
 æqualibus cōstarēt atomis: interdū se habere, vt hoc maius vt  
 ignis, & illud minus vt terra existeret, quoddam solida ignis,  
 plus interstiti vacuo distaret. Et hinc fieri, vt ignis leuior,  
 terra verò grauior fiat. Sed satius asseruisse fuisset, non id  
 esse leuius, quod plus vacui haberet, sed quod plus vacui  
 & minus solidi, alioquin multū terre (quoddam plura interce-  
 pta contineat vacua) igne paruo erit leuius. Sed hæc non  
 sanè defendi posse ostēdimus. ¶ Primò, quia aut determi-  
 nant graue per solidū, & leue per vacuū, vel graue per mi-  
 nus vacuū, & leue per maius, aut vtracq; ratione quadā &  
 proportionē solidi ad vacuum. Nō graue, solido: & leue,  
 vacuo. Nam in multo igne plus solidi adest quā sub terræ  
 pusilla quantitate: & in multitudine aquæ plus vacui quā  
 paruo aere, quare multus ignis parua terra grauior: & mul-  
 ta aqua paruo aere leuior: quod est impossibile. Neq; graue,  
 minore vacuo: & leue, maiore determinabūt. Nā tūc mul-  
 ta terra (vt quæ plus vacui habeat) quæ semper deorsum  
 fert: leuior esset paruo igne semper sursum lato, & leui sim-  
 pliciter, quod est impossibile. Simpliciter enim leue: semper leuius  
 quibuscūq; habetibus grauitatē. Neq; determinabūt vacui  
 ad plenū facta proportionē. Nam accidit immixtū vacuū  
 cōcedentibus: minoris ignis vacuū ad suū plenū eandem  
 seruare proportionem, quæ & in maiore seruatur. & ita  
 de modica & multa terra, Quare magnus ignis & paruus,



æquæ leuia & æqualiter sursum lata : & magnū graue & paruū deorsum. ita aut fieri nō potest. nō maior ignis minore velocius sursum fertur : & maius graue minore veloci⁹ deorsum. vt maius aurū aut plumbū. minore auro aut plūbo demergit⁹ velocius. Secūdo. quia incōueniēs est dicere vacuū mouere sursum : & ipsum non potius moueri. Ita & solidū. Quid si dixerint moueri : satis erat de motu vacui & motu solidi per se determinasse. & nō de cōpositōrū motu. qd̄ minimē aliquis eorū fecit. ¶ Tertio. si vacuū tenderet sursum. & solidū deorsum : quid prohiberet ea seiungi. atq; separari. ¶ Quarto. incōueniēs est. vacuo sursum regione facere : at potius esset regio. & si moueret : eius esset locus. quæ omnia alibi patefacta sunt non esse. ¶ Quinto. quia quæreret quæ vacui motus causa esset. & quæ causa solidi : & eadem soluendi vrgeret difficultas.

- 12 ¶ Quarta cōclusio. Neq; existimandum est. plus materiæ. maioris causam esse grauitatis : & minus. minoris. siue omnium vnā faciāt materiā. siue cōtrarias : vt vnā quæ faciāt vacuū. & alterā quæ plenū. ¶ Nā si omnium vnā faciāt : nihil erit simpliciter leue. quia continget & minus materiæ habere. neq; simpliciter graue : sed omne à simpliciter aut graui aut leui deficiet. Et multus ignis : pauca aqua erit grauior. quod impossibile est. quid enim prohibet multū ignē plus materiæ modicula aqua habere. Si fecerint contrarias : tātum ponūt graue & leue simpliciter. & intermedia negant : nō igitur vt dicunt ita existimare oportet.

Materia  
velocitas  
& tarditas  
mot⁹ nō  
est causa.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Ad speciem. ad formam. ad perfectionem. ¶ Secundū substantiam. secundum perfectionem.

- 13 ¶ Tertiū ca. cōtinet vnā cōclusionē. vnū corollariū. & Vnum⁹ duas differētiās mobilium secundū locum ab alijs. quodq; ¶ Cōclusio. Vnūquodq; sensibiliū in suū locū cōsistenti elementō similiter fertur vt ad speciem. nā tres sunt mot⁹ spēs sū ad suū cōsistentiū : secundū quantitatem. secundū qualitatem. & vbi. & secundū locum nā dū q̄ritatē & qualitatem fit mutatio ex determinato in determinatū terminatum : vt ex cōtrario in cōtrariū. aut secundum modum vt ad diu. & non indifferenter in quodlibet. vt augmentabile. suam p̄fectionem vt augmentabile est. crescit & non alteratur. & alterum cōtrariū.

augmētabile & alterū augmētatiūū, & alterabile & altes  
ratiūū: ita loco mutabile vt tale, loco mutaē. vt leue, furo  
sum: & graue, deorsum. Et sursum motiūū suapte natura  
leuificatiūū: & deorsum grauificatiūū. Et sursum mobile  
(si liceat nominib⁹ vt i) leuificabile: & deorsum mobile,  
grauificabile. Sed qđ hoc pacto vt ad speciē natum sit ad  
suū locū moueri: hinc sumit indicium. quod oīa quę hūc in  
modū ferunt: cōtinēt sursum & deorsum, & hoc modo:  
vt cōtinēs sit vt species cōtenti (semp̄ certē quod superi⁹  
est ad id qđ sub eo est: vt species ad materiā sese habet) vt  
cōlū cōtinēt ignē, ignis aerē, aer aquā, & aqua terram. &  
hūc in modū mouent: & ita mota quiescūt. Mouent igit̄  
omīa cōsimiliter & suapte natura ad sua loca & vt ad spe  
ciem. Quærere certē ppter quid leue vt ignis, fert̄ sursum,  
& propter qđ graue fertur deorsum, & non aliō: perinde  
est atq; si quæsieris, ppter quid sanabile in sanitatē trāsmu  
tatur, & nō in albedinē. Et cur augmētabile, in magnitudi  
nis incrementū, & nō in sanitatē. Simile em̄ & in quā

**Antiquo** to, & in quali, & in loco. ¶ **Corollarium.** Vnde fit manifest⁹ 14  
**rum con** stū, nō esse (vt antiqui voluerunt) hæc in rerū ordine sic mo  
**futatio.** ueri: quia simile moueat̄ ad suū simile. Nā si intellexeris  
terrā in orbē lunę trāslatā: partes eius nō idcirco de mūdi  
cētro (quia eis ipsīs sit similis) mouebunt̄ ad illā. Sed si de  
centro demutent̄, relabētur ad centrū. nam vbi totū: & to

**Mobiliū** tius partes ferri natę sunt. ¶ **Dux differētix mobiliū mo** 15  
**mot⁹ secū** tus secundū locum & aliorū. ¶ **Primo** quia secundū locū  
**dū locū et** mobilia leue & graue: habent in seipsis principiū sui mo  
**aliorū di** tus, augmentabile & alterabile, principiū sumunt ab ex  
**scrimen.** tra: quous & aliquādo ab intra. ¶ **Secūdo.** quia mobilia se  
cundum locū vt graue & leue: habent sua principia subs  
stantix propinqua, alia vero, remota. Cuius signum est,  
quia latio absolutorū atq; consecutorum complementū  
est: & generatione vltimus motus, quare erit secundum  
substantiam primus. Cum enim sit ex aqua aer, ex graui  
fit leue, ferturq; qđ primū sursum: iam actu existens, & quā  
**Eorū cō** tum, & quale, & vbi. Conueniūt tamē, quia quemadmodū  
**ueniētia,** dum amoto impedimēto, præsente nutrimento augmen  
tabile augetur, & præsente alterante alterabile alteratur:

ita graue extra suum locum possum amoto impediēte, in suum locum fertur, & leue in suum. mouet enim primum impedimentum remouens & vnde refilit. Sed de ijs in Physica auscultatione discussum est sufficienter.

#### Q V A R T I C A P I T I S A N N O T.

¶ Omnibus, cæteris, omnibus alijs. ¶ Substat, natum est substat. ¶ Mina siue mna, libra. ¶ Grauitas aeris i igne, minor leuitas. ¶ Leuitas aquæ in terra, minor grauitas. ¶ Plus trahere, plus ponderis habere.

- 16 **Q**uartū cap. cōtinet quatuor diffinitiones. duas  
cōclusiones. tres rationes ad secundā. ¶ Prima **Q**uid gra  
diffinitio. Graue simpliciter: est qd' omib<sup>9</sup> sub  
stat. vt terra. ¶ Scd'a leue simpliciter: qd' oib<sup>9</sup> sub  
17 supereminet. vt ignis. ¶ Tertia Graue scd'm alterū: graue  
18 est cui ambo cōueniūt vt aqua, quæ substat aeri & super  
19 eminet terræ. ¶ Quarta, leue scd'm alterū: leue est, qd' sub  
stat & supereminet. vt aer, igni substās, & aquæ superemi  
nēs. Et hæc ipsis secundū seipsa & eorū quantascūq; par  
14 ticular cōueniunt modo qui dictus est: aut substat, aut  
supereminere. Et quæcūq; mixtorū grauiā sunt aut leuiā: **Q**uid gra  
ab his suæ grauitatis & leuitatis sortiunt naturā. Et non **Q**uid le  
qñ in aliquo, altero grauius fuerit: in quocūq; eodē gra  
uius esse oportebit. Nam lignū vnus talēti, plūbo vnus  
minx, in aere grauius est: in aqua aut leuius, & cōtrā. Et  
15 hoc ideo est: quia omīa elemēta præter ignē vident quod  
dāmodo habere grauitatē, aer in igne: & quodāmodo in  
seipso, vt vtrem inflatū aut plus trahere nō inflato. aqua  
in igne & aere. & terra in igne, aere & aqua. Hinc fit vt  
quod plus terræ aliorū proportionē habeat, vt plumbū:  
cū peruenerit ad aquam inueniat grauius. Et quodd plus  
aeris vt lignū quā aquæ & quā terræ: bene in aere in  
20 uenit grauius, & in aqua min<sup>9</sup> graue. ¶ Prima cōclusio. Terra gra  
est aliquod graue simpliciter, & aliquod simpliciter leue, ue simpli  
¶ Nā est aliquod vt terra: quod semper nō prohibitu fer  
tur deorsum, ubiq; grauitatem habens. & aliquod quod Ignis le  
semper sursum: vt ignis, & ubiq; leuitatem habēs. Est igit **Q**uid gra  
21 tur graue aliquod simpliciter: & simpliciter leue. ¶ Scd'a  
cunda. Determinatum est mediū, quo grauiā ferantur;



& extremū, ad quod ferūtur & leuīa. ¶ Primo, quia non contingit graue in infinitum ferri: neq; leue. Sunt igit̃ ea ad quæ feruntur determinata loca. Hæc autē sunt mediū & extremū. Sunt igitur determinata. ¶ Secūdo, quia grauiā rumpit ad angulos pares. & leuīa ita ascendūt. Est igit̃ determinatū mediū quod versus grauiā feruntur, quod an sit vnīuersū medium, an terræ (quia idē esse contingit) dictum est prius. quare & extremū, determinatū. ¶ Tertio, Simpliciter graue, omnibus subidet. simpliciter igitur leue ei contrarium omnibus superfertur: & locum habebit contrarium, Nam contrariorum contraria sunt loca, Quod si contraria determinata sunt, & hæc medium sunt & extremū: confectū est propositū. Vnde iterū rectē euenit, vt quia duo sunt contraria loca, medium & extremum: duo sint extrema cōtraria, simpliciter leue & simpliciter graue, quæ in ipsa ferātur. inter quæ media sint: quæ extremorum naturam ad alteram participare videantur. Fit etiam, vt quæ sursum ferantur, perfectiora sint. nā continent, grauiā verò & deorsum lata, continentur. Et continere, formæ est: contineri vero, materiæ.

# QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Vi, difficultate.

Quatuor  
esse ele-  
menta.

**Q** Vintum cap. cōtinet duas cōclusiones, duas rationes ad primā, & duas ad secundā. ¶ Prima cōclusio. Quatuor sunt elementa. ¶ Primo, quia vnū est elementū semper natū ferri sursum: & ei cōtrariū semper natū ferri deorsum. & sunt duo quæ modo sursum, modo deorsum cōparatione sumpta ad alterū, ferunt̃. Sūt igit̃ quatuor. ¶ Secūdo, est vnū graue simpliciter, vnū simpliciter leue: vnum graue secundū alterū, & vnum secundum alterum leue. quæ modo (qui dictus est prius) feruntur: nunc hic nunc illic grauitatem & leuitatem seruantia. Sunt igitur quatuor elementa. Quare & tot sunt particulares materiæ. vna tamen omnium naturæ similitudine cōmunis est. Nam ex altero fit alterum. Et quod terra solam grauitatē habeat, & ignis leuitatem solam, aer & aqua leuitatem & grauitatē secundum alterum; hinc sumitur indicium: quia terra per omnia alia gra



uitate sua premitur deorsum. Et ignis per omnia: leuitas  
 is beneficio facile conscendit ad extremū. Aqua autē per  
 ignem & aerem descendit, sua grauitate depressa. & per Aerem p  
 terram non: sed per eam potius vt non omnium leuitatis ignē de  
 expers, conscendit. Et aer per terram & aquam sua leuitas scendere,  
 te intus ascendit, nō per ignem: sed per ignem vt grauitas  
 tis vtens officio, descendit. Et quod in suis locis grauitas  
 tem possidere videatur: hinc videtur posse sumi argumen  
 tum. quia detracta terra: facile aqua ad locū terræ descen  
 dit. & detracta aqua: ad locum aquæ facile aer. Detracta  
 verò aqua non sic facile terra. Et detracto aere: non sic fa  
 cile aeris locum subit aqua, sed difficultate quadam. vt  
 quemadmodum quādo simul cū superficie eam tangente  
 eleuatur: superficiem secuta vt vacui impossibilitatem sus  
 giens, ascendit. Et subtracto igne: non sic facile aer cōscen  
 dit, sed difficultate quadā. vt quemadmodum subtracto  
 aere: ipse ignis difficile descendit. ¶ Secunda conclusio.

- 23 Non omnium elementorum vna est materia vt vacuum, Elemēto  
rū nō esse  
materiā  
sicut anti  
qui vo  
luerunt.  
 solidum, aut trianguli: quę diuersitatem motuum eorum,  
 causa esse possit. ¶ Primo: quia omnia aut essent grauiā aut  
 leuiā: & omnia sursum aut deorsum ferretur. ¶ Secūdo:  
 quia si ponant solidū causam: magnus aer velocius parua  
 terra, ferretur deorsum. Si vacuum: magnus aer velocius  
 paruo igne sursum. Nam hūc plus vacui: illum verò plus  
 pleni habere contingeret. & ita si triangulos posuerint,  
 huius autem oppositum semper in natura cōpertum est.

#### SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Adminiculum, adiumentum. ¶ Angusta, stricta. ¶ Fus  
 sam, amplam.

- 24 S Extū cap. continet vnā conclusionē. vnā quæstionē.  
 reponsionem Democriti. & propriam solutionem.  
 ¶ Conclusio. figura, motū sursum aut deorsum non Figurāve  
 efficit: sed causa vt mot⁹ velocior aut tardior sit exi locitatis  
 sit. Nam corpora mouent diuidendo mediū. Figura aut aut tardis  
 rem (tametsi vim mouendi non habeat) mediū diuidendi tatis mo  
 præbet nūc adminiculū, nūc præpedimētū. vt quæ acutius cau  
 angulūq; habeat, facile penetret: quæ verò lata, expāsa, sam esse,  
 obtusa, ad diuidendum sit hebes. Non est igitur figura;

motuum aut sursum, aut deorsum effectiua, sed potius  
 mot<sup>9</sup> velocitatis aut tarditatis causa. ¶ **Quæstio.** Cur cor- 25  
 pora lata: vt ferrea & plumbea per aquam non descen-  
 dant: & eadem rotunda, aut longa vt acus: cita velocitate  
 mergantur. Et ita quæreretur cur minuta corpuscula vt  
 pulueres, descendant per aera: & maiora mancant pen-  
 dula. ¶ Respondebat Democritus: huius causam esse va-  
 porum multitudinem quæ ab aqua emittitur, & quæ cor-  
 pori lato in superficie obuians, ipsum sustinet, & eius cas-  
 um defendit. Angusta vero corpora, ob paruitatem non  
 impedit. Et cum instaretur. Cum expiret tanta ab aqua  
 vaporum multitudo in aere recepta: quomodo illius cor-  
 poris casum in aere non prohibet: cum si hæc causa esset,  
 deberet potius id in aere percipi. Soluebat id esse: quia  
 vapores in aere se nimis diffundat & segregent, visq; illa  
 dispersa & disgregata mouere minus sufficiat. Sed eius  
 solutio debilis est, poteritq; hæc aptari conuenientior.

**Corpora** Corporum quædam sunt facile diuisibilia, vt quæ sunt  
 magis ter bene terminabilia. & quæ magis: & magis, vt aer magis  
 minabi terminabilis est aqua: ideo magis diuisibilis. & aqua ma-  
 lia, eẽ magis terminabilis terra: ideo diuisibilior. terra verò, ad diui-  
 gis diui- dendum inepta, & eiusdem corporis paucitas: diuisibi-  
 sibilior multitudo existit. Hinc fit vt fusam latitudinem hæ-  
 Lata diffi- bentia, plus sub se comprehendant: & ideo difficilius se-  
 culter se- cent & diuidant. rotunda verò, minus: & lõga, & acuta,  
 care me- & ideo insit eis quædam diuidendiabilitas, & velocius  
 dium, ferantur mota. Lata verò: modo paria sunt, tardius. Et ta-  
 lia per aerem velocius agitantur, quia diuisioni peruior:  
 per aquam, tardius. Cum tamen lata ipsa suspensa, immo-  
 ta hæreant: ex virtutum comparatione cognoscitur. Nam  
 grauitas, virtus quædam est: & medij distractio, virtus  
 altera, quam cum grauitas superet: mouet deorsum. Si  
 vero superetur & fiat debilior: non diuidit neq; distras-  
 hit. & tunc suspensa sine motu, superfusaq; manent corpo-  
 ra. Sed de graui & leui, suisq; accidentibus dictum hæc-  
 nus putetur sufficienter.

¶ Paraphraseos in quantum de cœlo & mundo  
 Aristotelis, Finis.

IACOBI FABRI STAPVLENSIS IN  
duos libros Aristotelis de generatione &  
corruptione, Paraphrasis.

PRIMI CAPITIS PARAPHRASIS

seos in primū de generatione & corruptione. Annot.

¶ Panspermia, seminarium. ¶ Alteratio, accidentalis mutatio, secundū accidēs facta mutatio. ¶ Mixtio, cōgregatio.



Ibri duo de generatione & corruptione. Primus cōtinet decem capitula. Primum caput tres cōclusiones, duas antiquorū de generatione opinionēs post primam, & sex rationes post tertā. ¶ Prima cōclusio, De generatione & corruptione, natura genitorū & corruptorū, de causis eorū,

quid alteratio, quid augmētatio, & utrū generatio & alteratio idē sint, necne: determinādū est. Nam de his variæ fuerūt antiquorū dissensiones: quæ per hanc (veritate cōspecta) tollentur determinationē. ¶ Dux de hac re, anti-

- 2 quorū opinionēs. ¶ Prima est ponētū omnia esse vnū, & Priā anti oīa ex vno generari, & hī ponūt generationē alterationē quorum
- 3 esse: & generari, alterari. ¶ Secūda, est ponētū plura mater opinio, rialia principia, ex quibus omnia conflentur. Et hī sunt: Secunda, Empedocles, Anaxagoras, Democritus, & Leucippus. Empedo- Empedocles em̄ posuit quatuor elemēta simplicia, rerum cles, materias: & litem, & amicitia, efficiētia principia. Anaxa Anaxagoras infinitas homœomerias atomos: vt os, carnē, nerū goras, uum: quorū quælibet pars, totius naturā atq; nomen retinēt Democri- net, rerum materias. Democritus & Leucippus, infinita t? & Leu insectilia corpora (ex quibus oīa parētur) positione, figurā cippus, ra, & ordine dissidentia. Et hī oēs volunt aliud esse gener- rationem & alterationē: præter Anaxagorā (qui propriā vocē ignorauit) dicentē generari & corrūpi, idem esse qd' alterari. Et maxime aduersat̄ Empedocli: nā Empedocles quatuor elemēta ponit: & carnē, & osse, & neruo, & similibus simpliciora. Ille autē contrā, os, carnē, neruum, & similia: elemētis, igne, aere, aqua, & terra simpliciora, vt quæ



sint horum, Græco vocabulo, panspermia. ¶ Secūda conclusio. Qui oīa dicunt esse vnū, & ex vno cōstituunt oīa 4 generationē ab alteratiōe differre, defendere nō possunt. ¶ Nam semper vnū eiusdemq; naturæ subiectū est. mutationē autē quæ subiecto vno, eodemq; manente aduenit, alterationē nuncupamus. ¶ Tertia. Qui plures rerum ponunt materias, generationē ab alteratione differre dicūt: quā tamē, alterationē inquā, ex suis dictis saluare impossibile est. ¶ Primo. quia dicūt generationē & corruptionē, mixtionē esse & segregationē, & calidū, frigidū, humidū, & siccū, albū, nigrū, molle, durum, & cæteras passiones, proprias esse elementorum, & (ex quibus cætera pariānt) principiorum. vt Empedocles dicit ignem calidum & album, aquam frigidam & nigram. Sed cum diuersæ sint horum materiæ, ex igne non fit aqua, aut vnūquodq; reliquorum ex reliquo. igitur neq; fiet ex calido frigidum: ex molli durū, aut vnum aliquid taliū ex altero secūdam propriā alterationē, oppositum tamen horum videmus, nam re & à concretione & secretionē cessante, eam videmus nunc augmento ex crescere, nunc decremento minui secūdū quantitātē, nunc calidam, nūc frigidā fieri secūdū qualitātē. ¶ Secundo. quia in omni mutatione contrarijs subiicienda est eadem natura: siue hæc trāsmutatio secūdum quātitātē, siue secūdum qualitātē, siue secūdum locum sit sumpta. id autē plures variasq; subiiciendo materias facere nō possint. ¶ Tertio. quia si alteratio est, rerū adinuicē trāsmutatio est. Quid si est: multæ (vt dicunt) diuersæq; naturæ non sunt materiæ. nam omniū adinuicē trāsmutationem habētium, materiam esse vnā necesse est. ¶ Quarto. quia Empedocles pugnantia dicit. dicit em̄ ex elementis mixta generari: & alterum in alterum non posse trāsmutari, sensui manifestis cōtradicens. videmus enim & aquam ex terra, & terram ex aqua gigni. qui item cum concedat alterationē secūdum passiones, & ignem dicat calidum & album, aerem leuem & mollem, aquam frigidam & nigram, terram grauē & durā: his perditis differentijs (separabiles enim sunt) vt etiam vnum generetur ex altero cuius proprias habebit qualitates, cōce-

Si alteratio est & gñatio.

dat oportet. ¶ Quinto. quia dicit Empedocles adueniente amicitia: omnia abire in chaos, suis passionibus spoliata. & adueniente lite, separari ab ipso nouis acquisitis passionibus. transmutantur igitur adinuicem. ¶ Sexto. quia Empedocles non determinat, an quatuor elementa principii sint ipsius chaos & confusæ molis: an potius ipsum, principium sit elementorum. insufficientem igitur facit, de terminationem, quod & reliqui alij factitarunt.

## SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Comœdia: fabula est affectum ciuiliū ac priuatorum continens. qua discitur quid in vita utile sit: quidve contrā, fugiendum. ¶ Tragœdia est heroicæ fortunæ in aduersis determinata comprehensio. ¶ Positio, opinio. ¶ Rationabilior, minus absona, minusq; irrationabilis. ¶ ΑΥΤΟΤΡΙΥΩΝ: ipse idealisq; triangulus.

Secundum caput continet tres cōclusiones. duas rationes ad primā. duas ad secundā. quatuor rationes ad tertiam. tres opinionis Democriti rationes. earum solutiones. duas generationis & alterationis differē-

- 6 tias post tertiam. ¶ Prima cōclusio. Plato de generatione Platonis & corruptione, insufficientē executus est determinationē. determino  
 ¶ Primo. quia quomodo fiant mixtorum generationes: natio in vt ossium, carnū, & neruorū, nihil meminit. ¶ Secundo. sufficiens, quia de augmētatione & alteratione nihil determinauit, quæ huic negotio subseruiunt. Et certē nullus præter Democritum videtur omnium (quæ necessaria sunt) aliqua tetigisse. qui de omnibus videt curā egisse: vt de generatione & corruptione, augmētatione, alteratione, actione, passione, & mixtione. Dicebant em̄ Democritus & Leucippus: ex atomorum concretionē, generationem: secretionē, corruptionē fieri: diuerso situ & ordine, alterationem. quemadmodū exdem literæ, varium situm atq; ordinē habentes. Comœdiam componunt & Tragœdiam & cæterarum mutationū, augmētationis, diminutionis, actionis, passionis, & mixtionis causas in atomos reducere  
 7 bāt. ¶ Secūda. De generatiōe & corruptiōe apta incūbit determinatio. ¶ Primo. quia omnes hæc tractāt, dicuntq; generationem & corruptionē aliud esse, & aliud altera

tionē quia generatio, quædā sit cōgregatio: corruptio vero, disgregatio. & alteratio, eorū cōplurib⁹ visa sit passio, nū translatio. Secūdo, quia de hac re rationabiles quædā mouent quæstiones, vt vtrū generatio sit cōgregatio, vtrū corruptio, segregatio. vtrū generatio, alteratio sit. an nulla prorsus. Et ad has quæstiones, rationes adducūtur: hæ cogētes, hæ vero dissolui difficiles. expedit igit̃ eiusce rei deprehendere veritatē. Et cōsiderare, an entia generent̃, alterentur, augeātur, & horū cōtraria: an corruptionē, detrimentūq; patiant̃, & an ipsoꝝ principia sint insecabiles magnitudines. superficies, vt dicebat Plato: corpora,

Platonis vt dicebat Democritus. ¶ Tertia. Positio Platonis, positiōe Democriti irrationabilior est. ¶ Primo, quia irrationabilius est ad superficies vsq; indiuisibiles corpora re soluere, quā ea resoluere in indissolubilia corpora. quā uis & hoc nō modicam itidē habeat irrationabilitatē. res soluebat aut̃ Plato corpora in superficies: Democrit⁹ aut̃, in corpora. ¶ Secūdo, quia Democritus ex suis corpusculis conabat̃ & generationē & alterationē saluare: vt colores ex diuersa atomorū positiōe. Plato autē, ex suis superficibus, neq; gignebat, neq; alterabat. Est igitur Platonis determinatio, irrationabilior. ¶ Tercio, quia Democrit⁹ vt quī circa naturalia magis insudauerat: principia talia supponebat, ex quibus multa in Philosophiā saluare videret̃. Plato vero minus impendit operæ, minusq; fuit naturalium expertus. Multorū enim inexperti, & ad pauca respicientes, faciliē enuntiant. Meritō igitur Democriti positio, Platonis positione rōnabilior existimāda est. ¶ Quarto, quia Plato Logicis agit rationibus. nisi (inquit) vsq; ad superficies resolutio fieret quæ essent indiuisibiles, aut totigonū esset multa. Democritus aut̃, magis Phisicis rationibus insistit. ¶ Tres Democriti rationes. Prima, cor⁹ 9

Rationū  
Democri  
ti prima,

pus est magnitudo, omnino & ubiq; diuisibilis. hoc em̃, possibile, quod quidem cum possibile sit: si ponatur factum, nihil accidit impossibile. Ponatur igitur omnino esse diuisum, quæ superant igitur: aut sunt puncta, lineæ, superficies, passiones aliquæ, nihil: aut atomi. Non autē superant puncta, quia punctū puncto additum, non attollit



maius, neq; terminus à terminato diuelli pōt. Neq; lineę,  
 superficies, aut passiones. Nā corpus ex nō corporib⁹ cō-  
 positū abiret. Et passiōes separari impossibile est. Neq; di-  
 xeris nihil manere. Nā fuisset corp⁹ ex nihilo conflātū, &  
 nō verē existēs, sed tantū apparēs. Quę superāt igit diui-  
 sione facta, corpora sunt, quę quia nō sunt diuisibilia (nā  
 nō esset omnino diuisum, vt positū est) sunt igitur atomi. **Secunda.**  
 Est igit corpus ex atomis conflātū. ¶ **Secūda.** quia si cō-  
 tingeret corpus semp diuidi, & semper in minores resolui  
 magnitudines; tādē perueniret ad magnitudines insensī-  
 biles, quare iterū ad indiuisibiles. Secam⁹ igit ipsum, solū  
 vsq; ad aliquid vt atomos; & nō semper. ¶ **Tertia genera-** **Tertia.**  
**tiones & corruptiones** nō nisi atomorū cōgregatione &  
 segregatione saluare possumus. Rationabiliter igit positū  
 est, corpus ex atomis, esse cōpositū, & in atomos resolui.  
 ¶ **Primæ solutio.** Omne sensibile corpus quodam modo **Primæ so-**  
 secundum quodlibet signū diuisibile est, & quodā modo **lutio.**  
 nō, diuisibile quidē potestate est; nō autē actu, quia tamē  
 pūctus pūcto attiguus nō est, vt nō vbīq; in linea sit pun-  
 ctus, alioqui exiret ex punctis, neq; vndiq; & vbīq; diuisi-  
 bilis est; sed quēadmodū puncta habens. ¶ **Secundæ.** **Secundæ.**  
 Sensibile in partes insensibiles diuidi, quę tamē minimē sim-  
 pliciter nō sint; incōueniēs nō est, quę etsi per se nō percipi-  
 piātur; cū alijs tamē iūctæ simul sentiūtur. ¶ **Tertiæ.** **Tertiæ.**  
 Generatio & corruptio, congregatione & segregatione atomo-  
 rū nō sunt. Nā corpus vbīq; (acsi ex pūctis exiret cōposi-  
 tū) diuisibile esset, & in minima segregatio, & ex minimis  
 cōgregatio. Sed perfecta generatio fit; quia sit eius totius  
 in hoc totū mutatio, quā falso existimāt alterationē. Nam **Genera-**  
 generatio & alteratio bifariā differūt, differūt. Primo, sub **tionis ac**  
 iecto. Nā generationis subiectū, materia est; alterationis **alteratio**  
 autē, ens actu. Secūdo, quia generatio secundū substātiā, **nis disci-**  
 sumit; alteratio vero, secundū qualitates. Et de corruptiōe, **men.**  
 vt de generatione, dicat, id tamē; liceret cōcedere, segrega-  
 tione generationes & corruptiōes fieri velociores, cōgre-  
 gatione vero tardiores, vt aquę in minutulas guttas diui-  
 sę; velocior cōcitatioq; corruptio, & aeris acceleratio ge-  
 neratio, cōiunctę verd atq; in vnum congestę; tardior,

## TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Non ente aliquo, non ente secundū quid. ¶ Nō ens, non ens simpliciter. ¶ Passiones, accidentia. ¶ Ens actu, ens simpliciter, hoc aliquid. ¶ Generatio simpliciter, forma substantialis acquisitio. ¶ Generatio secundū quid, accidentis acquisitio. ¶ Spiritus, ventus.

Tres rō-  
nes nihil  
simplici-  
ter gene-  
rari cōten-  
dentes.

**T**ertiu caput continet sex quaestiones, tres quod nihil simpliciter generet, ad primā rationes, earū solutiones, & reliquarū sequentiū quaestionū per ordinē. ¶ Prima quaestio, Vtrū cōtingat aliquid simpliciter generari aut corrūpi? ¶ Tres rationes quod non. ¶ Prima, quicquid trāsmutatione existit, semper ex aliquo est, vt ex magno, paruū: aut magnū, ex paruo, ex laborante, sanū, & ex sano, laborās, & ita in ceteris. Et si quid simpliciter generetur, ex nō ente generabitur. Erit igitur non ens, aliquid. ¶ Secunda, quod generatur secundū quid, ex nō ente secundū quid generatur, vt ex nō albo, albū: & ex non bono, bonū, quod igitur simpliciter generabitur, ex non ente simpliciter generabitur, quod impossibile est. ¶ Tertia, aut simpliciter generatio est ex nō ente simpliciter, aut non ente aliquo, vt nō albo, non bono. Non ex nō ente aliquo, quia haec secundū quid generatio est, Erit igitur ex simpliciter non ente. Et tunc aut nō ens negat substantiā: aut vniuersaliter secundū vnūquodq; praedicamentorū, vt substantiā, quantū, quale, & ita in ceteris neget ens. Si neget substantiā, erit substantiæ ex nō substantia generatio, & cū sit substantia, impossibile est aliquid aliū esse ex quo fiat: alioqui essent passiones à substantijs separatae, & ex nihilo aliquid fieret, quod est impossibile. Et id idē manifestū sequatur, si non ens vniuersaliter neget. ¶ Rationibus adhibēda responsio. Dicimus vno modo ex non ente simpliciter: nō quidem quod omnino nō sit ens, aliquid simpliciter generari, sed qd non sit ens actu. Alio verò modo ex semper ente: sed potestate quidem, non ente autem actu, aliquid simpliciter generari dicimus. Sed de illo ente quaerunt: cum alicuius substantiae fuerit generatio: an illud ens potestate ex quo fit, non sit actu substantia, sed potestate, actu tamen aut quātum, aut

Rationi-  
bus respō-  
sio.

quale, aut aliquod aliorū? Si neq; substantia actu, neq; quantū, neq; aliquid aliorū actu, sed solū potestate; ex nihilo aliquid generari cōcedere oporteret, quod omnes cōcedere abnuūt philosophātes. Dicimus illud ens neq; simpliciter esse substantiā, neq; ens simpliciter quantū, aut quale, & ita in cæteris. Nā hoc aliqd non est, sed potestate, incōpletaq; substantia existēs: taliter & quāta, & qualis.

II

¶ Secūda quæstio. Quare semper sūt, semperq; perdurant; & simpliciter, & secūdū quid generationes? ¶ Responsio. Vna causa est materia. ¶ Secūda est mouēs, sed hoc, duplex est: vnū em̄ omni tēpore mouēs & immobile existit, alterū vero semper mouens & mobile: quod perpetuo succedentiū generationū, corruptionū, & aliorū motuū causa existit. Et cū quid corrūpitur, in nō ens actu corrūpitur, ens potestate & materiā relinquēs ex qua alterū genereē. Neq; ideo generationū successio perpetua est: quia materia (vt putauerūt aliqui) infinita sit. Nā infinitū actu, existere; impossibile esse sæpius mōstratū est. ¶ Et cū instāt. Si materia finita esset, cū quodlibet genitorū particulā materiæ accipiat: iā cōsumpta esset, aut tandē cōsumēda, defecturaq; cessatio nis generationū causa. Finitū em̄ omne per finitū oblationē tandē absumit. ¶ Prōpta respōsio est, nunq; cōsumendam, defecturamq; esse, quia corruptio vni⁹, generatio est alterius, quod em̄ materiæ in vni⁹ corruptione dimittit, ab altero in generatione sumit, quod cū hoc iterū corruptione, resolutioneq; adueniente dimiserit; ab altero vno aut pluribus primū ad ortum deductis, rursus assumetur.

12

¶ Tertia quæstio. Cur aliquid simpliciter, & aliquid secundū quid generati & corrūpi dicatur? ¶ Responsio. Hoc aliquid, ens est simpliciter: ideo eius generatio & corruptio dicitur simpliciter generatio & corruptio, accidens verò, ens secundū quid, & ad substantiā vt non eius, ideo eius generatio (vt cum sit, aut quantū, aut sciēs, aut vbi) dicitur secundū quid generatio. Itidem & ens corruptio, quēadmodū Parmenides duo ponebat: ignem ens, & terram vt non ens. Ideo ignis generatio (si ita esset) simpliciter generatio diceretur, & terræ generatio, secundū quid generatio. Et hoc existimauerūt generari mā

Secunda  
quæstio.  
Responsio.

Instantia.

Dilutio.  
Genera  
tionis &  
corruptio  
nis eadē  
materia.  
Tertia  
quæstio.  
Respōsio



gis: quod se vt species haberet, vt ignis, terra, & calidum frigidum. Est em̄ caliditas, vt species: frigiditas verò vt eius priuatio. & ignis & terra ad inuicem hoc sese habent modo. Neq; valet quod huic quæstioni exoluendæ afferebāt: huius simpliciter generationē & corruptionem esse, quod magis esset sensibile, quod verò minus: eius esse secundum quid & generationem & corruptionem. Putabant enim magis sensibile, magisq; scibile (sensus enim scientiæ virtutem habet) magis ens esse. Et quomodo res se haberet ad sentiri: ita ad essendi veritatem, quod falsum est. Nam spiritus & aer, minus sensibilia sunt terra. Cum enim trās mutantur in terram, fiunt bene tangibilia & sensibilia, & tamen veriora quàm terra sunt entia, vt quæ plus actus, specieiq; habeant. Sed diuersitas (vt diximus) venit ob prædicamentorum diuersitatem, quia quæ est secundum substantiam, aut generatio, aut corruptio, simpliciter dicitur. Quæ verò secundum aliquod prædicamentorū accid

**Quarta** dentium, secundum quid. ¶ **Quarta quæstio.** Cur semper 13  
**quæstio.** aliquo corrupto fit generatio? ¶ **Responsio.** Quia corrup

ptio est in non ens, & generatio ex non ente, quod quidē est ens pura potestate. Hinc merito nunc casura est generatio, vt quæ sit ex non ente, qd sine specie esse nō possit.

**Quinta.** ¶ **Quinta.** an illud non ens, in quod fit corruptio, & ex 14  
quo fit generatio: alicui sit contrarium? ¶ **Responsio.** Non,

**Sexta.** nam id non ens, materia est, sed contrariorū successiue est susceptium. ¶ **Sexta.** Nōne eadem est materia vtriusq; 15  
& quod corrumpitur, & quod gignitur? ¶ **Responsio.** Est vt eadem, & est vt diuersa. Subiecto enim, eadem: ratione, non eadem, vt cum ignis corrumpitur & generatur aqua: nunc est hoc contrarium, nunc autem illud, habēs. sunt enim ignis & aqua, contraria.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Sensibile, ens completum, totum. ¶ Corruptio: est à toto in non totum mutatio. ¶ Diaphanitas, perspicuitas, transparentia. ¶ Passio primo: accidens. Passio secundo: sensibilis qualitas. ¶ Subiectum, susceptibile, subiectum inhætionis. ¶ Susceptibile, susceptiuū. ¶ Aliquo modo: vt cui transmutationes inhærent.

16

17

Varitū cap. cōtinet duas conclusiones. ¶ Prima  
cōclusio. Generatio & alteratio, trāsmutationes  
diuersæ existūt. ¶ Nam alteratio est qñ sensibili **Quid al-**  
manēte vt subiecto eodē: ipsum in suis aut con- **teratio.**

trarijs, aut medijs transmutat passionib⁹. vt cū corp⁹ sanū  
est, & deinde idē manens, fit ægrū, quēadmodū, æs, idē  
manēs, nūc rotundū, nūc angulare est. Vnde aliud est sen-  
sibile subiectum, & aliud passio: vt quē illi subiecto inesse  
nata est. Et generatio est mutatio totius in totū, nullo sen- **Quid ge-**  
sibili vt subiecto eodem manente, vt cū ex toto semine fit **neratio.**

18

sanguis, ex tota aqua fit aer, & ex aliquo aere fit aqua: san-  
guinis: aeris, aque est generatio. & seminis, aque, & aeris,  
corruptio. Et maximē deprehenditur generatio: quando  
id totum in quod quippiam trāsmutatur, multum tactu,  
aut sensibus omnibus, perceptibile est. vt cum ex aere fit  
aqua. ¶ Secunda. Si in genito manet aliqua passio quæ  
fuit in corrupto: secundum illā nō est transmutatio. ¶ Vt  
si ex aere fiat aqua, & frigiditas quæ fuit in aere, eadem  
maneat in aqua, aut aeris diaphanitas in aqua maneat.  
Nam ea, alteratio non erit. cum non fiat alteratio, toto in  
totum mutato, quod ibi accidit. Neq; generatio, nam nō  
fit generatio suscepta passione, vt si immusicus homo fiat  
homo musicus, eodē semper homine manente & musica  
existente passione, alteratio est. Si verò nullo vt subiecto  
manente eodem sensibili, fieret mutatio, & musica & im-  
musica passionēs nō essent: esset huius generatio, illius ve-  
rò corruptio. At cū fit secundum passionem aliqua muta-  
tio: generatio nō est, sed secūdm quātitatem est augmen-  
tatio, aut diminutio. secūdm qualitatem: alteratio. & se-  
cundum locū: loci mutatio. Et generationis subiectū: ma-  
xime ppriē materia est. Alijs vero mutationibus, aliquo  
modo: quādoquidē omnes in se suscipit contrarietates.

#### QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Separatum, non quantū. ¶ Augmentatio: est cum nu-  
tricatione quantitatis incrementum. ¶ Diminutio verò  
confimili modo quantitatis diminuentum. ¶ Nutrica-  
tio alimenti est in aliti substantiam conuersio. ¶ Nutrica-  
tio, nutritio, alitio. ¶ Additamentum, maioramentum.

¶ Quælibet pars, pars homœomera, vt os, neruus, & a  
nomœomera vt caput, pes, manus. ¶ Pars homœomera;  
est quæ omnes sui partes similis secum habet denomina  
tionis. ¶ Anomœomera: quæ non habet suas partes simi  
lis secum denominationis. ¶ Esse, ratio.

**Q** Vintū cap. cōtinet octo conclusiones. vnā quæ  
stionē. & duas ratiōes ad primā. vnā quæstionē  
ad secūdā. duas rōnes & vnā instantiā ad tertiā.  
vnā quæstionē ad quartā. tres rationes & sex au  
gmentationis condiciones, & vnū corollarū ad octauū.

Augmen  
tationem  
ab alijs  
motibus  
differre.

Augmen  
tatiōis cū  
alijs mo  
tibus cō  
ueniētia.

Augmen  
tationem  
non fieri  
cōiūctū.  
& non  
quanto.

¶ Quæstio. An augmentatio ab alijs motibus differat. 19  
¶ Prima conclusio. Augmentatio ab alijs motib<sup>9</sup> differt. 20  
¶ Primo. Quia generatio & corruptio, sunt secundū sub  
stantiam. Generatio quidem. vt cū ex potentia substantia,  
fit actu substantia. corruptio: ediuerso. Alteratio secundū  
qualitatem: & motus localis, secundū vbi. Augmentatio  
verō & diminutio: secundū quātitatē. Est igitur augmen  
tatio, ab alijs mutationibus altera. Conuenit tamen cum  
cæteris. quia sicut in illis ex eo quod erat potentia, fit vt  
fit actu: ita & in augmentatione. ¶ Secundo. Secundum  
transmutādi modorum diuersitatē. quia quod generatur,  
quod corrūpit, quod alteratur: omnino non oportet mu  
tare locum. quod autē augetur: oportet aliquo modo. Et  
quod secundum rectum fertur: omnino locū demutat. Et  
quod circūfertur: semper eundem locū seruat. Quod verō  
augetur: neq; omnino demutat, neq; eūdē semper seruat.  
sed primo habet arctiorē: postea verō ampliorē. Et quod  
diminuit: ediuerso ab ampliore euadit in arctiorē. differt  
igitur augmētatio, ab alijs mutationibus. ¶ Secūda quæ  
stio. Cum augmētatio & diminutio sint circa quātitatem  
vt magnitudinē: an fiant ex corporeo potentia & incorpo  
reo actu: & si ex corporeo: an illud corporeū ex quo fiant,  
a subiecto & materia sit seiunctum, an ne potius materiæ  
non fieri cōiūctū. ¶ Secūda cōclusio. Augmētatio nō fit ex aliquo  
ex aliquo separato. ¶ Non enim fiet ex aliquo separato nō existēte  
separato in aliquo. nam nō esset in loco. vt neq; punctum. sed tunc  
& non quid erit: an vacuū, an insensibile corpus? Sed id ex quo  
aliquid generatur: in loco est. Igitur id ex quo aliquid au

21

22



get, minimè separatū est. Neq; quidem id separatū in alio quo existit. ¶ Primo. q̃a augmētatio fieret ab illo separatō abstracto ab illo in quo esset. cū nihil esset illius in quo esset. vt neq; vas, aliqd vini qđ in ipso est, cum ipsum ab ipso vase extrahat. hoc autē nō. nā nō fit sine partiali corruptione & partiali generatione. ¶ Secundo. Quia nihil prohiberet hoc modō simul infinitas esse materias. quare & idē ex infinitis simul generari: si admittant augmentatōne adiectā generationi. ¶ Tertia cōclusio. Meli⁹ est sentire augmētationē & generationē ex vno numero eadēq; inseparata materia fieri: ratione verō, non vna. ¶ Primo. Quia vt fiat augmētatio: aliquo adueniēte corporeo aut incorporeo, necesse est. Non autem fit ex incorporeo: fit igitur ex corporeo, & hoc quidē, coniuncta, inseparataq; materia est: ex qua pariter fit generatio. Fit enim generatio: ab aliquo ente actu aut homogeneo aut heterogeneo, vt ignis ab igne, & homo ab homine. & substantiæ corporeæ materia, re ipsa & actu inseparata est: ratione atq; cogitatione separabilis. ¶ Secūdo. Augmentatio est præexistentis quātitatis additamentum nutritioni cōiunctū. & diminutio: præexistentis quātitatis minoramentū. igitur quod augetur, corporeum est: & quod ei aduenit, corporeū. Incorporeū siquidem corpori adueniens: maius ipsum non efficit. Et quod in diminutione subtrahit: corporeum. Nā incorporeo subtracto: non fieret minus. ¶ Instantia. Si quid augetur, & quolibet pars maior fieret: & si minueretur, minor. Et si quid augetur: aliquo adueniente, aut corporeo, aut incorporeo augere. Et si quid minueret: pariter aliquo corporeo, aut incorporeo distracto, & recedēte minueretur. Sed nō augetur aliquo incorporeo adueniēte. esset em̃ quid separatū. Et materiā à magnitudine separatā esse impossibile est. Neq; fiet adueniēte corporeo. nā duo corpora simul erūt, vt qđ auget & auget. Neq; per idem minuetur subtracto incorporeo, neq; corporeo. Nam & corpora se occupassent, aut relinqueretur vacuū. Nō igitur vllō pacto aliquid, aut augeretur, aut minueretur. ¶ Responderunt aliqui augmentatōnem fieri nullo extrinseco adueniente. quēadmodum

Quid autem  
gmētatio  
Quid di-  
minutio.

Instantia.

Rñso.

cū ex aqua fit aer, nullo extrinsecō suscepto fit aeris maior moles. Et cum ex aere fit aqua: nullo subtracto fit minor. Sed hoc pacto insufficiēter responderūt. ¶ Primo. Quia illic nulla augmentatio vel diminutio: sed vni<sup>9</sup> generatio & alterius corruptio est. ¶ Secūdo. Quia saluare oportet id quod augetur, esse: & eius quālibet partē effici maiore, vt carnē, neruum, & quæ ex illis cōstant. & quod auget: nō perire, sed manere. id autē ipsi nō saluāt. ¶ Tertia quæ 24  
stio. Quid augetur cū apponitur aliquid: an id q<sup>d</sup> appo-  
nit<sup>r</sup> vt cib<sup>9</sup>, an corp<sup>9</sup> cui apponitur, aut vtrūq<sup>;</sup> quēadmo-  
dū cū aquā vino immisces: totum simul redditur maius.  
¶ Quarta cōclusio. Animatū corp<sup>9</sup> cui cib<sup>9</sup> aduenit: au- 25  
get<sup>r</sup>. ¶ Primo. Quia id auget, quod ante & post substantia  
manet idē: hoc autē est animatū corp<sup>9</sup>: & non cibus, neq<sup>;</sup>  
vtriusq<sup>;</sup> cōgeries. auget<sup>r</sup> igit<sup>r</sup> animatū corpus: cui aduenit  
cib<sup>9</sup>. & solū quidē, quemadmodū si parū aquæ fundas in  
vinū, quæ corrupta nō maneat: nō dices aquā effectā ma-  
iore, neq<sup>;</sup> vini & aquæ aggeratam molē, sed vinū, vt q<sup>d</sup>  
solū maneat. ¶ Secūdo. quia si carni adueniat passio, fiatq<sup>;</sup>  
carnis alteratio (semper carne eadē manente) caro cui ad-  
uenit passio: alterari dicūt, & nō ipsa passio. Dicitur igit<sup>r</sup>  
& animatum corpus augeri, cui aduenit cibus: & non ci-  
bus ipse. ¶ Tercio. id augetur, in quo est præcipuum mo-  
uens, in corpore autem animato, præcipuū mouēs est, cor-  
rumpens cibū in cōsimile specie animato, fitq<sup>;</sup> ingrediēs,  
simile specie: & corpus hoc accipiens, maius: auget<sup>r</sup> igit<sup>r</sup>  
tur corpus animatum: & nō quī corrūpitur cibus. ¶ Sex  
Augmen-  
tatiōis cō-  
ditiones  
sex. 26  
augmentationis conditiones. ¶ Prima. idem manet ante  
augmentationē & post. ¶ Secūda. quod augetur, aliquo  
adueniēte augetur: & quod minuitur, abeūte aliquo mi-  
nuitur. ¶ Tercia. eius quod augetur, quælibet pars auge-  
tur. & eius quod minuitur, quælibet pars minuitur. Au-  
gentur enim anōmōmera: cum homōmōmera augentur.  
Nam ex homōmōmeris, anōmōmerū vnumquodq<sup>;</sup> cō-  
positū est. ¶ Quarta. vt aliquid augeatur, non est consti-  
tuendū vacuū. ¶ Quinta. neq<sup>;</sup> vt sit augmentatio, corpo-  
ra se in eodē loco occupare necesse est. ¶ Sexta. augmen-  
tatio non fit incorporeo adueniēte. Et his ex sequētibus

Corp<sup>9</sup> cui  
cib<sup>9</sup> adue-  
nit auge-  
ri.

clariorib<sup>9</sup> factis obiectiōis ppositæ patefacta erit solutio.

- 27 ¶ Quinta cōclusio. Augmētatio fit aliquo adueniēte secū  
dū speciē: & nō solū secundū materiam. ¶ Nā adueniēte Quid dī  
aliquo secundū speciē: & mai<sup>9</sup> totū efficiē. secundū autē mai<sup>9</sup> cū aduer  
teriā, non. Aduenit enim aliquid secundū speciē: cū similē niēte secū  
formā & speciē rei (cui eduenit) obtineat. Secundū mate dū speciē.  
riā verò: qđ similē retineat materiā, speciē verò non. Quē Quid ses  
admodū si aliqua mēsurā cōtinue aquā aquę succedentē cū dū ma  
meriatur: quę continue aduenit, idem secundū speciem teriam,  
est. ita si adueniens ossi, ossis formā accipiat: & carni, for  
mam carnis: quod aduenit, dicitur secundū speciē. Quod  
si succederet aquę non aqua, & ossi non os, & carni non  
caro: quod adueniret, secundū materiā diceretur, & non  
aliquid secundū speciem & formam. Et quę sunt secundū  
formā, & quę secundū materiam, in aliquib<sup>9</sup> facilius de  
prehenditur. vt anomœomeris. vt viuentis manus cū au  
getur. Et hinc fit vt mortui magis videatur esse caro &  
os, qđ manus & brachiū: qđ speciei discrimē in anomœo  
28 meris apertius, manifestiusq; sit. ¶ Sexta. cib<sup>9</sup>, aucto con<sup>9</sup> Cib<sup>9</sup>, au  
trarius est. ¶ Nam aucti specie, ipsum in consimile specie cō con  
trāsmutari oportet. vt si sicco adueniat humidū: trāsmutat<sup>9</sup> trarius,  
bitur in siccum. Fit enim augmentatio, aliquo secundum  
speciem adueniēte. Id autem esse nō potest, cibo nō exis  
tente contrario. nam contrariorū propriū est, ad inuicē  
agere atq; pati: & alterum ab altero corrumpi. Cibus igit<sup>9</sup>  
29 tur aucto existit contrarius. ¶ Corollarium. Vnde fit, vt Corp<sup>9</sup> sū  
quod augetur: vt simili & vt dissimili augeatur. ¶ Nam mili et dis  
augetur dissimili in principio: quia cōtrario. & in fine sū simili au  
30 mili, quia secundū speciem. ¶ Septima conclusio. Cibus getur.  
talis est potentia: quale quod incrementum suscepturum  
sit actu. ¶ Quia si ex cibo augenda sit caro: ipsum speciē  
carnis accipere oportet. vt si os: speciem ossis. Et ita quic  
quid augendum sit: illius rei speciem. Fit enim augmenta  
tio: aliquo secundum speciem adueniēte. Est igitur cibus  
potentia talis, quale quod augetur, actu est: attamen actu  
aliud. Fit enim augmentatio, quemadmodum si in vinū  
fundatur aqua, quę mixta in vini speciem corrumpi pos  
sit, vini quantitatem adaugens. Ita digesto alimento &



in corpus disperso: corporis naturam sumit, corpusq; ad  
 auget. Et sicut ignis apposita ligna vrendo facit ignem,  
 atq; in similem substantiā trāsmutat, quia generat: sic cor-  
 pus animatū, coctū cibū in suam conuertit substantiam.  
**C**Octaua. Et sicut quod generat, non est vniuersale quā- 31  
 rum aut singulare, sed hoc vniuersale aut hoc singulare,  
 vt aīal, homo, hic homo: sic quod augetur, nō est hoc vni-  
 uersale aut hoc singulare, sed vniuersale aut singulare quā-  
 tum. **C**Caro enim vt caro: carni adueniens, nō auget: sed  
 illic potius generatio attenditur, sed vt caro quāta, quan-  
 tē carni aduenit: auget, fitq; totum maius. Fit em̄ augmē-  
 tatio: actu adueniente corporeo. Oportet igitur generari  
 & carnem, & quantam carnem, sed secundum quod car-  
 ro, nutrit: secundum quod quanta, auget. Et sic, nutriend  
 & augens, etsi subiecto sint vnum: ratione tamen dissen-  
 tiunt. **C**Corollarium. Vnde fit, vt nutriatur quandiu sal- 32  
 uatur animal: nō tamen semper aut augetur, aut minui-  
 tur. Nam quādiu saluatur, aduenit potentia caro, quæ vt  
 caro, nutrimentum est: non autem semper maius efficere  
 valens, vt enim dictum est, augmentatiuum & nutrimen-  
 tum re ipsa sunt idem: esse autem non idem. Nam secun-  
 dum quod aduenit potentia quanta caro: augmentatiuum  
 est, secundū vero quod solū potentia caro: nutrimentum,  
 Et sicut aquæ abūdatia vino infusa & mixta: vinū aqueū  
 facit & aquam, sic adueniente formæ multa potentia: vir-  
 tus eius debilitatur, & fit diminutio. & quanto plus po-  
 tentiæ: tanto materialior. & quanto minus: virtus ei⁹ va-  
 lentior: fitq; tunc augmentatio. semper tamen & in aucto  
 & diminuto saluatur species, Sed de augmentatione &  
 diminutione hætenus.

## SEXTI CAPITIS ANNOT.

**C**Actio, factio. **C**Agens, faciens.

**S**Extū cap. cōtinet duas cōclusiones. & quatuor mo-  
 dos act⁹. **C**Prima cōclusio. Determinare cōuenit de  
 ipso facere atq; pati. **C**Nā de gñatione elemētorum  
 hic intēdimus, nullo aut faciente & patiente, nō cōtin-  
 gitea generari. Dicūt em̄ aliqui ea per cōgregationē ge-  
 nerari, & qui plura admittunt, vno (vt rectē vult Dio)

genes) communicantia: faciendo & patiendo generant. Nam si ex vno non essent: non adinuicem agerent & paterent. ut calidum non frigeret, nec frigidum calefieret. Caliditas enim in frigiditate non transmutatur: sed horum una subiectam naturam quae ea in transmutatione recipiat, esse necesse est. non tamen hoc necesse est esse quocumque in alterum agente: sed quibuscumque adinuicem agentibus & patientibus, ita euenire necesse est.

34 ¶ Secunda. De tactu itidem agendum est. ¶ Nam de actione & passione determinandum est. At aliqua adinuicem agere & pati proprie nequeunt: quae adinuicem tangibilia non sint. determinandum igitur est de tactu. Et quia tactus, actione & passione prior est (nam quaecumque proprie agunt & patiuntur: tangunt. non autem quaecumque tangunt: agere & pati adinuicem & pati. necesse est) priorem tactus facimus determinationem. Et quia homonymum est, ut fere vnuquodque aliorum nominum, mo-

35 dos eius declarabimus. ¶ Quatuor modi tactus. Hae se Primus mo-

angunt primo, quae adinuicem determinatas magnitudines & positionem habentia: simul habent vltima. Et ad tactum hoc modo: haec tria positio locus & eorum vltima simul esse, requiruntur. quo pacto & Mathematica, siue separata sint, siue non tactum habere concedendum est. ¶ Secundus. Tangentia secundo sunt: quae diuersas magnitudines habentia, & sua vltima simul, adinuicem agunt & patiuntur. Et hic modus tactus, est proprius. Et ad hunc modum haec quatuor requiruntur: diuersarum magnitudinum positio, locus, eorum vltima esse simul, & adinuicem esse actiua & passiuia. Et quia grauius & leuius, diuersas habent magnitudines & loca, leue sursum, & graue deorsum. & simul vltima, & simul adinuicem sunt actiua & passiuia: idcirco talia proprie tangere dicuntur. ¶ Et quemadmodum mouentium, quoddam est quod mouetur, & quoddam est immobile: ita facientium quoddam est mobile, & alterum immobile. Nam (ut inquit) faciens est mouens, & facere mouere. Differunt tamen ut faciens dicitur ad patiens. Nam omne mouens hoc pacto faciens esse, impossibile est. Faciens enim solum secundum passiones dicitur, sic cum hoc in loco utimur. est autem faciens secundum passiones mouens. Et mouere: in plus & magis commune est. ¶ Tertio. Se tangunt: quorum

Tertius.

diuerfarum magnitudinum, vltima sunt simul, & alterum mouet, ab altero immobile mouēs, & alterum mouetur.

**Quartus.** ¶ Quarto. Tangit id cuius vis in alterum transiit: etsi tantum hoc modo tangens nō attingat. quo pacto solemus dicere molestiam & tristitiā amaritudinem nos tangere; nos autem non tangere tristitiā. Et hæc de modis tactus. De factione & passione nunc agendum est.

### SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Agit, facit. ¶ Media sub cōtrarijs, quæ extrema sunt, cōprehēdim⁹. Homogenea: quæ sub eodē genere collocata sunt. ¶ Principiū vnde motus, efficiēs. ¶ Habit⁹, species, forma. ¶ Calidum separatū, caliditas à materia seiuncta.

**S**eptimū caput continet duas de actione & passione opiniones, octo conclusiones, duas rationes ad primam, duas ad secundam, & vnum corollarium ad octauam. ¶ Dux de actione & passione opiniones. 36

**Prima de actione & passione opinio.** ¶ Prima est dicentium: omne simile à simili passionis esse immune. quia non est cur vnum potius agat, & alterum patiat. Dissimilia autem adinuicem facere & pati. Hinc paruum ignē à magno pati concedūt: quia paruum & magnū cōtrariantur. ¶ Secūda est solius Democriti dicētis simile facere in simile, & simile pati à simili. Et si qua alia adinuicem faciant & patiantur, hoc nō est vt dissimilia sunt: sed vt eis aliquid cōe existit. Et hæc opiniones sunt quodāmodo subcōtrariæ: & verū est, quodāmodo omne simile à simili impassibile esse & quodāmodo pati posse. ¶ Prima 37

**Simile ab oīno sibi nō pati.** ¶ cōclusio. Omnisfariam simile omninoq; indifferens: à suo omnino simili pati, irrationabile est. ¶ Primo. Quia nō est cur hoc potius agat, & illud patiat. quare idē secūdam idē oporteret agere & pati. ¶ Secūdo. eadē ratione concedas, idē agere in seipsum & pati à seipso, hoc autē, falsum. Nam quicquid mouetur: vt ab alio moueat⁹, necesse est. Et si omne simile secūdam quia simile, actiuum esset: omne

**Dissimile ab omni non pati.** ¶ seipsum moneret, & nihil daretur immobile. ¶ Secūda. 38

¶ Omnisfariam dissimile atq; alterū, in suū oīno dissimile nō agit. ¶ Primo. quia albedo nō agit in lineam, neq; linea in albedinē. & hoc quia sunt omnino dissimilia. nisi forte dixeris per accidēs, quia accadat, lineam esse albā aut nigrā.





patiens. ¶ Septima. Quæ non communicant in materia, 43  
 in agendo nõ repatiuntur. quæ verò communicant, sunt  
 repassibilia. ¶ Ut medicina cū sanitatem faciat, nihil à reci  
 piente sanitatem repatitur, quia in materia cum sano non  
 cõmunicet. & cibus repatitur, quandoquidem eandem  
 participet naturā. Et huius causam assignamus. Quia for  
 ma, principium est faciendi: & materia principium patien  
 di. & eadem, contrariorū susceptiua est. Et præsentē calefa  
 ciente, ipsam calefieri necesse est: & frigefaciente, frigefieri.  
 Quæ igitur materiam non habent, principium non habet  
 patiendi. Quæ vero habent eandē, principiū vnūquodq;  
 habet patiendi. Contingit igitur, illa dum faciant, repati.  
 ¶ Octaua. Principium vnde motus, efficit: & non finis, 44  
 ¶ Nam efficiens in passum inducit speciē, qua præsentē  
 cessat motus. Præsentibus enim habitibus, non transmuta  
 tatur amplius aliquid: sed iam cõsummatum existit. Finis  
 autem vt sanitas non efficit, nisi secundum metaphoram.  
 ¶ Corollarium. Vnde fit, vt elementa, ignis, aer, aqua, terra: 45  
 habeant suas passiones, calidum, frigidum, humidum, &  
 siccum in materia. Nam agunt, quia speciem habent: &  
 adinuicē patiuntur, quia materiā. Est enim materia vt ma  
 teria, passiuā. Et si esset aliquod calidum separatū, aut ali  
 quid talium (quod fortē impossibile est) ipsum impassibi  
 le esset, neq; talia abinuicem essent repassibilia.

## OCTAVI CAPITIS ANNOT.

¶ Transparentibus, translucētib; perspicuis, diaphanis,  
 ¶ Positio, opinio.

**O**ctauū cap. cõtinet quatuor de modo agēdi opi  
 niones. quinque cõclusiones. quatuor rationes ad  
 quartā. & tres ad quintā. ¶ De modo agendi &  
 patiēdi quatuor opiniones. ¶ Prima est Empedo 46  
 cles, dicētis passionē fieri p poros: illos principali subeunte  
 agēte. & sic visionem, auditionem, & sensationem omnē  
 fieri. vt aere & aqua transparentibus, nostros subeuntibus  
 poros. & mixtionem rerū adinuicem fieri, cum ipsarum  
 Democri adinuicem sint cõmensurabiles pori. ¶ Secunda est De 47  
 tus, mocriti & Leucippi, facientium corpora indiuisibilia, o  
 Melissus, mnium principia. ¶ Tertia est Melissi, asserentis tantū esse 48

vnū ens, immobile & infinitum. Immobile quidē, quia si moueret, recipere in vacuo. vacuū autē nihil est. Infinitū autē, nā si finitū esset, ipm ad vacuū finiri oporteret. vnū vērū, & nō multa. qā si diuersa essent, oporteret ipsa intercepro vacuo esse diuisa. Et si diuisibile esset, oporteret ipm vbicq; diuisibile esse. & sic nihil esset vnū: quare neq; multa. His & cōsimilib<sup>9</sup> rōnib<sup>9</sup> mouebat Melissus. Sed per simile dementiæ esse videt<sup>r</sup>: vnū, & glaciē, & ignem existimare. Et quæ bona apparentia, & cognoscēdi cōsuetudo facit diuersa videri: tanta mētis infania volunt nihil differ

49 re videri. ¶ Quarta est Platonis, ponentis corpora ex suis Plato,  
50 perficiebus, & in superficies resolui. ¶ Prima conclusio.

44 Leucipp<sup>9</sup> Melisso rationabiliōres habet sermones. ¶ Nā Leucippus cognita sensu non negabat, neq; generatiōes, corruptiones, & alios motus, & entū multitudinē. quāuis admitteret vacuū, quod nō esset principaliter ens sed plēnū, dicebat enim, infinitas esse atomos: ob suæ molis, suiq; tumoris paruitatē visui imperuīas. quæ collectæ generant, & dispersæ corrumpant: & quæ attactu patiātur & agant, & quæ volitent in vacuo. Hæc autē Melissus negabat omnia: & neq; motus vllos saluare moliebatur, neq;

45 ¶ Si rerum apparētias. ¶ Secunda. Itidē & Empedocle. ¶ Nā Empedoclis dicta sequi videntur Leucippum: & sentire quod sentit Leucippus. Dicit enim Empedocles, passio- nem & alterationē omnem fieri per poros, ne corpora se occupent. & augmentationem per poros, subintran- tibus solidis. & hoc est introducere vacuū, vt fiat actio & aug- mentatio: vt facit Leucippus. & Leucippus elementorū, ignis, aeris, aquæ, & terræ, nitebatur saluare generatiōē & corruptionem. Empedocles vērū solū vsq; ad elemen- 46 ta, generatiōes & corruptiones concedit. elementorum autem (cum ipsa prima sint, & priora non habeāt ex quib<sup>9</sup>

52 bus fieri queant) non concedit generatiōem. ¶ Tertia conclusio. Plato & Leucippus diuerso modo sentiunt. ¶ Nam plato ex indiuisibilibus & finitarū figurarum superficies corpora cōponit: & generatiōē ipsarū con- 47 cretione, corruptionē vērū secretionē saluare intendit. & hoc per contactū fieri, vacuū non concedens. Leucippus 48



aut ex infinitis solidis, infinitis figuris terminabilib<sup>9</sup> corpora componi dicit. & ipsorum collectione, generationem; disunctione autē, corruptionē fieri. Et duob<sup>9</sup> modis agere, vacuo & cōtactu, sed nō esse magnitudines (vt superficies) indiuisibiles, aliās determinatio facta est. Ampli<sup>9</sup> tamē hęc adiiciemus. ¶ Quarta. Leucippi positio, irrationabilis putāda est. ¶ Primo. Quia ponit indiuisibile pati per vacuū, quod esse nō potest, & indiuisibile, nulli<sup>9</sup> passiōis actiuū est. Et figurę, vt circulari, attribuit calidū, sed cui frigidū ei<sup>9</sup> cōtrariū, aptabit<sup>r</sup> cui humidū, siccū, durū, molle, graue, & leue, & vnāquāq; reliquarū passiōnū. Et solas figuras putare actiuas & cōtrarijs determinatas, inconueniens est. Nam aut eadē determinaret sibi cōtraria: & sic contraria essent in eodem, aut diuersa, & sic ostenderet illa impartibilia solida nō esse natura similia. Hęc itaq; inconmoda sequuntur eos qui ponunt impartibilia corpora. & Plato superficies ponēs impartibiles, rarefactionem nō interueniente vacuo saluare non poterat. ¶ Secūdo. Quia inconueniens est, ponere parua corpora indiuisibilia: & magna nō, quāuis magna facillē constringatur atq; diuidatur: parua autē difficilē, indiuisibilisq; naturam magis imitentur. ¶ Tertio. Aut omniū talium solidorū vna est natura, aut diuersa. Si vna, cur nō omnia simul coeunt (vt aqua aquę, opposita: nulla figurę varietate prepediente) & vnius naturę corp<sup>9</sup> conflant: vt ignem, aerē, aquā, aut terram. Sin diuersa ipsis fuerit: potius ipsa actionū & passionum, quam suę figurę causa ponēda est. Quę enim diuersa sunt natura, adinuicē agunt & patiuntur approximata. ¶ Quarto Leucippus inquit ea moueri in vacuo. Sed queritur: an moueant à se. Nō id afferet. Quia aliud est mouens & motum: & ita diuidetur in partem mouentem & motam. & sic pugnantia admittet circa idem, atomum esse partibilem & impartibilem. Et non erit (vt volunt) materia hoc aliquid & vnum numero: sed solū potentia. Nec quidē ab ijs, quę extrinsecus sunt mouebū<sup>r</sup>. Passio nō tur: cum sint omnium prima. ¶ Quinta conclusio. Passio 54 fit per poros. ¶ Primo. Quia aut sunt pleni, & tūc superflui sunt, por

tuū enim & per alterū corporis plenū eadē ratione fieri, aut vacui, hoc non cōcedit Empedocles. Sed quomodo per poros cōtingit sentire? vt videre, audire: cū per plenū (vt dicunt) nō contingat transparenere. Igitur neq; per poros, si plenus fuerit vnusquisq;. Neq; valet dixeris, poros illos esse vsqueadeo exigua vacua, vt corpus aliquod recipere non possint. Nam ridiculū est, paruum existimare vacuum, & non posse esse magnum, nihil enim aliud esset vacuum, quā corporū regio. quare quāta corporis moles, quantusq; tumor fieret: & tantū ipsum vacuum esse necesse est. ¶ Secundo. quia si passio non fiat contactu, suo persuumt pori. Introducunt enim eos ad hunc finem, & si contactu, identidem, nam sine poris contingit fieri contactus. ¶ Tertio. corpora sunt diuisibilia: igitur non sunt introducendi pori vt agant & patiantur. Nam diuisione separari possunt: & non minus corpora pati.

#### NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Pars, pars secundum dimensionem sumpta, pars qualitatiua.

- 55 **N** Onū cap. cōtinet quinq; actionis & passionis cōditiones positionibus quinq; explicatas, & tria corollaria. ¶ Quinq; actionis & passionis conditiones. ¶ Prima. patiens tale est potētia, quale agēs actu. ¶ Secūda. patiens nō modo secundū hāc partē pati & nō secundū illā: sed secundū quodlibet sui. ¶ Tertia. magis dispositū: magis patit, sitq; magis tale. & minus dispositū, minus. ¶ Quarta. nullum patiens cum agente cōtinuū, coalitumq; ac vnum est. ¶ Quinta. agēs sic propinquum factum debet esse passio: vt tangat ipsum, aut ea quæ inter se & illud sita sunt. nam tametsi ignis longe distet, calefacit tamen, calefaciendo prius coniunctum aerem, & deinceps aeris medio distantia corpora. ¶ Primum corollarium. Vnde fit, vt continui pars quælibet, diuisibilis existat. Nam secundū quodlibet sui pati natum est. quod autem tale est: vt diuisibile sit necesse est. Est igitur continuum, secundum quodlibet sui diuisibile. non igitur erūt insecabiles superficies & indiuisibilia solida, continua & Physica corpora constituentia. ¶ Secundum. Fit etiam,

Actionis & passionis proprietates quæque.

Quælibet pars cōtinui diuisibilis est.

vt inconuenienter credant nihil generari, nihilq; corrupti  
posse, non scissis corporibus. vt vbi sit corporum congregatio atq; segregatio. Nam videmus idem corpus indiuisum manens & continuum: nunc humidum, nunc coagulatum, nunc durum. Neq; oportet (vt etiam fatetur Democritus) apponere, remouere, aut tactu cōuētere & transmutare: cum ex humido fiat coagulatum. ¶ Tertium corollariū. Non sit etiam atomorum collectione. Nam non quælibet pars, aucta redderetur. & augmentatio non esset nisi quædam iuxta positio: & neq; opus vllum esset transmutante, quæ falsa sunt. His positis de generatione, corruptione, alteratione, augmentatione, actione, & passionē, & nunc ad mixtionem nos transferamus.

#### DECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Virtus, species, forma. ¶ Mixtione contemperatum mixtum. Est autem mixtum: quod ex miscibilium contemperamēto confurgit. ¶ Medicina, ars medandi. ¶ Potentiæ & virtutes dicuntur æquatæ: quando vnum alterum non sufficit corrumpere. ¶ Benè terminabilia: quæ male proprio clauduntur termino, sed benè alieno, suntq; facillè diuisibilia. ¶ Mixtio: miscibilium alteratorum, in vnum, æstium transitio.

**D**ecimū cap. cōtinet septē cōclusiones. & quæ sint benè miscibilia post septimā. ¶ Prima conclusio. Scrutari opportunū est, qd mixtio, qd miscibile, sit ne mixtio, aut id qdē impossibile: & si sit, quomodo sit. ¶ Nā de mixtione determinare nos antè pmissimus: cuius quidem his solatis facillè dilucebit cognitio. Sunt enim quæ ipsam non esse, apparere faciāt. Ita enim

**Rō mixtionē nō possibile posueris, aut ea quæ miscentur manent, & tunc esse contendens.** argumēto id moluntur aliqui ostendere. Si mixtionem non plus mixta, quā prius dicere possis, aut corrupitur omnia, sed quomodo ea quæ nō sunt, dices esse mixta: aut vnum saluatur, & alterum non. Neq; hoc quidem, nam quod non est, misceretur. & miscibiliū vt consimiliter sese habeant, consimilis eademq; ratio. Non videtur igitur, quo pacto possibile existat, vt sit mixtio. Ita argumentatur, sed huius ex sequentibus prompta deprehenditur.



- 60 datur solutio. ¶ Secūda. Mixtio differt à generatione, alteratione, & augmētatione. ¶ A generatione quidem quia materia suæ formæ nō miscet̃. vt ignis cū exardescit lignū, ligno non miscet̃: sed hic generat̃, illud corrūpit̃. fit em̃ generatio, forma potentię adueniente. Ab alteratione quia passio suo subiecto nō miscetur: vt albedo corpori, figura ceræ, tumor figuræ, disciplina animæ. Vniuersaliter enim, passionēs & habitus, rebus mixta esse, impossibile est. Ab augmētatione itidē. nā cibū corrumpi oportet: simileq; aucto generari. Vnde fit, vt malē senserint qui crediderunt omnia quādoq; simul fuisse mixta. Nā nō omnia sunt miscibilia, sed ea tātum quæ sunt separabilia. Passionē autē à subiecto separari, impossibile est. ¶ Tertia cōclusio. Mixta, Mixta sō in tertio nō actu manēt, sed potētia. ¶ Nam quædā sunt lū manēt actu, & quædā potētia. & quod miscibilia actu manere potētia, non debeant vt actu albū: hoc præactū consiciebat argumentū. Quod verē potētia maneāt, statim est perceptum: quia sunt separabilia. Neq; enim corrumpuntur ambo, nec alterū: sed saluatur virtus eorum. ¶ Quarta. Iuxta positionē paruorū, vt granorū hordei & tritici, neq; secundum quantitatem minimorum, neq; minimorum secundū sensum, mixtio est. ¶ Nam in tali iuxta positione paruorum, iuxta posita actu manent, non igitur sunt mixta. & quælibet pars mixtione contemperati: homogenea est, nomēq; fortitur idem, & mixta dicitur. quod hic non fit. & nō est secundum quantitatem minimum, non igitur fiet per iuxta positionē talium. Neq; quidē secundū positionē minimorū ad sensum, nam quæ debile visum habēt, mixta essent: acutē vidēti, vt lynceū habēti oculū, non esset mixtio. Nō fit igitur aliquo horū trium modorū. ¶ Quinta cōclusio. Miscibili Quorū nō est eadē materia: nō est mixtio. ¶ Diximus enī eadē est mixtio, quædā esse actiua, quædā passiua: & quæ in eadē cōmunicat materia, adinuicē esse actiua & passiua. quæcūq; autem sunt mixtione contemperabilia, adinuicē sunt & actiua & passiua. Eorū igitur est eadem materia. Etenim quibus, eadem non communis existit potentia: non patiuntur adinuicem, neq; miscentur, vt medicina facit sanitatem; sed neq; patitur, neq; miscetur sanitati. ¶ Sexta cō-

clullo. Multa paucis & magna paruis apposita, nō faciū  
mixtionē. Nam alterū transmutatur: corruptumq; ab it  
dominās, vt gutta vini mille millibus amphoris aquæ nō  
trāsmutē. quia protinus soluatur species, trāsmuteturq; in

Quæ sunt aqua. ¶ Septima cōclusio. Quæ potentijs æquantur, con  
miscibilia trarietatem habētia & benē terminabilia, miscibilia sunt. 65

¶ Quia cū potētix sunt æquatæ, non transmutabuntur  
à sua natura: sed contemperabūt idem tertium, vtriusq; na  
turam quodammodo in se retinens. Et quia contraria,  
adinuicem erunt & actiua & passiuā. & quia benē termi  
nabilia, facillē erunt diuisibilia, & facillē se iuxtaposita con  
temperabunt. & facilius parua paruis. Nam parua paruis  
adiacentia, facilius se commiscunt, & se diuidendo tran  
eunt. multum verò multo cōiunctū, tardius id operatur.

Quæ sunt ¶ Quæ sunt benē miscibilia? ¶ Bene miscibilia sunt hæc, 66  
bene mis benē terminabilia (vt humida, nō glutinosa, vt vnctuosā)  
scibilia. & benē contrapatientia. Quorū enim vnum fortiter con  
trapatitur & resistit, & alterū tenuiter: non sunt benē mix  
tionī apta. Hinc fit vt xs stanno nō bene misceat. Nā stan  
num æri debiliter contrapatitur resistēdo, in tenuesq; fu  
mos euanescit: solum colorem relinquens. Et ex his, quid  
mixtio, quæ miscibilia, quomodo possibilis existat, con  
temperantiaq; nō corrūpi, non actu manere, neq; esse cor  
porum cōpositionem, neq; minimorū secundum molem,  
neq; ad sensum: dictum est sufficienter.

¶ Paraphraseos in primum de generatione &  
corruptione, Finis.

PRIMI CAPITIS PARAPHRA  
seos in secundum de generatione & corruptione, Annot.

¶ Planities, superficies.



Secundus liber de generatiōe & cor  
ruptione continet vndecim capita.  
Primum cōtinet tres cōclusiones, de  
materiali principio nouē opīones  
post primā, tres rationes ad tertiam.  
& Aristolicā de materialibus princi  
pijs rerum naturalium sniam. ¶ Prima  
conclusio. Post ea quæ de mixtione, facere & pati, tactu,  
augmentatione,

augmētatione, alterationē, generatione, & corruptione, quomodo fiant, & quomodo differāt dicta sunt reliquū est de vocatis, elemētis cōsiderare. ¶ Nam generatio & corruptio: omnibus natura cōstantibus, nō sine illis cōuenit sensibilibus corporibus. ¶ Nouē de principio mater

2 riali opiniones. ¶ Prima, est ponentiū ignē, omnium esse rīa, opī materiale principium. ¶ Secunda est ponentium illud esse niones aerē. ¶ Tertia, aquā. ¶ Quarta ponentium id ignis, aerisq; nouē, mediū. & hi tantum vnū ponebāt materiale principium.

¶ Quinta, ponentium duo, vt ignem & terram. ¶ Sexta, ponentiū ignem, terram, & aquam. ¶ Septima, ponentiū itidē tria, ignē, terrā, & tertiū aerē. ¶ Octaua est Empedo

66 clis, quatuor esse ponētis: ignem, aerem, aquā atq; terrā: ex cles, quibus adinuicē cōgregatis & segregatis fit generatio &

corruptio, & vniuersaliter ex primis principijs debere fieri generationē & corruptionem. ¶ Nona est Platonis, di

3 Platonis quatuor elemētis ab Empedocle nominatis ponētis in Timæo materiā priorē (quā dicit Pandeches) omnib<sup>9</sup> receptaculū reb<sup>9</sup>. ¶ Secūda conclusio. Peccāt corpus sen

Non est 3 sibile præter quatuor elemēta, medium ponentes. ¶ Quia sensibile illud ponunt infinitū. & nullū sensibile corpus sine cōtra corp<sup>9</sup> sim

4 rietate esse potest. erit igit, aut leue, aut graue, calidū, aut plex præ frigidū, aut aliquid taliū, quod impossibile est. ¶ Tertia, ter elemē

Platonis determinatio in Timæo insufficientiam habet. ta. ¶ Primo. Quia nō determinauit an sua ipsa materia disse

rat ab elemētis. ¶ Secūdo. quia dicit eā rebus subiectam: cōfutatō vt aurū, operibus aureis. Et de ea vt ente actu & altera

tionis subiecto loquitur. at generationis subiectum: hoc aliquid & actu esse, impossibile est. ¶ Tercio. quia eam vi

debatur velle esse planitiem: quod corpora in superficies resoluebat. At verd rerum matrem, primordiale m<sup>9</sup> mate

5 riam: planitiē esse impossibile est. ¶ Aristotelis sentētia de Aristote materia & rerum principijs. Nos dicimus esse rerū sensibi lis snia de

liū, aliā materiā inseparabilem, semperq; vni cōtrariorum rerū prins coniunctam, vicissim contrarijs subijci natam, & ex qua cipijs.

generentur vocata elementa. Et neq; calidū materiam esse frigidū, neq; frigidū calidū: ens potētia. Et hinc fieri vt primo: primum rerū sensibilem principium sit potentia



secundo contraria: vt caliditas & frigiditas. & tertio res  
sensibiles: ignis, aer, aqua, terra: quæ trāsmutantur adinuicem. Non quidē vt vult Empedocles & alij. nam semper  
generatio esset alteratio. sed quia subiicit vicissim eadē na  
tura contrarijs. Et hæc aliās diligentius sumus executi.

## SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Homogenea, syngenea: cognata & eiusdem tribus ac  
generis. ¶ Aliena, non naturalis. ¶ Propria, naturalis.

Secundum cap. cōtinet tres conclusiones. & duas ra  
tiones ad tertiā. ¶ Prima cōclusio. Qualitates tangi  
biles, principia sunt & differētiæ elemētōrū. ¶ Nam  
hic querimus ipsoꝝ (vt sensibilia sunt) principia &  
differentias. Sensibile autem, tāgibile. & tāgibile: cuius est  
sensus tactus. Eorum igitur differētiæ: secundum quali  
tates contrarietatem tactus facientes, sumēdæ sunt. Vnde  
fit, vt neq; albedo & nigredo, neq; dulcedo & amaritudo,  
neq; vlla talium sensibiliū qualitatum cōtrarietas: sit,  
penes quam sumenda sunt elementa. Et quāuis visus tan  
tu prior, & visibiles qualitates tāgibilibus priores: quia  
tamen sensibilibus vt tangibilia sunt: & generationi, cor  
ruptioniq; obnoxia, non cōueniunt, neq; secundum eas

Elemēta elementa sumenda sunt. ¶ Secunda conclusio. Secundum  
solū esse gravitatem & leuitatem hic non sunt sumenda elemēta.  
sumenda ¶ Qualitates enim tangibiles sunt hæc, caliditas, frigiditas,  
secundum tas, humiditas, siccitas, graue, leue, viscosum, aridum, dur  
qualita: rum, molle, asperum, leue, grossum, subtile. Et quod non  
tes tangi sumantur secundum gravitatem & leuitatem: hoc ideo  
biles acti est, quia leuitas & grauitas non sunt tangibiles qualita  
uas & pas tes adinuicem actiue & passiue, secundum quarum actio  
suas.

nam & passionem, elementa adinuicem trāsmutantur.

Elementa autem adinuicem agunt, & patiuntur, & trāsmutantur. Et eas qualitates secundum quas agant & pa

Secundū tiantur & trāsmutantur, querimus. nō igitur secundum  
quas qua gravitatem & leuitatem sumuntur ¶ Tertia conclusio, 8  
lites su Secundum calidum, frigidum, humidum, & siccum: su  
muntur ele menda est differētia: numerusq; elemētōrum. ¶ Primo,  
mētōrum quia secundum has qualitates tangibiles adinuicem agunt  
numer⁹. & patiuntur, secundum illas igitur eorum differētia su

menda est, atq; numerus. Est enim calidū, quod congregat homogenea, & heterogenea seiūgit, vt ignis (quē ad modū aiunt) congregat ea quę sunt eiusdem tribus atq; cognatiōis: & quę alienigenę sunt naturę, separat. Frigidū: quod & syngenea & heterogenea cōiungit & cōgregidū, gat. Humidū: indeterminatum termino proprio, benē terminabile alieno. Siccum: bene terminatū termino pprio, & malē alieno. ¶ Secundo, quia alię contrarietates: & tā midū, gibilium qualitatum differētię: ad has quatuor reducuntur. Quid situr, vt hę: subtile, grossum, viscosum, aridum, molle, durū. cum subtile enim reducitur ad humidū: quodd sit benē repletū. Omnes tātium, quemadmodum humidum tangentia sequens. Et gibiles grossum, ad siccū humidi oppositū, & viscosum, humidi qualitas est, dicitur em viscosum, humidū aliquid passum vt oleū, tes ad Et aridum qđ est humidi patiens defectū, est siccū. Et durū quatuor rum vt coagulatum: est siccū. Et molle quod in seipsum ce reduci, dit: est humidū. ¶ Multifariē tamen dicitur & humidū & Multiplex siccum. Primo humidum, quod alienam humiditatem in esse humi superficie tenet, & id vnum dicatur. Secūdo quod humidū, ditatē alienam tenet in p̄fundo, & id dicatur persusum. Quod verō propriam in profundo tenet, atq; occultam: dicatur coagulatum. Et hi modi ad humidum simpliciter reducuntur: quod propriam & in superficie & profundo retinet humiditatē. Et tot modis oppositis dicitur siccū: Multiplex qui modi ad proprie siccum habent reductionem. Sunt esse siccū, igitur calidum, frigidum, humidum, & siccum primę cōtrarietates, & tāgibiliū differentię, quare & primis corporibus rationabiliter accommodandę.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

Qualitatum cōiugatio: est duarū qualitatum in aliquo eodem conuentio.

**T**ertiu cap. cōtinet vnā conclusionē, duas rōnes ad eā, & sex elemētore pprietates. ¶ Cōclusio. Numerus elemētorū quaternari⁹ est. ¶ Primo, quia quatuor qualitates, calidū, frigidū, humidū, & siccum, (secundum quas diximus sumi debere elemētorum numerum) solum quatuor coniugationes sustinent possibiles: quę sunt, calidum & siccū, calidum & humidum, fri-

Quatuor esse elemēta.

gidū & humidū, & frigidū & siccū. Nā calidū & frigidū,  
humidū & siccū simul cōiungi, cōbinariq; nō possunt in  
aliquo elemētōrū. sunt em̄ cōtraria. & experiētia cognitū  
est, quodlibet aptare sibi duas. vt ignis apparet calid⁹ &  
siccus, aer calid⁹ & humid⁹: aqua frigida & humida, terr  
ra frigida & sicca. Est igit⁹ numer⁹ elemētōrū, quaternari⁹.  
¶ Secūdo, quia null⁹ antiquorū excessit quaternariū ele  
mētōrū: etsi aliqui tātū vnū, alij duo, alij tria posuerint, &  
insufficiēter quidē, nam par est quatuor simplicīū coniu  
gationū differentias, quatuor simplicibus accōmodare cor  
poribus. Est igitur numerus elemētōrū, quaternarius. Et  
qui vnū ponebant; densitate, raritate, caliditate & frigi  
ditate, vt formis, omnia gigni volebant: quibus id vnū  
quod ponebant, vt subiectū & materiā substituebāt. Qui  
duo vt ignem, & terrā: duo dicebant ex vtriusq; simul cō  
temperamento nasci, aerem & aquam. Et qui tria posue  
rūt: tantum vnū medium ex eorū contemperamento nas  
10  
Elemētōrū sci voluerūt, Empedocles autem posuit quatuor. ¶ Sex  
rū pprie elemētōrū proprietates. ¶ Prima. Vnumquodq; elemē  
tates. torum inuenitur nō purum & non simplex, etsi simplicia  
Elemēta talia sint: non tamen eadem sunt, vt quod simile igni nō  
impura. sit ignis sed igneū. Et quod simile aeri: aereū, quod aque:  
aqueū, & terræ: terreum. ¶ Secūda. Ignis est in excellentia  
calidus, vt glacies, in excellentia frigida. Et vt glacies di  
ci potest frigidi & humidī coagulatio: ita & ignis dici  
potest calidi & sicci arsisio. Ideoq; proprium est, ex ipsis  
in suis excellentijs manentibus, nihil posse gigni. ¶ Ter  
tia. Ignis & aeris loca, sunt sursum: & semper sursum tob  
luntur. Et aquæ & terræ loca, deorsum: & semper deors  
Media ele sum feruntur. ¶ Quarta. Media magis extremis; mixta &  
mēta esse impura inueniūtur, vt aer & aqua. Ignis verō in summo,  
magis im & terra in centro: sycerior atq; purior. ¶ Quinta. Secun  
pura. dum vtrancq; qualitatem: ignis aquæ, & aer terræ abit cō  
periturq; contrarius. Et hæc ex contrarijs colligūtur qua  
litatum coniugationibus. ¶ Sexta. Vnumquodq; elemen  
torum vnā quatuor qualitātū, sibi primo & magis des  
terminat, vt ignis est magis calidus q̄ siccus, aer magis  
humidus q̄ calidus; aqua magis frigida quā humida;



& terra magis sicca quàm frigida.

# QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Symbolum, conuenientia. ¶ Elementa symbolica, ele- Quid ele-  
menta symbolum habentia: sunt autē ea quæ altera qua- mēta sym-  
litate discrepant, & altera conueniunt. ¶ Qualitates: cali- bolica.  
dum, frigidum, humidum, siccum. ¶ Non symbolum ha- Quid nō  
bentia: quæ utraq; discrepāt. ¶ Vno corrupto, vna qualis symboli-  
tate corrupta. ¶ Vnum alterum, vnum alterius rationis ca-  
& naturæ. ¶ Duo, duæ qualitates.

- Vartū cap. cōtinet quinq; cōclusiones. duas rō-  
nes ad primā. & vnū corollariū post quintam. Elemēta  
¶ Prima conclusio. Corporū simplicīū alterna ad inuicē  
est generatio. ¶ Primo quia id sensu cōpertum generari  
habemus, vt elementū ex elemento gigni cognoscamus. & corrupi  
¶ Secūdo, quia eorū est mutua alteratio: vt quæ ad inui-  
cem agant, patianturq; igitur & generatio. Sed queres an  
¶ quodlibet gigni queat ex quolibet? ¶ Secūda. Elemēto-  
rum quodlibet gigni potest ex altero quolibet. ¶ Nā o-  
mnia adinuicem cōtraria sunt: nata adinuicē agere & pa-  
ti, differentias enim habent contrarias. igitur omnia adin-  
uicem sunt transmutabilia. Transmutatio enim, vt gene-  
ratio: in cōtraria est, & ex cōtrarijs. Et quāuis quodlibet,  
alteri cuiuslibet cōtrarietate habeat: hoc tamē interest, quod  
vnū vni secūdum duas suæ coniugationis qualitates cō-  
trarium est: alijs vero secūdū alterā tantū, vt ignis aquæ  
(est enim, calid⁹ & siccus: aqua vero, frigida & humida)  
& aer terrę. nam aer, calidus & humidus, terra, frigida &  
sicca. sed ignis aeri, altera, vt siccitate: & terrę, altera, vt ca-  
liditate discrepat. & aqua aeri, altera, vt frigiditate: & ter-  
rę, humiditate. quæ cū altera qualitate discrepent & alte-  
¶ ra conueniāt: vocamus symbolica. ¶ Tertia. Elementorū Elemēta  
adinuicem symbolum habentium, cita transmutatio est: symboli-  
non habentium autē sybolum, difficilis atq; tarda. ¶ Nā ca-  
facili⁹ est vnum, quā multa transmutare. In habentē trāsmuta-  
bus autem symbolum: vnus est transmutatio. vt ex igne ri- q̃ non  
calido: transmutante, vincentēq; humido, erit aer. & ex symboli-  
aere aqua: dominante, superantēq; frigido. Et ex aqua, ca-  
solo humido superato fiet terra. & ex terra, ignis: frigidū

superate calido. Erant enim hec, altera semper qualitate conformia, est igitur elementorum symbolum habentium, velox, citataque adinuicem transmutatio. At si ex igne debeat gigni aqua: quia symbolica non sunt, hoc non fiet altero tantum ut calido transmutato aut sicco: sed utrumque superari, vincique necessarium est. Est enim aqua, & frigida & humida. itidem & si ex aere fieri debeat terra. Est igitur in non habentibus symbolum, generatio tardior atque difficilior. ¶ Quarta conclusio. Ex duobus elementis adinuicem non symbolicis: possunt reliqua generari. ¶ 14

Ex duobus elementis generari. ¶ Ut ex igne & aqua possunt generari aer & terra, & ex aere & terra: ignis & aqua. Nam ignis corrupta caliditate & aquae humiditate: generabitur terra, remanebunt enim siccum & frigidum, terrae qualitates. Et ignis consumpta siccitate & aquae frigidityte: generabitur aer, nam superate tertium generari. calidum & humidum, aeris qualitates. Et similiter ex aere & terra generabuntur ignis & aqua, aeris enim corrupta caliditate & terrae siccitate: generabitur aqua, nam huius reliquum est humidum, illius vero frigidum, & corrupta aeris humiditate & terrae frigidityte, generabitur ignis, remanentibus ex aere, calido, et ex terra, sicco, ignis qualitatibus.

Quid sciamus? Et id fit: ignis generatio sensui perspecta, maxime in ignis flamma, est enim haec: fumus ardens, fumus autem, ex aere & terra. Ex duobus igitur adinuicem symbolum non habentibus, reliqua generantur elementa. Et supra haec, alterutrum utraque superata qualitate fit reliquum. ¶ Quinta. In 15

Ex duobus elementis generari. ¶ Ut ex igne & aere, aere & aqua, aqua & terra, itidem igne & terra: quae se ordine non consequuntur. Nam altera qualitate superata fit reliquum: ut ab humiditate aerea, ignis superata siccitate, fit aer, remanent enim calidum & humidum. Et a siccitate ignis, aerea superata humiditate, fit ignis, nam remanent calidum & siccum. & ita in ceteris. Est igitur manifestum, Elementa in talibus alterum ab altero gigni. Sed quid non generantur reliqua ex igne & aere, aqua & terra, hoc ideo est, quia aut maneret caliditas in qua conueniunt, & conrumperentur ignis siccitas & aeris humiditas: & tunc transmutatum solum calidum maneret, ex quo nullum generatur ele-

mentum, aut corrumpere caliditas, & manerent ignis tari vno  
siccum & aeris humidū contraria: quæ nullius elementorū corrupto  
rum generationi apta veniūt. & ita de aere & aqua, aqua  
& terra, igne & terra ostende. Manifestum igitur, est ex  
duobus elementis symbolum, consequentiamq; habentibus:  
nō generari altera. ¶ Corollarium. Vnde pariter fit Elemēta  
notum, quodd cum conuenientia elementa in seinuicem non sym-  
transcunt, alterum in alterum, vno corrupto gignitur. & bolica in  
cum ex duobus non symbolicis fit vnum alterum: duo seinuicē  
corrumpuntur. Hoc ex demonstratis cognoscitur: dictumq; trāsmutatio  
est sufficienter quomodo ex quolibet contingat omnia ri duobus  
gigni, & quomodo adinuicem generentur.

### QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Secundum rectitudinem, secundum speciei varietatem.

¶ Secundum circulum, secundum specierū similitudinem.

¶ F, dulce. ¶ G, amarum.

- 17 **Q** Vintū cap. cōtinet duas cōclusiones. tres rōnes.  
& duo corollaria ad primā. ¶ Prima conclusio.  
Elemēta nō sunt rerū naturalium materia: neq; ele- Elemēta  
mentū elemēto. ¶ Primo. Nō vnū: quia oīa vnū fa- rerum na-  
ceres, aut ignē, aut aerem, aut aquā, aut terrā. hoc autē im- turalium  
possibile. sed transmutatio de cōtrario in contrarium. neq; non esse  
duo aut tria: quia oīa illa essent. ¶ Secūdo. quia cū ex aere materiam  
fieret aqua, illic nō generatio, sed sola alteratio esset. nam  
aer maneret vt prius. ponitur em̄ totus, materia. & aqua  
esset aer. Neq; valet dixeris, tunc aquā, aerem esse frigidū.  
& cū ex aere fiat ignis: ignē esse aerē calidū. quia tunc solā  
confiteberis alterationē & nō generationem. ¶ Tertio. si  
est aer ex igne calido, cū generatio sit in contrariū, aliquis  
aer erit frigidus: & idem simul calidum & frigidum. imō  
& cū ex igne fieret aqua, ignis esset frigidus. maneret em̄  
18 ignis, quæ sunt impossibilia. ¶ Primū corollariū. Vnde fit,  
vt cum ex duobus fiat alterū: materia altera sit vtriusq; cō-  
munis. Nam vnum ex quo fiant omnia, & ex quo fiat res  
19 liquum: materia esse non potest. ¶ Secūdo. fit etiam, vt  
horum medium quoddam: vt mediū aeris & aquæ, ignis  
& aeris, his densius, illis rarius (vt inquit) infinitum:  
aliorū materia esse non possit, quia ipsum & igni, & aeri,



& reliquis contrarietate habere oporteret: cū ex eo generarentur omnia. & sic contraria simul essent in eodem. & cū priuatio sic alterū cōtrariorum: iterū nō maneret materia. & illud ens: consimiliter vnumquodq; esset, aut nihil esset. Sed dictū est elemēta adinuicē trāsmutari, & quādo facilius, & quādo difficilius: & duas esse cōtrarietates ex quibus colligimus plura esse oportere elemēta, non tantū duo, nō tantū tria, sed ex quatuor illarū cōtrarietatū cōiugationibus, quatuor esse oportere reperimus. Duas verd (quodd cōtrariæ essent generationi ineptas qualitātū cōbinationes reieciimus, neq; qd sit in extremo, vt ignis, aut terra, neq; quod in medio, vt aer aut aqua: omnib<sup>9</sup> posse esse trāsmutationis principium iam ostendimus. Sed planē confitebuntur quidam, media adinuicem trāsmutari posse: sed id nō posse extrema. ¶ Secunda conclusio. Ele<sup>20</sup>menta nō procedere in infinitum secundum rectitudinē: sed finita esse necesse est. ¶ Nam oporteret idem infinitas habere contrarietates, quod sic ostēdo. Sit a ignis. b aer. c aqua. d terra. quia b trāsmutatur in a: contrarietas aliqua est ipsius b & a, quæ sit albedo & nigredo. sit itaq; b albū & a nigrū. & quia b iterum trāsmutatur in c (quia non idem a & c) ipsius b & c est vna altera contrarietas: quæ sit siccitas & humiditas: ita vt b sit siccum & c humidum, trāsmuteturq; b in c. si manet albedo: c aqua erit alba & humida. quare igni nigro a contraria. si non maneat: erit c aqua nigra. nam generatio in contrarium. Deinde intellige ex b generari a. si manet siccitas: a ignis siccus aquæ humidæ c contrariatur. si non manet: erit a ignis humidus & niger. quare si dicebas c non seruare albedinē sed esse nigrum: idem erit a ignis & c aqua. nam vtrūq; humidum & nigrū. Præterea trāsmutetur a in e: quia non reuoluitur, sed semper secundum noua proceditur elemēta. Consimili argumento probo b itidē, & c (si voluero) esse contraria e. quia a trāsmutatur in e: est alia ipsius a & e, a prædictis cōtrarietas, quæ sit f g. ita vt a sit f, & e sit g. Cum igitur a ignis trāsmutetur in b: aut manet f, ita vt b sit f & albū. & tunc manifeste contrariatur e g. vel nō manet: & tunc b aer genitus erit albus, siccus & g. generetur

igitur ex a:e. vel manet nigredo. si sic, manifestè contrariatur b aeri albo & sicco. si nō maneat: cum generatio sit ex contrario & corruptio in contrarium, e erit album & g. quodd si b aer etiam g esset, nō esset a ad b, & a ad e diuersa cōtrarietas. cuius supposuimus oppositū. Et ita semper procede de b aut quocunq; altero volueris: ostendendo semper altero superiore accepto ad sequens nouam habere contrarietatem, & infinitis idem vt b, aut aliud quodcunq; retinere contrarietatem. At infinitis idem retinere contrarietatem, impossibile est: quia non contingeret generatio. Oporteret enim omnes has transire cōtrarietates: & aliquorum nunquam futura esset generatio. Nam si nulla dari queant extrema, media ipsa infinita erūt. imd & neq; ignis ex acre nunquā futura esset generatio. nam vtrunq; infinitas contrarietates haberet. & quæ certè superiorum sunt, in inferioribus existerent. & quæ inferiorum, in superioribus. quare & omnia vnum essent. hæc autē, impossibilia. Non igitur elementa in infinitum secūdm rectitudinem procedunt: sed finita sint oportet.

#### SEXTI CAPITIS ANNOT.

Compages, coniectio, compositio, iunctura, cōpago.

21 Extū cap. cōtinet quinque cōclusiones. & quatuor rationes ad quartā. ¶ Prima cōclusio. Errauit Empedocles, ponēdo elemēta adinuicē manere intrāsmutabilia: sed adinuicē cōparabilia, vt omnia omnibus sint æqualia.

¶ Quia aut intelligit ea cōmensuratione, vt quanto esse comparabilia, vt ex vno pugillo aquæ sint decem aeris. aut secūdm potentias: vt quātum aqua in frigidare, tantum aer possit calefacere. aut secūdm passiones: vt quantum aer albus, tantum aqua sit nigra. secūdm quas non propriè attenditur æqualitas: sed potius similitudo. nam in quāto est æquale: & in quali, simile. Sic autem faciens, videtur materiā elementis communem facere. Alioquin secūdm quæ compareret, æqui uoca-

22 essent. ¶ Secunda. Empedocles non saluat augmentationem. ¶ Quia ponit additione ignem igne augeri, aerem gmetatio aere, aquam aqua, & vnumquodq; sui generis appositio ne male ne. sic autem dictum est augmentationem fieri nō solere. sensisse.

¶ Tertia. Quæ de generatione secundum naturam tradit<sup>23</sup> dit, dura atq; inepta sunt. ¶ Quia quæ natura fiunt: aut semper, aut plurimum eueniunt, vt homo ex homine, triticum ex tritico, oliua ex oliua, ossium, neruorū, & membrorum cōpages. hæc autē tradit casu & quadā fortunæ temeritate euenire. & quæ casu & temere eueniunt: extra semper & plurimum contingunt. Et certē horū omnium causa est nō ignis, aut aer, aut aqua, aut terra: neq; lis quæ solum distūgit & segregat: neq; amicitia, quæ solū cōiungit & congregat. Neq; fortuna: quæ (vt inquit) ad rerum æqualitatem & non ratio aduocatur. Sed horum omnium causa est vniuscuiusq; natura, bonū quoddā & optimum, de qua nihil meminit: laudans sua elementa, litem & amicitiam quæ Deo facit priora.

Empe-  
doclis de  
motu in-  
firma de-  
termina-  
tio,

¶ Quarta. Empedoclis de motu exilis atq; infirma determinatio est. ¶ Primo, quia dicit litē & amicitia mouere: sed quis motus litis, quis amicitie debeatur, & quomodo: non determinauit. Debit enim hoc determinare, cur hic motus sit litis, hic amicitie: aut supponere, aut demonstrare, aut firmē, aut debilitē, aut aliquo alio pacto. ¶ Secundo, quia cōtra entia moueant nunc vi, vt ignis deorsum, nūc natura, vt ignis sursum: lis natura potius moueret, & amicitia vniuersaliter vi quadam & præter naturā. & lite & amicitia nō mouētib<sup>9</sup>, nō fieret motus, hoc autē, incōueniens. ¶ Tertio, quia Empedocles ambiguas versat sententias: nunc dicens, non lite ignē sursum latū, sed vi latum, fortuna sursum deuenisse, crebrō verō itidē dicens, ignē natū sursum agi: vt cum in profundas detrusus sit terræ radices. ¶ Quarto, dicit Empedocles aliquo tēpore litem regnare, vt nūc mūdo (vt est) existēte: aliquādo, amicitia. oportet igitur esse causam priorē lite & amicitia, quæ huiusmodi alternatiōis causa existat.

Non oīa  
ex elemē-  
tis con-  
stitui,

Illius autē nō meminit Empedocles. ¶ Quinta cōclusio. Incōuenienter Empedocles animam ex elemētis cōstitui voluit. ¶ Nam animæ passiones, quales sunt scientiæ, vt musica, memoria, obliuio, & cōsimiles, nequit saluare. Nā si anima sit ignis: passiones habebit quæcūq; sunt ignis. Et si ex elementis congesta, habebit quæ plurimū, & corporales, nulla autem prædictarū corporalis est. Sed hæc ex



alius exquirere, alterius contemplationis existit.

# SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Mixta: animalia, vegetabilia, mineralia.

¶ Eptimū cap. cōtinet vnā quæstionē, & ei⁹ solutionē.

- 26 ¶ Quæstio. Cum ex igne fit aqua, & ex aqua iterū fit ignis, quia eadē subiecta natura vtriusq; cōmunis est: quomodo ex igne aqua & reliquis elemētis fit mixturū aliquod, vt caro, os, neru⁹? Nō em̄ dicere possumus vt Empedocles: qui dixisset sic fieri sicut paries ex lapidib⁹ & laterculis. neq; ex tota carne fieret ignis: sed ex vna parte ignis, & ex altera aqua. quemadmodum ex hac parte ceræ sphæra fieri potest, ex illa pyramis. Et ex opposito scrupus nascitur & difficultas. cū faciamus omnī vnam subiectā materiā: cum ex calido & sicco vt igne, frigido & humido vt aqua, generetur caro: si caro non sit vnum, nec alterum, neq; ipsorū saluatorū mixtura atq; compositio. quid ipsorū ergo nisi sola materia relinquit? ¶ Dicimus elementa in mixti generatione se cōtēperare: vt calidum, frigidum, humidum, & siccum remitti, eorū intensiones atq; acumina obtundi: ita vt mixti naturę apta sint, gignaturq; mixtum. Et tunc nec elementa ipsius materia sunt, neq; horū extrema contraria: sed eorū mediū ad mixti naturam cōtemperatum, quod mixti natura & specie moderatur, dirigiturq;. Hinc varix mixtorū oriuntur species ex varia temperamenti proportionē. vt hoc, proportionē dupla calidum ad frigidum: illud, tripla. & ita de sicco & humido. Itaq; mixta sunt ex contrarijs elementis, & elementa rursum ex illis: non vt ex materia & quæ actū sint: sed potentia, & quorū in medium redactæ & cōtemperatæ fuerint passionēs.

Quomodo elementis mixta componantur.

# OCTAVI CAPITIS ANNOT.

¶ Vegetes, vegetabilia. ¶ Mixta, mixta perfecta.

Mixtū perfectū circa mundi

- 27 ¶ Octauum caput continet vnā conclusionē, & medium duas rationes ad eam. ¶ Conclusio. Quodlibet existēs: ex mixtum circa mundi medium existēs, ex os elemēto, omnium concurrentia elementorum nascit. ¶ Pri⁹ rō cōtēmo. ex terra: quia in loco terræ. & vnumquodq; naturam perament illius (in cuius loco ortum est) participare videtur, ex eo nasci.

aqua verò. quia terminatione eget. aqua autem omnium optimè terminabilis est: prohibens terram decidere, & eam ligans & figens. Et si terra & aqua affuerint, & ignis & aer. Nam mixtum perfectum, ex contrariorum temperamento nascitur. Ignis autem & aer, aquæ & terræ (vt contingit substantiam substantiæ) sunt contraria. Omnia igitur simplicia in tali composito erunt concurrentia. ¶ Secundo. Ex eisdem sunt & nutriuntur mixta, a quibus omnia pluribus nutriuntur. nam quæ vno solo nutrirī videntur, vt plantæ aqua: pluribus nutriuntur, terra, scilicet & aqua. Hinc rustici hortos irrigare volētes aquā terre admiscunt: quo lyberius vegetibus alimentum misceant. Et quod nutritur coniunctum materiæ, est speciei & formæ: quæ calore (qui ab igne est) plurimū eget. Est enim ignis maximè formæ atq; actionis: vt qui sit natus ferri ad terminum, & forma maximè terminus sit. Ignis igitur non abest. quare neq; aer: vt qui transmutabili vicinior, atq; paratior sit. omnia igitur mixta, ex omnibus simplicibus concurrentibus elementis temperata sunt, atq; ordinata.

#### NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Sempiterna & prima, cœli. ¶ Phædon, liber Platonis ita inscriptus: vbi Socrates letale pharmacū hausus, de immortalitate animæ differit. ¶ Passiones, potētix, vires.

**N**onū cap. cōtinet quinq; cōclusiones. duas rationes ad tertiā. tres ad quartā. & duas ad quintā. ¶ Prima cōclusio. Expediit de causis generabilium 18 & corruptibilium determinatio. ¶ Nā vniuersali

Tot gene cognitione assecuta: qđ de omī gnatione & quæ sint principiorū re cīpia, singula facilius perspicere poterimus. ¶ Scđ'a. Tot 29 rū natura & æqualia numero & genere eadē sunt, quæ in sempiternum esse nis & primis. Est enim illic hoc vt materia, hoc vt principia, ma, & hoc vt efficiens. ita generabilium est materia: quæ quot sunt: est ad esse & non esse quædam potentia, est forma, est & in corpore efficiens. Nam duo ad generandum, sunt insufficientia. Quædam enim entium de necessitate semper sunt, quælestibus. dam nunquā, & quædā quandoq; sunt, & quandoq; nō sunt, vt generabilia & corruptibilia. quare nō immerito

materiā habet: quæ principiū est ad esse & nō esse, qd' generatione & corruptione cōplet. Quodd si materiā, & causam gratia cuius, habebūt, quæ est forma, species, & ratio vniuscuiusq; substantiæ, & tertiu, speciei effectiuū. nā nihil efficit seipsum. neq; materia efficit quicquā, vimq; pducen

30 di habet nullā. ¶ Tertia. Socrates in Phædone efficiētem causam nō tetigit. ¶ Alios em increpat vt nulla loquētes: supponēs esse species (quas ideas dicūt) & entia specierū participātia, fieriq; generationem suscepta specie, & corruptionē speciei retractione. Sed quodd id nō verū sit, patet. ¶ Primo. quia quæreretur à Socrate cur nō semper generant: cū sint ipsæ species semper, & quæ ipsam participare possint. ¶ Secūdo. quia videmus alia efficientia. vt mediū

Socrate  
causam  
efficiētem  
non recte  
pretermis  
sisse.

31 dum opetātis naturam. quid igitur introducunt speciem, separatamq; ideam. ¶ Quarta. Neq; rationabiliter dicunt materiā generare. ¶ Primo. quia alterās & trāformās, generationis efficiēs causa existit. hoc autē in omnibus & natura & arte factis efficientem causam dicere consueuimus. Materiæ autem est pati & moueri: mouere autem & facere, alterius. non igitur rationabiliter dicunt materiā generare. Et id profectō dicebat Democritus atomos se ipsas mouentes, rerum materias ponens. ¶ Secūdo. aqua non efficit animal à seipsa, aut aliud elementū quodcūq; neq; lignum à seipso lectum: sed requiritur & producens & ars, inconuenienter igitur ponunt materiā generare.

Materiā,  
generatio  
nis causā  
nō esse.

18 ¶ Tertio. quia organa attribuuntur corpori per quæ generet. hoc itaq; materiæ adscribētes: principale, actum, speciem, quod quid erat esse relinquunt cuius proprietas est

29

32 agere. ¶ Quinta cōclusio. Neq; id verum est, elementorū passiones. calidum, frigidum, humidum, & siccum, & res liquas (quodd secundum has adinuicem agant & patiantur) esse efficiens præcipuū. & per hæc omnia gigni & corrumpi. ¶ Primo. quia quod habet nobilissimas & maxime actiuas passiones, deberet potius semper agere, & alia non efficeret corrumpere. videtur tamen ignis & motus. ¶ Secundo. quia sic dicētes, simile dicunt, atq; si dicant ferrā principaliter effectiuā & vnicuiq; instrumentorū agendi principā

Elemēto  
rum quas  
litates ge  
neratiōis  
præcipua  
cientia.



litate attribuatur: & vtes, organo existiment deter<sup>9</sup>. Atque hoc esse negt, incidere em atq; ferrā dirigete aliquo, diuidi necesse est: sed quomō organis vtenia moueāt, nō videt.

# DECIMI CAPITIS ANNOT.

Quid pio **O**bliquus circulus, zodiacus, signifer, & animalis circulus. **P**eriodus: tota illa (quæ natura determinata est) durationis series, & circuitum interpretantur.

Quid per **E**cimū cap. cōtinet quatuor cōclusiones, & vnū corollariū ad tertiā. **P**rima. Perpetua est gener<sup>33</sup>ationū & corruptionū series. **N**ā lationes superiores, perpetuas esse mōstratū est. Hec autē semperno gyratu adducūt, aut abducūt generans. erit itaq; perpetua huiusmodi generationū & corruptionū series. Et certē rationabiliter, nam latio illa, prima est: generatio nem præcedens, & semper existens. Et per rationabile est, primū posterioribus esse causam, & semper ens: aliquando enti, & aliquando non enti. **S**ecunda. Vt sit huius<sup>34</sup>modi perpetua generationū & corruptionū subsecutio: non satis est primi circuli asserre lationem, sed & aliās vario modo incedentes ponere necesse est. **N**am generatio & corruptio cōtraria sunt: & idem inquantū idem & consimiliter se habens, semper est natum facere idem, quare existente vnico circulo, solum fieret aut generatio, aut corruptio. Ponendi sunt igitur plures, qui vt contrarij, contrarios inducant effectus. Hinc fit, vt supremi circuli latio non videatur generationis & corruptionis causa, sed latio ea quæ sub obliquo debeat circulo, nam continē duos varios motus continet: & inclinationē habet, quæ nunc suæ præsentis causa est, nunc absentis, nunc

**G**neratio vt propē sit, nunc vt longē. **T**ertia. Tempus generationis et corruptionis est æquale tēpori corruptionis. **N**am equali existens te distantia, æqualis est motus. Distantia autē accessus ad tēpus esse nos æqualis est abcessui. & accedente sphæra vt solis: omnia oīri, germinare & pubescere videm<sup>9</sup>. abscedēte vero: tabescere, atq; marcescere. Est igitur tempus gener<sup>35</sup>ationis æquale tēpori corruptionis. **C**orollarium. Fit etiam, vt vniuscuiusq; vita, num erū habeat quo determini periodo. natur. Nam omnium est ordo: & omniū tempus & vita

claudit ut periodo. Sed non omnium eadem est periodus, sed his quidem minor ut annua, illis vero maior. Accidit tamen sæpe suæ periodi metam non attingere: sed citius occumbere propter causarum confusionem & materiarum inequalitatem. quæ non ubique eadem, easdemque virtutes

36 ¶ Quarta. Non iterum præter rationem euenit, Naturam  
continuas esse generationes & corruptiones: ut ne vnquam  
quidem defecturæ sint. ¶ Nam in omnibus compertum  
est: melius semper desiderare naturam, melius autem esse  
quàm non esse. Esse autem in omnibus continuè existere:  
propterea quoddam longe à principio, rerumque origine distet,  
impossibile est. Reliquo igitur modo ut fieri potuit com-  
pleuit deus omne: continuam faciens generationum seriẽ.  
Et rationabiliter res hoc pacto ut secundum circulum, semper  
terna duratione trahuntur. ut in simplicibus licet intueri:  
ex igne generari aerem, ex aere aquam, ex aqua terram, ex  
terra aquam, ex qua aerem, ex quo iterum gignitur ignis.  
Hoc enim pacto imitatur sempiternum cœli gyrum & cir-  
culationem: quæ ipsarum causa existit. dictum enim est prius,  
quomodo est vnum primum continuè mouens ingenerabile,  
incorruptibile, inalterabile, & vnus primus motus: cuius  
numerus est tempus. & quomodo hoc, & quare.

#### VNDECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Cōuersiones, sollicitia. ¶ Essentia ordinata: quorum prius Quæ sunt  
est de essentia posterioris, aut quo non existente, alterum non essentia  
esse cōtingat. ¶ Generationes secundum rectum perpetuas ordiata.  
rentur: si semper, generatorum fieret nouæ species & nunquam  
relaberetur in priores. ¶ Secundum verò circulum, quando fi-  
nitis & natura determinatis rerum speciebus semper re-  
parantur, in consimiles reuoluendo species.

37 Vnde decimum cap. cōtinet quinque quæstiones, & earum  
solutiones. ¶ Prima quæstio. Cum continuè genera- Prima  
tiones generationibus succedant, & transmutatio quæstio.  
transmutationi, & hoc ens generatum post hoc ut  
non aliquando deficiat, an aliquid ex necessitate erit, an ni-  
hil, sed omnia non fieri cōtingat. ¶ Responso. aliqua de ne-  
cessitate erunt, & aliqua non. quæadmodum enim incessurus po-  
test non ambulare; ita quod generabitur potest non generari.

Et generari & nō generari: vt erit & non erit, se habebūt.

**Secunda quæstio.** ¶ **Secunda quæstio.** Cum sicut aliquid necesse est esse & 38  
aliquid contingit: ita aliquid fieri necesse sit, vt cœli con-

**Respōsio.** ¶ **Respōsio.** In essentia ordinatis, posteriore  
existente, & prius esse necesse est, vt domo existere: vt fun-  
damentum sit necesse est. Et si fundamentum est, lapides  
& intritum sunt, non tamen retroagitur, nisi posterius de 39

**Tertia quæstio.** ¶ **Tertia.** An generationes secun-  
dum rectum: an ne potius secūdam circulum perpetuen-

**Respōsio.** ¶ **Respōsio.** non perpetuantur generationes secun-  
dum rectum, Nam infinita non erunt hoc modo specie  
varia. Nam si posterius est in talibus, & prius esse necesse  
est. Et si prius de necessitate erit, & posterius, vt licet in res  
rum speciebus intueri. Neq; finita erunt, nam aliquando

pertransita tota essent: vt caderent atq; deficerent genera-  
tiones. Sed perpetuantur generationes secundum circū-  
lum, sic enim videmus orta secundum notas species repa-  
rari, ac redire, & causa huius est motus cœli: qui in circū-  
lum voluitur, & motus solis, similia successionibus suis  
reparans tempora, menses, & horas, & genita genitis si-  
milis, eius gyrum, circūq; lationem imitantia. ¶ **Quarta** 40

**Quarta quæstio.** Quare si nubes est, oportet pluere: & si pluit, o-  
portet iterum nubem esse, & non oportet homines aut

**Respōsio.** ¶ **Respōsio.** hoc est quia hæc  
transmutatio vt pluuiæ & nubis aquosæ & contrā, ma-  
gis imitatur circulum: animalium verò, minus. imò quo-

dammodo videtur esse secūdam rectum. ¶ **Quinta quæ-** 41  
**stio.** An omnia similiter iterentur, an non? ¶ **Respōsio.**

**Respōsio.** Quorum substantia mota, ingenita est & incorruptibilis:  
eadem numero redeunt, vt sol, vt astra. Quorum verò cor-  
ruptibilis: non numero, sed specie eadem reparantur, vt  
cum ex aqua fit aer, ex quo iterum fit aqua: non eadem  
aqua numero sed specie reparatur. corruptibilis enim,  
aqua: & talis vt eam contigisset non esse.

¶ **Paraphraseos in secundum de generatione  
& corruptione Aristotelis, Finis.**



## IACOBI FABRI STAPVLENSIS

in quatuor Libros Meteororum Aristotelis, Paraphrasis.

## PRIMI CAPITIS PARAPHRASIS

seos in primū librum Meteororum Annot.

☞ Meteoros: sublimis interpretatur. Meteorologia sublimium id est imperfectiorū mixtorum disciplina. quorum quædā sunt ignea, hæc aquea, hæc aerea, illa verò terrea.

☞ Impressiones ignitæ sunt: stipulæ ardentes, æges, dalis, sydus volās, candela, trabes, columnæ, teretes læcæ, clypei, globi, faces, ignitæ pyramides, draco volans, & siles.

☞ Phasmatata siue Phantasmata sunt: hiatus, colores, illuminationes, galaxia. Addunt etiā cometa & galaxia ignitis.

☞ Astrorū lacte: via lactea, galaxia. ☞ Impressiones aquæ sunt vapor, pluuia, ros, pruina, nix, grando, fontes, flumina, mare. ☞ Aeræ: vēti, terræ motus, fulmina, ecnephias, typhon, mensio. ☞ Quæ radiorum apparitione sunt: sunt halos, iris, virgæ: parelij. ☞ Impressio, mixtū imperfectum.



Eteororū libri quatuor. Primus cōtinet quatuordecim cap. Primū, cap. vnā cōclusionē, qua oia ea de quib⁹ iam egit, & postea actus est Aristoteles cōplectit. ☞ Conclusio. De primis causis naturæ, de omni motu naturali, de cœlis astrorū multitudine perornatis, de elemētis quot & quæ

sint, de eorū adinuicem permutatione, & vniuersaliter de generatione & corruptione dictū est. Nunc partem illam quam Meteorologiam vocāt, superest absolūere. ☞ Nam hæc sunt quæ accidunt secūdum naturam quidē, inordinatorem tamen, magisq; transmutationi peruiam, & minus sibi constantē. Et primo determinabimus de impressionibus ignitis, phantasmatibus, cometis, & astrorū lacte. de impressionibus aquæ. quæ circularem habent inuicem transmutationē. deinde aeris: vt spiritibus, terræ tremoribus, fulminibus, ecnephis, typhonibus, incensionibus, & his quæ radiorū apparitione sūt, & terræ, vt quæ

congelatione procreentur, deinde de animalibus & plantis. His enim determinatis: ferè quæ à principio proposuimus, finem suum nacta erunt & affecta.

## SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Aquæ & terræ nomine: aquæa & terrea etiam cõples timur. ¶ Theorema, principium, aut propositio in Mathematicis demonstrata.

**S**ecundum cap. cõtinet duas cõclusiones. & quatuor de cõtinetiæ inter cœlũ & terrã diuersitate: opiniões. ¶ Prima cõclusio. Cœlũ, causa: est efficiens impressio num & apparitiũ de quib⁹ intēdimus, aqua autē & terra, materia materiãq; vnde fiant præstant. Nam idcirco mundus inferior quatuor elementis cõplexus, igne, aere, aqua, & terra (quorũ hæc ad mediũ, illa à medio ferũtur, & quorũ supereminens & summus, cœlum tangens, est ignis, terra, subsidens & infima, aqua & aer, media, aqua, terræ vicinior: aer vero, igni) cœlo attiguus est: vt ab eo recipiat virtutem. Est autem ex necessitate superiorib⁹ latitanti⁹ attiguus: vt omnis ipsius virtus inde gubernetur. Cœlum enim, primã causam putare oportet: vt cuius motus perpetuus sit, finem nõ habens, sed semper in fine. Et aquam & terram, apparitiũ materiam præstare: postea fiet manifestius. Hinc enim elementi ab elemēto vt ignis & terræ, distantia finita, & omnia eiusdem materiæ similitudine cõuenire oportet: quo possint subiecta elementa pati, materiãq; eorũ quæ in ipsis fiāt ministrare. ¶ Secunda, Terra in Terra, cõparatione corporũ circũstantiũ, parua existimanda est. ¶ Nam theorematibus, Astrologicis cognitum est, tione cor terram multis astris esse minore: quæ punctorũ instar ad porũ cœi, circumambientia corpora nobis apparēt. Est igitur terra, leuissimũ parũ ad ambientia corpora, paruula mole existimanda. Et quid uia est, inter cœlum & terram medium esset: fuit opinionũ diuersitas. ¶ Quatuor de hac diuersitate opiniões. ¶ Prima de corpo est antiqua opinio, quoddã mūdus circa lationes superiores iter cœi sit cœlesti corpore plen⁹: dictus æther (vt rectè voluit aristoteli & antiquitas) quia sempiternæ currat, & aliqd diuinitatis eius rã intersti natura participet. Quod & nos ipsi hoc nō æuo dicim⁹. ¶ Tio opiñ, Nō em̃ putare oportet raro, neq; semel, neq; bis ab homi

ntibus (quæ præfuerunt) iterari opiniones: sed infinites, Anaxagoras aut æthera vocauit, quia sempiternū ignem ipsum putauit. ¶ Secūda opinio est dicentū totū à terra ad sydera aere plenū esse, quia sic appareat. Sed hæc puerilis est opinio: & Mathematicā nō tenentiū rationē. Excederet enim nimis æqualitatē cōmunis analogiæ ad coelestia corpora. ¶ Tertia est dicentū illā totā distātiā esse igne plenā. Sed si sic; olim destructū esset vnūquodq; elementorū. ¶ Quarta est dicentū intercapedinē cœli et terræ, totā aere & igne plenā. Sed id esse nō potest. Nā cū ex terra fit aqua, & ex aqua fit aer, & ex aere fit ignis; videmus excessum molū. & qualis proportio tātille terræ ad factā aquā: tāta & totius terræ ad totā aquā. & qualis aque ad factū aerem, & totius aquæ ad totū aerem. Quare maior moles aquæ quā terræ, & quā oportet intercipi: & maior aeris quā aquæ. Et quāuis ex seinuicem secundū se tota non fiant, neq; equalibus molibus se circumfrent; eorum tamen æqualis virtus, vt vnum alterum superare re superuincereq; non possit. Manifestum est igitur: neq; solum vnum, neq; duo, sed tria: aquam, aerem, & ignem, inter cœli & terræ contineri ambitum.

### TER TII CAPITIS ANNOT.

¶ Sincerus, purus.

- T**ertiu cap. cōtinet tres quæstiones & earū solutiones. ¶ Prima quæstio. Quomodo ignis & aer ad cœlū ordinentur? ¶ Secūda. Quare à superioribus astris in vicinā terræ fit calor: & valēior quīdem quā in viciniore, & aeris media regione? ¶ Tertia. Cū ex aere fiat aqua: propter quid in summa aeris regione nō fiāt nubes? cum remōtior à terra existat: vbi vis illa reuerberata radiorum solis attingere nequeat, & vim caloris imprimere. quare videatur esse frigidior, & nubes generari videantur: vbi desinit reflecti atq; reuerberari solis radius. videtur igitur à fortiori ibi debere generari: aut non ex omni aere potest fieri, aqua. ¶ Prima solutio. Cur ignis purior est, superior existit: syncerorem cœlū locum cœlum lunæ attingens. & aer minus syncerus, nā attin-  
inferior; ignem puriorem attingit. ¶ Secundæ solutio, gat.



quoddam celestia corpora medio circumferantur: illo motu  
sua astra mundo inferiori applicata, caliditate imprimunt,  
& causant. Nam tota materia quæ illis subest corporibus,  
potentia calida est, frigida, humida, & sicca. Et aer trifidus  
est, tresque possidens regiones: hanc supremam, hanc infimam,  
& tertiam his duabus, supremæ & infimæ, mediâ.

**Quid suprema aeris regio.** ¶ Suprema est illa quæ (quia continetur ab igne: & ei contermina existit) vim caloris ab ignis vicinia concipit. ¶ Infima verò, reuerberatos à terra & solidis corporibus: solis radios sentit. ¶ Media verò existit ubi à parte superiori vis illa ignea calorem suum imprimere desinit: & ex parte inferiori ubi radiorum reuerberata virtus deficit. Suprema semper calet, subtilis, & pura, & ignis naturam imitans: non tamen est ignis & ardor. & cum igne, motu cæli circumfertur: agiturque circulo. Infima itidem calet, tum propter vapores & exhalationes quas in se recepat omnes. Est enim vapor, calidus & humidus, ut potentia aqua: ut halitus aquæ, & exhalatio, calida & sicca ut potentia ignis. quemadmodum ea quæ à terreis & siccis ut sulfure, expirant, & leuitatis naturam participat: locum in aere quærun-  
**Quid infima.** Tum quia (qui à solidioribus reuerberantur corporibus) in se radios recipit duplicatos: & quibus vis calefaciendi maior inest, quia replicati, reflectuntur enim à solidis corporibus: ut quæ eorum vim longius in rectum se diffundendi superent, præpedimentoque sint, colligiturque in unum virtus: quare fortior, & se reflectendo multiplicat. Et media est semper frigida & densa magis: quæ prædictis (ut incalescat) caret occasionibus. ¶ Tertius. Nubes non solum ex aere generantur: sed ex vapore eleuato, qui in contactu frigidiusculæ mediæ regionis densatus: in nubem aptatur, ut plerumque stillat pluuia. Nam frigidus est condensare: condensatumque ad grauiorum naturam præparare. ¶ Secundo, quia supremæ aeris regionis aer: calidus, siccus, & rarus est, ignis naturam aeris reimitans, in quo non possunt consistere nubes, disgregantur enim calidum, & dissipat. Tertio, quia circulari motu agitur, unde fit, ut congregari non possent: atque in a-  
**Cur suprema caleat.** bes, quam conuertere prohibente motu. Quarto, Quia ventis

nō videntur altissimos montes transcendere: sed circa loca terræ stagnare. igit̃ & minus nubes. nā nubes fit ex vaporibus humido & calido: exhalatione (ex qua procreatur ventus) grauiore. Et quāuis solem & astra calefacere dixeris: nūmus: nō tñ debemus existimare ea esse calefacta. nā calefactiunt hęc quę dñi ferunt, mediū fortiter diuidunt & secū dum rectū. ita vt aliquando lata, ignita atq; liquefacta soluantur. non autē ita de sole existit & cæteris astris. Et sol maxime calefactius est: & velocius inferiorib⁹, vt luna in suo orbe, fertur. Et quodd sol adhuc non fit calidus, indicium est: quodd appareat albus, & non igneus.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Aex ægos, capra. ¶ Dalus, torris. ¶ Interdiu, in die.

**Q**uartū cap. cōtinet causas flāmarū ī summo aere apparentiū. earū generationes. & qñ & vbi generent̃. ¶ Flāmarū causę. Causa efficiēs, est cœlū: **Quid flāmarum**  
 11 & materia, est exhalatio calida & sicca. ¶ Earū **causa.**  
 12 generatio. Terra ā sole calefacta, duplicē emittit spiratio. **Duplex ē spiratio.**  
 nē. vnam, calidam & siccam: & hęc, exhalatio dicitur. al-  
 teram, calidam & humidam, & hęc dicitur vapor. Et ex-  
 halatio quidem nata est supereminere, quia leuior: vapor  
 aut̃ humid⁹, subsidere, quia grauior. Et quia (vt dixim⁹)  
 ignis, cœlo conuius est & conterminus, & pars aeris su-  
 prema conuia igni & in igne locata: quando illic exha-  
 latio pertingit, inflammatur facile, paranturq; incendia.  
 quemadmodum fumum apud nos inflammari videmus  
 facile. Est enim flamma, sicci spiritus ardor. Et differunt **Quid flā-**  
 hęc flammę, & hęc incendia, multitudine, paucitate, po-  
 sitione, & figura. Nam cum inflammatio, lata est, & dis-  
 continua, & longa: dicitur stipulę ardentes, & figuram il-  
 lam imitatur. Et quando per globos accenditur & scin-  
 tillat: æges & caprę. quando non scintillat: est dalus. Et  
 quę accenditur secundum longū & latum, & transcur-  
 rere videtur suo tractu aera postsignans: sydus repenti-  
 num & volans nuncupatur. Et hęc aliquando in supre-  
 ma aeris parte sunt: vt cū materia calidior, siccior, & ra-  
 rior, & magis ardoris naturā imitata fuerit. & aliquando  
 in infima, vt quādo densior fuerit & humidior. Hinc fit,

Cur syde vt syderū volantiū motus, proiectioni similis esse videat  
rū volan- tur. nā aliquando obuiāt frigido à summa parte: à quo re  
tiū mor<sup>9</sup> pellūtur. quæ si debiliter, latera sequūtur. si valide, vt des  
piectiōis trudi in imum valeant: deorsum eiāculata feruntur, aliqñ  
sit filis. in mare, aliquando in terram decidentia. de sum em: deor  
sum reuerberare natum est. & hac de causa deiiciūtur sub  
mina. Si frigidum ex ima parte relinquit: sursum emicāt,  
& natura quidem, vi autem atq; iniuria deorsum. Ad la  
tus autem plerunq; quia sit horum medium, quo motu  
sursum vt euolent exitū quærūt. ¶ Sed quæres. quomo  
do aliquādo magna pars aeris mira celeritate videat in

Cur ma<sup>9</sup> cendia concipere. ¶ Dicimus sicut supposito facile in flā  
gna pars mabili, lucernæ vt puluere sulfureo: cū lucernam incēdis,  
aeris vi<sup>9</sup> totum tibi subito accendi videtur. ita & multa incendio  
deatur in parata in aere exhalatione, leui occasione accēsa: videtur  
cendi. aer subito, repenteq; exardescere. Et vniuersaliter hæ flā

mæ & hæc incēdia (quæ hypeccaumata vocāt) à similitu  
dine figuræ quā imitant nomina sumūt. vt candelæ, tra  
bes quas docidas dicūt: colūnx, lācæ teretes, clypei, glo  
bi, faces, ignitæ pyramides: præterea xiphix, hippei, cera  
rix, bolides (quas dicere possumus gladios, equinas iu  
bas, cornuta, & iacula ignita) & consimilibus appellent

Quādo et nominibus. ¶ Quando & vbi sūt. ¶ Et apparent tēpore  
vbi appa sereno de nocte, & aliqñ interdiu. & omnes sūt sub glo  
rent flā<sup>9</sup> bo lunæ: cuius hoc indicium est. nā cita velocitate moueri  
mæ. percipiunt: quēadmodū ea quæ proijcimus, & prætergre  
di solem, lunam & astra, hoc autē est quia prope sint.

#### QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Voragine, scrobes, fouex, quas Græci bothynos vo  
cant. ¶ Puniceus, igneus, croceus. ¶ Purpureus, roseus,  
sanguineus. ¶ Crassior, densior. ¶ Caligo, exhalatio vt  
nubes suspensa. ¶ Cum hiatus vt vastum dolium extite  
rit: pythetes nuncupant. est enim pithos, dolium.

Quid  
phantas  
matū cā.

¶ Vintū cap. cōtinet causas, phātasmatū, vt hiatū,  
voraginū, & colorū. & quomō sūt. ¶ Phantasi<sup>14</sup>  
matū, vt hiatū, voraginū, et colorū causę sūt eę  
dē quæ flāmarū. ¶ Quomodo sūt. sicut in noi<sup>15</sup>  
tis serenitate exhalatio calida & sicca (vt nuper dictum



est) aliquādo ardet, & fiunt stipulæ, æges, dali, & cæteræ  
 flammæ: ita aliquādo solū lumine coloratur, & tunc fiunt  
 phātasmatæ. Aëreæ em̄ exhalationes luminis refractione  
 omnimodos colores ostēdunt, & maximē puniceum &  
 purpureū: quia hi colores ex igneo & albo apparent per  
 mixtis, sicut orientia sydera mōstrant, præsertim cū ex ta  
 lia specula sint, quæ non imaginem, sed colorē suscipiant.  
 Hinc colores in aere plerūq; representant diuersi, nūc pur  
 nicei, nūc purpurei, nunc clariores, vt qui rariore caligine re videā  
 suscipiant nūc subobscuri, vt qui crassiore. Albū em̄ in his colores  
 gro multas facit varietates, & flāma in fumo: ita lumen in diuersi.  
 caliginis nūc dēfinitate, tūc raritate, colorū omnimodas di  
 uersitates. Et hi colores nō ita in summa die apparēt, quia  
 illos luminis abūdātia impedit. nec is summa nocte: quia  
 hos videri impedit noctis nigredo. Et nō multo tpe pdu  
 rāt: quæ eorū materia euanida est, & citō segregata disparēt.  
 Sed hiatus apparet: qñ lumē (interueniēte nigro) distrūpīt. Quando  
 vt lumine ambiente, quēdā mediā appareat. pfunditas, q; appareat  
 hiatus dicūt. quæ cū fuerit magna & cōcrescēs: voraginē hiatus,  
 & casina dicimus. & sæpe ex talib⁹ dali excidere vidētur.

#### SEXTI CAPITIS ANNOT.

☾ Cometa & cometes idem. ☾ Errantes stellæ, planetæ. Quid ca  
 ☾ Canis, cœlestis imago quæ i canis similitudine pingit, nis cœles  
 posteriorib⁹ pedibus hyemali diuisa circulo, capite occas⁹ sitis.  
 sum spectās ad ægnoctialē circulū declināte: dextro pedi  
 Orionis fere supposito, oriē cū cācro, in femore tres stellæ  
 habet. ☾ Canis, canis maior. ☾ Orion est cœlestis imago, Quid or  
 quæ vt homo depingit ense incinct⁹: dextra clauē tenēs, non.  
 occasum respiciens, & cū tauro decertās: quē ægnoctialis  
 circul⁹ i zona diuidit, oriē oriēte sagittario. ☾ Zona. Orion  
 nis baltheus. ☾ Medi⁹ tropicorū loc⁹, ægnoctialis circul⁹.  
 ☾ Quinq; stellæ. Mercurius, Ven⁹, Mars, Iupiter, Saturn⁹.  
 ☾ Tropicus hyemalis, circul⁹ capricorni: q & bruma dicīt.

Extum caput continet tres de cometa opiniones.  
 earum reprobationes. primæ tribus rationibus, se  
 cundæ duabus. & tertix quinq;. ☾ Tres de cometa Tres de  
 opiniones. ☾ Prima est Anaxagoræ & Democriti cometa  
 credentium cometam esse congregationem stellarum opiniōes

**Primæ so-  
lutio.**

errantium. quæ quia prope sunt, lumen suum alternatim refundant & ad se dirigant, seq̃ tãgerẽ videantur. Cuius signum est ( inquit Democritus ) quia dissoluto cometa apparuerunt stellæ quædã. ¶ Sed id nõ esse verũ ostendimus. Primo. Quia non modo semel apparere debuissent stellæ plures dissoluto cometa: sed semp. quod nõ videt̃. ¶ Secundo. quia Aegyptij dicunt errantes stellas adinuicem cõiunctum iri & alijs: & non facere cometam. quod nuper nobis videntibus factum est: Ioue stellam in geminis subeunte, & (non facto cometa) separante. ¶ Tertio. stellæ per se ipsas parux & pene indiuisibiles videntur. Si igitur cõiungantur & tangerent nihilominus maiores non videbuntur. vt neq; si indiuisibile tãgat indiuisibile. Non igitur ex stellarum conuentu, tam vastæ molis generatur cometes. ¶ Secũda opinio est vocatorum Pythagoricorum, dicentium cometam, vnã esse stellarum errantium, quæ diu latuerit sub radijs solaribus: quæ modico excessu à sole, digreditur, quod Mercurio accidit. & ideo cometã visibus humanis se præbere cõspiciendum. ¶ Sed neq; id verũ quidem est. Primo. quia non modo circa errantes stellas apparent comæ: sed & circa alias, quod & nos ipsi vidimus circa vnã stellarum, quæ sunt in femore canis. nec solum Aegyptijs (qui idem asserunt) credimus: & comilla debilis fuit: & magis in partibus astro adiacentibus. ¶ Secundo. quia si esset vna stellarum errantium: semper appareret cometa sub signifero circulo. nam illic semper meant errantia sydera. Sed omnes qui adhuc temporibus nostris visi sunt: sine occasu super horizõtem disparuerunt cõsumpti, extra signiferum ambitum existentes. Et impetante Aristoxo apparuit vastus, horrendusq; cometes, rigente hyeme & gelu & serenitate: vesperi ante solẽ occubens, & ideo prima die parũ apparuit, postea magis. quĩ lumen suum ad tertiam cœli partem extendit, ideo nominatus est via, & ascendit vsq; ad zonam Orionis, & illic cõsumptus disparuit. Et hæc iidem rationes faciunt cõtra Democritum. ¶ Tertia opinio est Hippocratis Chij, & Aeschylj eius discipuli, eorumq; sequaciũ: dicentũ corpus cometæ stellam esse errantem & comam accipere propter

**Secundæ  
solutio.**

verũ quidem est. Primo. quia non modo circa errantes stellas apparent comæ: sed & circa alias, quod & nos ipsi vidimus circa vnã stellarum, quæ sunt in femore canis. nec solum Aegyptijs (qui idem asserunt) credimus: & comilla debilis fuit: & magis in partibus astro adiacentibus. ¶ Secundo. quia si esset vna stellarum errantium: semper appareret cometa sub signifero circulo. nam illic semper meant errantia sydera. Sed omnes qui adhuc temporibus nostris visi sunt: sine occasu super horizõtem disparuerunt cõsumpti, extra signiferum ambitum existentes. Et impetante Aristoxo apparuit vastus, horrendusq; cometes, rigente hyeme & gelu & serenitate: vesperi ante solẽ occubens, & ideo prima die parũ apparuit, postea magis. quĩ lumen suum ad tertiam cœli partem extendit, ideo nominatus est via, & ascendit vsq; ad zonam Orionis, & illic cõsumptus disparuit. Et hæc iidem rationes faciunt cõtra Democritum. ¶ Tertia opinio est Hippocratis Chij, & Aeschylj eius discipuli, eorumq; sequaciũ: dicentũ corpus cometæ stellam esse errantem & comam accipere propter

locū, humore à sole ad ipsum eleuato, & lumine refracto,  
 & à medio tropicorum loco non attrahere aquam: quia  
 consumpta est à solis latione, ideoq; illic comam non ge-  
 rere. & quādo est in declinatione ad austrum: quia breuis  
 est decisio circuli super terram relicta, & magna sub terra,  
 quāuis copiam aquæ habeat, visus tamen non benè per-  
 tingit, ideo illic non apparet. Cum verò ad boreā relictus  
 fuerit, quia illic magna circuli decisio super terram relicta  
 est: accipit comam & apparet cometa. ¶ Sed quidd nō res  
 etē sentiant, patet primo, quia omnis cometa sub signife-  
 ro circulo inciperet & deficeret: multi autē extra circulum  
 visi sunt, & plures vno simul facti sunt. ¶ Secundo, si per  
 refractionē humore eleuato appareret coma: deberet in-  
 terdum comam relinquere, & interdum eam resumere.  
 ¶ Tertio, quia præter quinq; stellas nullus appareret vnū  
 cometa, id autē falsum est: sed visus est, & quinq; præter  
 ipsum super horizontē eleuata stellas. ¶ Quarto, falsum est  
 in medio tropicorū, loco & austro nō apparere cometā.  
 Nam circa magnū terræ motū in Achaia (cū fluctus Burā  
 & Elicem Achaia vrbes operuerūt) ortus est in occidente  
 partis æquinoctio magnus cometes tēpore æstiuo. Et itā  
 multi facti sunt ad austrum. Etenim sub Eucle Molonis  
 filio imperāte Athenis, facta est comata stella circa tropi-  
 cos hyemales: & sole illic existēte, mense Gamelione, quē  
 Ianuarium dicimus, alij Decembrem. ¶ Quinto, tantam  
 refractionē atri esse, quantā comā visi sunt habere comes-  
 tæ, impossibile est. Constat igit̃ omni ex parte, Hippocras-  
 tis & Aeschyli determinationem, non esse recipiendā.

#### SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Pogon pogonos, barba. hinc pogonia: cometes cui in  
 inferiore ex parte in speciē barba longæ promittitur iuba. Quid po-  
 gonia, gonā.  
 ¶ Est & visus aliis seculis incognitus sub Augusto Cæ-  
 sare candidus cometes, argenteo crine, ita refulgens: vt  
 refulgentiæ excellētia vix contueri liceret, specieq; huma-  
 na Dei effigiem in se ostendens. vt prodit C. Plinius. Sed  
 quis non intelligit hoc domini prænūcium fuisse astrum:  
 cum voluit Deus homo in terris videri: & cū hominib;  
 nostram sortem miseratus, cōuersari. ¶ Eleuantia exhalat



Quid hy tiones & vapores: sol, planetæ, & astra. ¶ Hy peccauma, peccau<sup>r</sup> Epicauma, incendium fursum apparēs. ¶ Aegos flumen: ma, siue vrbs in Helleponto. ¶ Tropici, termini vix solis.

Epicauma.

**S** Eptimū cap. cōtinet causas cometæ, eius gñationē, eius diuersitatē. signa quodd sit calidæ & siccæ naturæ. cur nō multi passim, cur raro, & cur frequentius extra tropicos appareant. Et præter literā Aristotelis, significaciones cometæ. ¶ Cometæ causæ, efficiēs: sol, pla<sup>19</sup> 19  
Quomodo gñat<sup>r</sup> cometæ. netæ, astra. Materia: exhalatio calida & sicca. ¶ Cometæ 20  
do gñat<sup>r</sup> cometæ. generatio. Cū eleuatur exhalationis calidæ & siccæ multitudo vsq; ad illam supremā aeris regionem in ignis cōfī

Cometæ diuisio.

nio existētem circulari motu agitātā, quæ quidem cōpa Etā sit & densa, benē inflammabilis, sic vt non multum exuratur, neq; cito extingatur, habeatq; subiectā dispositā exhalationem ascendētem vt aptū & conueniens pabulum, tunc fit stella comata. Facile enī propter ignis viciniam & loci sui dispositionē inflammatur: & ad illius summi aeris motū, syderis cursum imitatur. Et hic flammā in modum crinis circūquaq; dispergit, qui crinitus dicī, hic deorsum demittit: & tunc pogonia est quem barbātum dicimus, hic vero in latus porrigit, & hunc dicunt caudatū. ¶ Cometarum diuersitas, horum est duplex. 21

**Q**uodd cometā sit calid<sup>9</sup> & siccus. Quidā per se apparet non in loco astri, & totus est hy peccauma. Alius sub astro, nūc sub erratico, nunc sub altero, & fit in modum halo circa solem aut lunam, nūc crinem, nunc pogona, nunc flammā in latus porrigens. sydus autem cometā non habet. Hoc tamen interest, quia halos fit refractione, vt postea fiet manifestum: cometā vero, flammā & incendio. Hinc fit, vt Hippocratis ad solē refractione, parum sit probanda: quia frequentius per se fit, neq; circa solem, neq; astrum aliquod, quā circa astrum. ¶ Signa 22  
Quodd cometā sit calid<sup>9</sup> & siccus. quodd cometā calidæ sit & siccæ naturæ. Cometā igneæ esse consistentiæ & naturæ, hæc sunt indicia. Quando apparent cometæ, validi perflant vēti & siccitates sunt multæ. hoc em̄ ideo est, quia eleuat<sup>r</sup> exhalationis multitudo humidū euaporās & soluēs: vt in aquā cōcrescere, densari, soluiq; non possit. & cū cometæ pauciores, minores, & rariōres: pauciores erūt vēti ac siccitates. Cum verō mai

iores, validiores erūt venti, & anni sicciores. & memoria  
 proditū est aliquādo sic inualuisse spiritū: vt magn⁹ lapis  
 sublatus fuerit in aera, qui in Aegos flumē claro die de-  
 cidit, & circa noctem apparuit cometes horredus. ac tūc  
 hyems sicca fuit, & borealis. Et æstus ille maris q̄ Achaiā  
 inuasit, propter contrarietate ventorū factus est. nam bo-  
 reas in sinu obtinuit, faciens fluctus & inundationē, &  
 auster extra, impetu valido perflabat, & arida imperebat  
 loca. Et sub principe Nicomacho circa circulū æquino-  
 ctialem exortus est cometes diebus paucis perdurans, à  
 vespere ortum faciens, quo tēpore insolitus ventus vexat  
 iit Corinthum. Hæc sufficientia præbent argumenta: cor-  
 metem naturæ esse ignæ, calidæ & siccæ. ¶ Et si quæras, Cur non  
 cur non multi simul passim? cur raro? cur frequētius extra multi si-  
 tropicos sūt? ¶ Hoc ideo est, quia raro materia tāta eleua mul-  
 ta est: vt sufficiat facere cometā vnū, aut multos. Et ppter cometæ.  
 disgregationē & solutionē materiæ quæ sit nunc à sole,  
 nūc ab astris, & feruore solis semper illac discurrentis, sub  
 tropicis fortius dispergitur atq; dissoluūt materia, quā  
 extra illū cœli ambitū. ¶ Præter literæ Aristotelis sententiā Cometæ  
 niā, cometæ significatiōes, præsignat bonorū sterilitatē, vēr significati-  
 torum impetum, bella, principum letum, & seditiōes, tiones.  
 Tu steriles agros & inania vota colom:

Siccus & efferuens siccæ cometa facis.

Cum crinem ostentas: tunc ventorum impetus virget

Oppida. tu bella sanguinolenta moues.

Principibus letum, tu seditiosa minaris.

Sic varijs mundus ducitur auspicijs.

# **OCTAVI CAPITIS ANNOT.**

¶ Lac primo: est circulus albus cœlū cingens (vt aiunt) Quid lac  
 per geminos & sagittarium transiens, sub noctis serenæ primo.  
 tate conspicuus, de quo meminit Ouidius.

Est via sublimis cœlo manifesta sereno:

Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.

¶ Secūdo, lac est exhalatio, sub ipso aggregata cœlesti cir Quid lac  
 culo: eius candoris similitudinē representās. Et causatur secundo.  
 cādor in illis: vt colores causari dictū sunt. Cœlestis, sem-  
 per sub nocte serena apparet; impressionis, non semper.

¶ Lac, via lactea, galaxia. Galā enim dicunt Græci lac.

¶ Emphasis, demonstratio. ¶ Sporades, dispersæ.

Tres de  
lacte opi  
niones.

¶ Ctauū cap. continet tres de lacte opiniones. earū  
improbationes. & ppriā determinationē. ¶ Tres  
de lacte opiniones. ¶ Prima est Pythagoricorū  
dicētū Phaëtonē semel hac currus traxisse pater

Primę res  
futatio.

nos: & hāc cœli partē exustā incāduisse, hincq; nobis ad  
huc lac apparere. Sed incōueniēs est, nō intelligere hac de  
causa zodiacū circulū iam exustum esse debere. & magis  
quā sit lacteus circulus. nā sub eo semper sol decurrit, &  
omnia errantia sydera. At nihil tale passus conspicit (no  
bis enim totus manifestus est circulus: & qualibet nocte  
videtur dimidius) nisi ea ex parte qua cōiungitur lacteo

Democri  
tus.

circulo. ¶ Secunda est Democriti & Anaxagorę dicētū  
lac esse propriū lumen aliquorum astrorū adinuicē cōgre  
gatorū. Dicebant enim solis aspectu pprium lumen astro  
rum impediri videri: sed terra interposita nō impeditum  
videtur, & lac nuncupatur. ¶ Sed non ita est. ¶ Primo,

Anaxa  
goras.

Secūdæ.

quia lactis circulus semper apparet sub eisdem astris. At cō  
tinuē essent alia & alia quæ à sole nō inspicerentur. trāsfla  
to igitur sole, oporteret & lac transferri. ¶ Secūdo. Quia  
astronomicis theorematibus cognitū est, solem esse multo  
terra maiorem: & astra multo magis à terra quā sol  
& luna, distare. conus igitur terrestris vmbre deficit citra  
astra: ad ea ipsa solarem aspectum non impediens. ¶ Ter

Tertiæ.

tia est dicentium lac esse radiorum solis refractionem: vt  
de cometa. sed neq; hoc verum est. Primo. quia non sem  
per deberet apparere in eodē locō. vt impossibile est ean  
dem Emphasis continuē in eadem speculi parte fieri: si  
speculum aut res moueatur. mouentur autem continuē  
sol & astra. Secūdo. quia apparet nobis lactis circulus in  
aqua de nocte: vbi non potest esse talis refraction. Non

Aristote  
lis de ge  
neratiōe  
lactis des  
termina  
tio.

igitur fieri oportet hanc Emphasis atq; candoris ma  
nifestationem: ob radiorum refractionem. ¶ Aristotelis  
determinatio. Virtute astrorum quę sunt in cœlesti lacteo  
circulo, eleuantur exhalationes multę: vt fit in genera  
tione cometę: in qua quidem recipitur atq; refringitur  
lumen astrorum illic existentium & illius partis cœli.



Fitq; hūc in modū circulus magnus albus (vt sub aſtri rotunditate fit circulus halos) qui lactis circulus dicit̃. Et id quidē rationabile eſt. Nam ſi vnū aſtorū ſufficit materiā eleuare vnde poſſit prodire cometa: multo quidē fortius magna aſtorū multitudo, quę in via cœli lactea latē eſſulget (quas ſporadas dicunt) materiā ſuſtollere poterit: in qua hæc pars cœli formet̃, repræſenterurq;. Adde hunc laſteum circulū nō fieri inter tropicos, vt neq; cometes, ſed extra: vbi exhalationū vis maiore perdurare poſſit indiſſoluta tēpore, & vbi poſſit eſſe maioris materię repræſentationis cōmoditas. De flāmis igitur apparētibus, de phātaſmatibus, de cometis, & lacte: hæc dicta ſufficiant.

### NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Stilla, gutta.

- N** Onū cap. cōtinet cauſas pluuię. eius generationē. & vnā caliginis & nubis differentiam. Et præter literę Ariſtotelis ſententiā, vnum & viginti ſigna pluuię. ¶ Cauſę pluuię ſunt. efficiens: cœli circulus, maxime ſolis. qui propē nos decurrēs vapores eleuat, & diſgregat: quos ſua abſentia congregat. Materia autē, 27 eſt vapor calidus & humidus ſurſum latus. ¶ Pluuię generatio. A ſole & alijs aſtris eleuantur vapores ab aqueis locis (eſt enim vapor, aquę halitus) qui diu in aere ſuſpēſus & ob medię regionis frigidę cōtaſtum denſatur in frigidatus, atq; iterum per ſtillas deorſum erumpit: fitq; pluuiā. Quę ſi minoribus ſtillis crebra deſcendit: imber, ſi maioribus: pluuiā. ſi impetuoſe, ſubito, & groſſioribus totis ſimul, labrotera dicatur. ¶ Differentia. Inter nubem 29 & caliginem hoc intereſt: quia nubes eſt craſſior ille vapor viſus in aere ſuſpenſus, qui tandem ſoluatur in aquā. Caligo autē itidem ſuſpenſa nebula eſt, ſed quę non ſoluatur in aquam: quę diſpergitur & diſperſa vaneſcit. eſt enim caligo velut nebula ſterilis. Fit hinc, vt caligo magis ſit ſerenitatis ſignum. Et generatio nubis ex vapore, & pluuiarum ex nube, imitatur ſolis circulum. Nam ſole exiſtente propē, eleuantur vapores, fiuntq; nubes: quo elongato, iterum deſcendunt. Calidū enim eleuat, & frigidum deprimit, & hoc ſemper vt fluuius eſſuens & re-

Pluuię materia.

Quomō genere pluuiā.

Nubis & caliginis diſcrimē.

Pluuię  
gna.

labēs secūdū ordinē. Et forte hunc semp naturę serie sen  
uata indeficientē fluuiū: vt diuinę puidētix flumē, priores  
sub enigmatē & velata allegoria Oceanū terrę semper  
circūfluū vocauere. ¶ Pręter literę Aristotelis sententiā,  
vnū & viginti pluuię signa. Mercuriū ē flumine celer vol  
latus atq; clamor. Fulicę in sicco ludentes. Ardea super  
nubē euolās. Sydera cadere vīsa. Albescētes flāmarū sub  
obscura nocte tract⁹. Paleę & frondes eleuatę volitātes,  
Plumę in summa aqua colludētes. Ex parte boreę: Euri,  
Zephyriq; tonit⁹. Grues in aere fugā agitantes. Vacca in  
cōlū suspiciens & captās naribus auras. Hirundo lacus  
circūuolūtās. Ranę in limo querulę. Formica oua extol  
lens. Cōlestis arcus apparitio. Agmen coruorum ē pastu  
rediens, alis strepens. Fluuiiales aues vndis relictis prata  
quęrerē: se frustra lauare gestientes. Garrula cornix. Cor  
nix sola dispaciata arena caput vndis obiectans & im  
murgens. Ignis in oleo scintillans. Et fungi crescentes,  
pluuias & tempestates (vt cecinit Maro) prælagiunt.  
Iam sibi tum curuis malē temperat vnda carinis;  
Cum mediō celeres reuolant ex æquore mergi,  
Clamoremq; ferunt ad littora. Cumq; marinę  
In sicco ludunt fulicę: notasq; paludes  
Deserit, atq; altam supra volat ardea nubem.  
Sępe etiam siellas vento impendente videbis,  
Pręcipientes cōlo labi: noctisq; per vmbas,  
Flammarum longos ā tergo albescere tractus.  
Sępe leuem paleam & frondes volitare caducas,  
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.  
At boreę de parte traxis cum fulminat, & cum  
Euriq; Zephyriq; tonat domus: omnia plenis  
Rura natant fossis: atq; omnis nauita ponto  
Humida vela legit. Nūquam imprudentibus imber  
Obsuit: Aut illum surgentem valibus imis  
Aeris fugere grues. Aut bucula cōelum  
Suspiciens: patulis captauit naribus auras.  
Aut arguta lacus circūuolitaui hirundo:  
Et veterem in limo ranę cecinere querelam.  
Sępius ex tectis penetralibus extulit oua:  
Angustum formica terens iter. Et bibit ingens

Arcus. Et è pastu discedens agmine magno  
 Coruorum increpuit densis exercitus alis.  
 Jam varias pelagi volucres (& quæ Asia circum  
 Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri)  
 Certatim largos humeris infundere rores:  
 Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in vndas;  
 Et studio incassum videas gestire lauandi.  
 Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.  
 Et sola in sicca secum spaciatur arena.  
 Aut caput obiectat querulum venientibus vndis.  
 Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ  
 Nesciuerè hyemem: testa cum ardente viderent  
 Scintillare oleum, Et putres concrecere fungos.

# DECIMI CAPITIS ANNOT.

☞ Serenitas, est à nubibus, aeris puritas. ☞ Tranquillitas  
 verò, est in aere fluctuantium ventorum vacuitas.

**D**Ecimū cap. cōtinet causas roris & pruinæ. eorum  
 generationes. tres eorū differētias. & duas conue  
 niētias. Et præter literæ sentētiam, roris & pruinæ  
 accidētia. ☞ Roris & pruinæ causæ. Efficēs: sol &

30 Quid ros  
 31 astra. Materia: desus vapor, parūq; coloris habēs. ☞ Roris ris & prui  
 generatio. vapor qui paululū de die eleuatus fuerit. ob ca nē causa.  
 lidi, sursum ducētis paucitatem: temperatē noctis frigore Quomō  
 deorsum ducit, atq; in aquā soluit, qui in aquā versus, ros ros gene  
 dicii. Fit em̄: cū nō fuerit æstus sursum ducēs & exiccans, retur.  
 neque frigus cōstringens & gelās. Et quod gignat ppē,

32 signū est: quia tum nō longē suspēditur vapor. ☞ Pruinæ Quom  
 genetatio fit vt ros, sed prius quā vapor in aquam veni generet

33 sus cernatur, gelatur. Et fit hyeme, magisq; hyemalibus lo pruina.  
 cis. ☞ Tres roris & pruinæ differētix. ☞ Differunt primo. Roris &  
 quia cū fit ros, vapor nō gelat. quod facta pruina, contin pruina  
 git. ☞ Secūdo. ros temperiē requirit: pruina autē non, sed discrimē.  
 frigoris lapsum. ☞ Tertio, quia ros fit flante austro & nō  
 borea (nisi in Ponto, vbi opposito fit modo) nam austris  
 ni flatus, temperiē parant: boreas, hyemē. Est enim frigi  
 dus, & suo frigore exhalationis caliditatē extinguēs: præ  
 terq; in Ponto, vbi auster distans, temperiē facere nequit.  
 boreas autem illic, propter frigiditatem, antiperistasin fac



ciens (quæ contrariorum circūstantia est) calidum congregat & magis euaporat. Hinc fit, vt in exteris locis id etiā percipiatur. & putei flante borea plus effument, halentq; quā flantibus austris. Sed borealia extinguunt antequā consent. austris autem, congregare sinunt. Et pruina e contrario fit magis flante borea. ¶ Duæ cōuenientix. Cōueniunt primo. quia ambo fiunt tēpore sereno, & tranquillo. Non existere enim serenitate, vapores apti eleuari nequeunt. & flante vento, consistere non possunt. ¶ Secundo. quia ros & pruina in altis montibus nō fiunt. Primo. quia vapor (ex quo gignūtur) densus est, & parū caloris habēs: vnde possit in præruptorū verticē montiū sustolli, sed propē terrā dimittitur. Secūdo. quia montiū vertices vērō agitantur, non consisteret igitur vapor: vnde illic ros, atq; pruina fieret. ¶ Præter literam, rosis & pruinæ accidentia. Ros frumēta collecta putrescere facit. sereno fit tēpore. ex rore oues letalem fluxū concipiūt. Pruina plerūq; foetet. descendens: serenitatē, ascendens: futurū indicat imbrem. Rore seges collecta perit. Sunt rorida tempe.

Rore & oues pastæ ventre fluente cadunt.

Canā pruina olida est. Descendens ipsa serenat:

Sed si conscendat, tempora pulla notet.

## VNDECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Ephemerus: diarius, vnius diei.

**V**Ndecimum cap. cōtinet causas niuis. eius generationē. & vñ cōuenientiā. & præter literæ sententiam accidentia niuis. ¶ Cause niuis cū prædictis ex eadē sunt. ¶ Niuis generatio. Nix generat: cū nubes (priusq; in humore stille) congelatur. Et hoc, est frigiditatis regionis (in qua fit) signum, & temporis. ¶ Non enim cōstringeretur ac gelaretur. multa existente caliditate & non superuincēte frigore. debet tamen aliquid caloris esse, nubem eleuare sufficiēs. ¶ Cōuenientia. Cōueniunt pluuiā, ros, pruina, & nix. nam fiunt ob infrigidationem omnia. Et pluuiā & ros sunt idem, & pruina & nix idem: sola paucitate & multitudine distantia. Nam pluuiā, ex multo vapore, multis locis, & multo tempore collecto, generatur. Ros, ex paucō, vt ephemero vapore.

Et pruina,

Et pruina, ex gelato vapore. Nix verò, ex gelata nube.

¶ Præter literæ sententiam quatuor niuis accidentia. Nix Niuis ac  
nimium albet, fortiter visum dispergens per flocculos ca  
cidencia.  
dit, messem auget, semper in altis saluatur montibus.  
Candida nix nimium; tu fundis acumina visus.

Tu cadis vt floccus, messibus apta venis.

Hismaron, & Rhodopè, & Caucason, Othryn & alpes

Præruptos montes tu sine fine tegis.

# DVOECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Antiperisthasis, contrariorum circumstantia. ¶ Pontus, Quid pō  
regio ad boream est, & id mare quod à palude Meotide tus.  
vsq; in Tenedum protenditur. ¶ Labroteræ, impetuosio  
res, vehementiores.

37 **D** Vodecimū cap. cōtinet duas quæstiones. antiquo  
rum respōsiones. earū improbationes. secūdx tri  
bus rationibus. & proprias solutiones. ¶ Prima  
quæstio. vbi generet grādo? ¶ Dixerūt sursum ge  
nerari. & aquā ob stillarū paruitatem suspēsam manere in  
aere (quēadmodum cōtingit aurū, & pleraq; terrea corpo  
ra ob molis paruitatem aquæ supernatare) & illic conge  
lari. & postea congregata multa simul: cadere grandines.  
Sed hoc esse non potest. quia cōgelata copulari nequeūt:  
38 quemadmodum humida. ¶ Secunda. quo tempore ma  
gis generetur grādo? Et videtur hyeme. Nam grando est  
vt crystallus. Fit autem congelatio, hyeme. maximè tamē  
vere apparet & autumnō, tempore fructuum, & tranquil  
lioribus locis. Dixerunt magis æstate fieri. Et cum nubes  
ad tantæ altitudinis aerem peruenerit qui maximè sit fris  
gidus, quia solariū refractionē radiorum nō amplius sen  
tiat: illic aquam gelari, fieriq; grandinem. & hoc maximè  
æstate euenire contingere. quādoquidem copiosus sit cas  
lor, nubes eleuare & sursum pellere sufficiens. ¶ Sed neq;  
hi recte sentiunt. Primo. Nam in valde altis locis, non fit  
grādo. Videremus em̄ eam (quemadmodum & niuem)  
aliquādo in ipsis genitam. Secundo. quia sæpe visæ sunt  
grandinosæ nubes cū sono non longe à terra delatæ. qui  
horrorē & metum audientibus, & videntibus ingerebat  
terribilem. tanquam aliquo alio maiore futuro. ¶ Tertio.

quia aliquando miræ magnitudinis cadit grando: oïmos  
dam gerens figuram, & non rotundam. Signum igitur est  
ex non valde alto loco ruere, neq; in valde alto genitam  
Vbi gene esse. ¶ Primæ quæstionis solutio. Antiperistasis (quæ est 39  
rañ grādo contrariorum circūstantia) ipforum auget vehementiam,

& hinc fit, vt æstate inferiora loca frigida sint: & hyeme  
Media ac calida. quare æstu valido existente: media aeris regio fri  
ris regio gidior est, suis circumdata contrarijs. Et ex nube citius  
estate quā aquam eliquat, & grossiores guttæ (quas labroteras dici  
hyeme fri mus) fiunt: quæ impetuose & totæ simul decidūt ob con  
gidior. gelationis celeritatem. Ita circūstante contrario fiunt gut  
tæ labroteræ, quæ (priusquam decident) gelantur: quæ  
congelatæ, grandines dicuntur. Et quando propinquius  
fiunt: maiores apparent, quia paruo ferantur intervallo.  
quando vero remotius: minores atq; rotundæ. ¶ Secūde, 40

Minus æstate & hyeme quā vere & autumnus, & fru  
ctuum maturatione. quia ver & autumnus, & matures  
centium fructuū tempus: calidū satis est & humidum, vt  
vapores eleuētur, & antiperistasis fiat. Adde quodd quādo  
vapor eleuari sufficit tempore calido: medius aer ex con  
trariorum circūstantia valido cōcepto frigore: vaporem  
Aquā ca citius gelat. Multi enim citō aquam infrigidare volentes:  
lidā citi? primum eam ad solem ponunt. Et in ponto circa calas  
gelari. mos aquam calidam fundunt: vt illic citius geletur.

Vtuntur enim in pisciū captura glacie vt plumbo: vt calas  
mi quiescant. Et hac ipsa de causa circa Arabiam & A  
thiopiam æstate ingrauescunt imbres: & in die frequen

Grādinis ter, & non in hyeme. ¶ Præter literæ Aristotelis senten  
accidētia. tiam, grandinis quinq; accidentia. Deorsum per globos  
ruit, vt crySTALLUS. Messē enecat. Interdū cū sono & stre  
pitu auditur. Cum pluuia cadit. Multimodē existit figuræ:  
aliquādo hominū, aliquando ferarum effigiem retinens,  
Grando globum vitrei crySTALLI imitata deorsum

Decidit, & vitem strataq; farra necat.

Horrendoq; sono mortalia pectora terret

Nubis: & euentu deteriora rata.

Mixta ruens imbri, varijs formata figuris,

Et faciem visa est sæpe habuisse feræ,



## DECIMITERTII CAPITIS ANNOT.

☞ Meotis, Scytharū maxima palus, in Pontum defluens. Meotis.

☞ Parnasus, Phocidis mons biceps: in quo Castalius mu- Parnas.  
fis fons sacer existit. Castali.

Decimūtertium cap. cōtinet vnā cōclusionem, vnā  
de generatione fontium & fluiorū opinionem. &  
eius impugnationē. fontium & fluiorū generatio

41 **D**ne & duo signa. ☞ Conclusio. Expedit de fluijs Diffinitio  
& spiritibus aliqua determinare. Nam de his ab antiquis veti ab an-  
nihil dignum relictum est. Dixerunt enim aliqui, ventum tigs data.

aerem esse agitatū & fluentem, & idem, esse nūc aerem,  
nunc nubem, nunc ventum. quia cum quiescēs fuerit: vo-

cant aerem. cum densus & multæ crassitudinis: nubem. &  
cum motus: ventum. Et omnes ventos eundem esse ven-

tum, sapienter credunt affirmare. Sed accidit multos vel  
sine inquisitione satius sic inquirentibus dicere. De ven-

tis autem postea exquisitam facturi sumus determinatio-  
nem. quid sit, quomodo fiat, quid moueat, vtrū fluat quē

admodum ex vase: quousq; totum fūsum sit, aut sicut ex  
vtribus emissum: vt pictores effingunt. Et de aquis confu-

42 **m**iles penē habuerunt determinationes. ☞ Vna de fontium rū de fon-  
& fluiorū gnatione opinio. Dixerūt fluios fieri multa tīb<sup>9</sup> & flu-

aqua à sole eleuata: & iterum in terræ magno aliquo ven- uijs opi-  
tre congregata, à quo effluūt omnes, aut alius ex alio. col nio.

ligiturq; in terræ susceptaculis hyberno tēpore hæc aqua.  
Et hinc fit, vt fluij & fontes æstate quā hyeme maios

res exuberent. & horum fluiorum, hos perpetuos asse-  
runt: quorum susceptacula multam copiam colligunt, &

quæ nō prius deficere possint. quā ex hyeme nouos im-  
bres & nimbos recolligant. hos verò non perpetuos: quo-  
rum aluei & receptacula paruam continent aquā, & quæ  
deficere possit priusq; ex hyeme nouos recuperēt imbres.  
sed quomodo ex susceptaculis terræ nascerent aquæ: quæ  
per annum decurrere videntur cum magnitudine & mo-

43 **l**e ipsius terræ superent magnitudinem! ☞ Fluiorum Quō flui-  
& fontium generatio. Sicut super terram ex aere, super uij & fon-  
rante frigiditate fit aqua. ita & in terra eandem ob cau tes gene-  
sam ex aere fit aqua, & continuē quidem, quæ facta erunt rentur.

pit. Et sicut super terram ex multis paruulis stillis alijs tan-  
de coeuntibus crebrior colligitur aqua, fitque aquarum multitudo  
sic in terra ex paruis colligitur. Et primo sunt scaturigines in  
principio fontis aut fluminis conuenientes. ¶ Duo signa, 44  
Primum, aquarum ductus parates, non longe defossa humo aquam  
reperiunt: terra iudem a summo veluti sudante, reperta. ¶ Se-

Indiciūque cundū, quia ex magnis motibus maximi fluij & stagna  
fontes & oriuntur: quod libere omni ferme ex parte aeris attingant  
flumina si loca quae ut spongiosa, fistulosaque suspensa: multis ex locis  
unt ex aere concipiunt atque produciunt aquam. In planitie autem caepistri: ra-  
re intra tem- ri fluunt admodum. In Asia enim ex Parnaso ad hyemalem oriū-  
ram susce- tem motem maximo effluunt & alij fluij, & Baetris, Chor-  
pto. aspes, Indus & Araxes; cuius pars Tanais, in Meotidem  
effluit paludem. Et ex Caucaaso maximo motem ad aestiuale

Argumentū magnitudinis di- orientem (qui ob sui prae-ruptam magnitudinem a nauigan-  
tibus in imis stagni videtur, & cuius summitates ad tem-  
tudinis di- tiam noctis partem a sole illustrantur) effluunt plurimi &  
fluij, maximi, & Phasis. Ex Pyreneo ad occidentem aequino-  
ctiale in Celtica effluunt Istrus & Tartessus. Istrus quidem  
per totam Europam in mare Euxinum: at Tartessus extra  
colūnas. Ex Aethiopicis montibus Aegon & Nyfes  
& Chremetes. Ex pindo: Achelous & Inachus. Ex Scō-  
bro: Strymon, Nestus, & Hebrus. Ex argēteo monte: Ni-  
lus. Ex Rhodope: plurimi, sed qui adducti sunt: testimonij  
gratia sufficiant. Absconum igitur esset, existimare vnum  
terrae ventrem: ex quo omnes educantur fluij. Et neque reci-  
pere quidem sufficeret, neque ipsae nubes. Et sunt hunc in  
modum fontes, & sunt sub terra, ut quaedam stagna ex sca-  
turiginibus in vno loco collecta: non tanta ut aliquid ac-  
cidat incommodi, & esse huiusmodi subterreaneos me-  
tus & aquarum voragines, hinc sumitur indicium: quod sa-  
epe loca absorbentur cooperiente aqua, ut circa Pelopon-  
nesum & Arcadiam saepius accidit. Circa Helladem vero  
raro, & sub Caucaaso stagnum est (quod illic vocant mare)  
quod plurimi & magni ingrediuntur fluij, apertum egres-  
sum non habentes: quos dehiscens deriuat sub terra, circa Pro-  
funda Poti, ubi nullus qui vnquam descenderit: potuit satis pro-  
funditatis terminum rimari. Et hinc distantia trecentorum sta-

diorum aquam potabilem reddunt terræ. Et circa Ligusticam fluius nō minor Rhodano (qui fluius est per nauigabilis) absorbetur. Indicium igitur sufficiens est: terram lacunas & aquarum voragines continere.

#### QVARTIDECIMI CAPITIS ANNO.

¶ Hellas, Græcia. ¶ Hellenes, Græci. ¶ Cataclysmus, diluuium, inundatio.

¶ Quartidecimū cap. continet vnā conclusionē, responsionē. quō cōtingant cataclysmi. cur aliqui fluij vidētur perennes, alij nō. Et vnū corollarium. ¶ Quæstio. cur loca demutētur, varienturq;

45

nūc terræ, nūc flumina? vt quæ prius arētia extiterē: nunc obruta sint aquis. & quæ prius aqua operuit: nūc sint arida. vt vbi nūc mare: prius terra. & vbi nūc terra: prius mare fuerit. ¶ Huius rationem assignamus. quia omnia hæc naturæ seriem seruant, suaq; finiūtur periodo. Vt enim ex sole & cœlo: plantæ & animalia statim habēt, & suæ durationis rationē. vt adolescant, vt iuuetā consent, vt senes necēta tabescant. ita eadem ex causa, virtutē partes terræ accipiunt differentē. & incipiūt humida fieri, & ad tempus aquosa manent. Deinde exiccātur, atq; senescunt iterū. Et consimili modo fit maris permutatio. vt vbi nunc excrescit: terrā relinquet arētē, & vbi nūc fluctibus vndatur: aliquid quando stagnatum & exiccātū iri necesse est. Et huius rei plurima sunt argumenta. Aegyptus enim exundāte Nilo cooperta: hinc stagnat, hincq; reparat, vt sæpe noua fieri videatur. Et ora Nili omnia: manufacta videntur, excopto vno Canobico. Et olim Aegyptus (vt Homerus refert) Thebæ fuerūt: necdū Memphis erat. Et hæc rerū vicissitudo permutationumq; alternatio, Helladi Argiuorū regioni, & Mycenæ Mycenæorū, tempore Troiæ accidit. Nam Argiui stagnantē habebāt Helladē, & quæ paucos alere posset. Mycenæa vero: ferax & temperata. Et in oppositas versæ naturas, Mycenæa stagnat, illa verò sicca & utilis nunc facta est. ¶ Et si quæras. si ita sint rerū vices, terrarum & aquarum permutationes: quomodo nos lateant? Dicimus cum incipiant longis temporibus fieri, vita autē nostra, cito fugiat & labatur. quādoquidē nūc fame

Cur terræ  
& flumina  
demutantur.



nūc bello, nunc infirmitate cito absumitur. & hi regiones  
 permūtāt & emigrāt in alienas: hi autē permanēt, sed tēpus  
 factæ permutatiōis nō attingūt. illi autē cū regio nō ampli⁹  
 alere sufficiat: in alienas sese trāserūt oras. hinc omnis in-  
 terit memoria, & posteritatē latet. Et si quādo memoria fa-  
 cta est: lōginqua deleuit antiquitas. Et qui has cōsidera-  
 uerūt permutaciones: dixerūt nōnulli mundū de nouo ge-  
 nerari: & mūdi gñationem harū causam esse. Sed hoc ridi-  
 culum est: ob paruas scilicet & momentaneas permutatio-  
 nes, totū permūtari existimare oportere. Terræ autem mo-  
 les & magnitudo, circa cuius partem aliquam sit permu-  
 tatio: ad totum vniuersum nihil omnino esse videtur. Sed  
 causa dicta est, q̄ rerum à natura determinatus sit exitus,  
 determinataq; periodus. ¶ Quomodo contingāt cataclys-  
 mi. Sicut anni quatuor sunt determinata tempora, ver,  
 æstas, autūnus, & hyems: finem, periodumq; seruato ordi-  
 ne retinentia. sic circa partes terræ & loca, consimilis natu-  
 ræ lex obseruatur. & cum ad hyemem vsq; suam deducta  
 sunt: ingrauescunt vndæ, fitq; illorum cataclysmus. Quem  
 admodū sub Deucalione cataclysmus factus est circa an-  
 tiquam Helladem, quæ est circa Dodonem & Acheloiū:  
 quam habitant Græci, qui nunc Hellenes dicūtur, & hæ  
 aquarum magnæ eluuiōes, nō semper circa eadem loca  
 contingūt, sed euariant, & cataclysmorum loca permūtant. ¶  
 Cur aliqui fluuij videātur perpetui & alij nō? ¶ Di-  
 xerūt id esse ob terræ ampla vel stricta receptacula. vt quo-  
 rū magna sint, voraginū instar: hi sint perpetui. quorū ve-  
 ro parua, & quæ suas paruo tempore eiāculentur aquas:  
 nō perēnes sed decidui sint. ¶ Hanc non dicimus causam  
 sed locorum gignendis, conseruandisq; aquis aptitudinē,  
 vt loca alta, spissa, frigida: hæc sanē multā continent aquā,  
 multam suscipiunt, & multam sua frigiditate gignunt.  
 quibus vero suspensæ sunt paruæ montium moles, spon-  
 giosæ, saxæ, argillose: hæc inepta sunt (vt in ipsis diu  
 perdurent aquarum fluxus) loca. Et ita si plus apta atq;  
 disposita fuerint, perseuerant magis, sin minus: itidem mi-  
 nus. non tamen dixerim fluuios esse perpetuos: sed suas  
 seruare periodos, ad quas vsq; perdurant. & non posse

Quo con-  
 tingāt di-  
 luuia.

Quare ali-  
 qui fluuij  
 videat p̄  
 petui, &  
 alij nō.

Fluuios  
 suas serua-  
 re perio-  
 dos.

46

47

semper eadem præterlabi atq; perfluere loca, sed permuta-  
re, nō enim mari & flumine eadē semper hument loca: &  
eadem manent arida. Hoc manifestat Aegyptus quādoq;  
tota inundans. Hoc: ea quæ circa rubrū mare sunt, loca,  
quæ Sesostris primus excogitauit fodere: vt totus fluuius  
pernauigabilis foret. hinc em̄ magnę pendeant vtilitates,  
deinde Darius id attētauit. qui reperiētes mare flumine  
altius, à fossione cessauere: ne flumen mari mixtū corrūpe-  
retur. quod, & circa Libyā, Ammoniā regionē cōperitur  
summissus. Hoc: Bosphorus nō semp fluēs. Vīsus est em̄  
48 ab Asia limositate fluxū dimittere, deinde sicari. deinde  
iterum stagnare, solitosq; cursus reparare. ¶ Corollarium.  
Vnde sit (cū tēp<sup>9</sup> nō defecerit, sed totū sit æternū) vt neq;  
Tanais, neq; Nilus, semp fluxerint, sed vnde effluūt, alui:  
aliquā sicca loca fuerint. & ita de ceteris fluminibus dicere  
conueniet. Habent enim, & vt sint, & vt certis effluant lo-  
cis determinatas períodos, & tēpore permutantur oīa.

¶ Paraphraseos in primū Meteororū Aristotelis, Finis.

PRIMI CAPITIS SECVNDI METEORORUM ARISTOTELIS, Annot.

¶ Circa Theologiam versatos, vocat Hesiodum & alios  
poetas: qui deos cecinerūt. ¶ Statarix, stationarix, stātes.  
¶ Aestum maris (sic em̄ eius fluxū atq; refluxum nūcupa-  
mus) nō prosequit Aristoteles: nisi vt ex causa pēdet infer-  
rior. Tum q; syderū ratio à nostra cōtemplatione videat  
aliera, tū q; ipsa alijs & alijs reperiāt varia, & deprehensu  
difficillima, vt in fluctuomis Syrtibus, in Nilo, qui sole  
tenēte cancrū, totā alluit Aegyptū. in Eurippo: qui septies  
in die & nocte in Euboia reuagos refluosq; fluctus agit.  
in Gaditano fonte: qui nunc fluxus, refluxusq; Oceano  
cōcordes habet, nūc vero dissonos. Aestus tamē aquilonā-  
ris & nostri Gallici Oceani: exploratum, ratumq; habetur. Quod  
lunam in causa esse: vt quæ ipsum certis intervallis trahat, mare gal-  
& ad suā faciē propemodū effingat. Bis em̄ inter duos lū-  
licum ad-  
næ exortus effluit, remeatq; incipit em̄ vnā cū luna nostrū motū lū-  
horizōta cōscēdente, intumescere: quoad sydus ad merū nē crescit  
dianum perueniat: quo quidē ad occasum vergēte, sensim & decre-  
residet. Ab occasu verō ad ima cōclī, meridiano contraria scit.

sydere vergente: rursus inundat. hinc autē, donec ortum  
 reparet, se contrahit & reuocat. nec miretis syderis subter  
 terrā labētis ipsum mare vim sentire. neq; obest quicq; ter  
 renę molis crassa densitudo: vt manifesto in sole & helio  
 tropio, cognoscitur argumentō. quod in nocte vim solis  
 motricē persentientis, ad orientem se gyrat. Et in toto mari  
 amplior lunę virtus colligitur, q̄ in torrētibus & fluuijs,  
 vt & ipsum sol amarore inficit, & non fontes & flumina.  
 Quo fit, vt ipsum potius q̄ fontes & flumina lunę sydu  
 mouere dinoscatur. & ā noua luna ad septimam, maris  
 æstus minuuntur. A septima ad ipsam suo orbe plenam,  
 augētur: effluentēq; maximē ipsa plena, aut prope. Vt em̄  
 fulgur prius cernitur, tonitrū, fulminisq; motum præue  
 niens: ita quoq; luna, cōpleta cernitur, priusquam vis illa  
 aquarū motrix, maximē inundationis effectū, motumq;  
 satis imprimat. A plenilunio ad ipsam decemēto mediā,  
 decrescūt. hinc autē ad nouiluniū vna recrescūt. In plenilu  
 nio maria purgātur: limū, algasq; expuunt. aiūtq; Aristot  
 telē tradidisse, nullum animal nisi recente æstu expirare.



Antiquo  
 rū de ma  
 ris gene  
 ratione o  
 piniones.

Ecūdu liber Meteororū cōtinet cap.  
 nouē. Primū cap. cōtinet tres de ma  
 ris generatione, opinionones. Primæ  
 duabus rationibus reprobationem.  
 ¶ Tres de maris generatione opi  
 niones. ¶ Prima est antiquorū circa  
 Theologiā versatorū: dicētū in terra  
 esse fontes, qui sint principia ac ori  
 gines maris. existimant em̄ forte, terrā esse maiore vniuersi  
 partem, & reliqua omnia ipsius gratia esse, & circa eam  
 tanquā circa honorabilissimum principium consistere.  
 Sed fontes originem mari præstare nō posse, ostenditur.  
 Fōtes ori ¶ Primo. quia aquarum, hę sunt fluentes, vt fontanę &  
 ginē mari fluuiales aquę: hę verd, statarię. Statariarum autem, hę  
 non præ sponte stant, vt stagnales: alię industria & arte, vt fonta  
 nę manufactę, & puteales, quarum fontes existūt origo.  
 Mare autem neq; effluxibile est, neq; arte & industria ma  
 nufactū stans. Neq; sponte apparet fontium esse multitu  
 do. Fontes igitur non præstant mari originē & principiu



¶ Secundo. quia sunt plura maria adinuicem non com-  
mixta: vt rubrum mare, Hyrcanicū, & Caspiū: quæ ad-  
inuicem separata sunt, & circūhabitata: circa quæ nō ap-  
parent fontes à quibus deriuata trahere possunt originē  
Non igitur fontes, mari præstant originem & principia.  
Mare tamē fluere videtur ob aliquas causas. Primo. quia,  
cum in angustum locum recipiatur: refluxuat, reflectitur,  
regurgitatq; ad amplum, ibiq; in maius se expandere atq;  
diffundere videtur. Secundo. quia increbrescentibus flu-  
uiorum vndis, ad profundius decurrat. vt Meotis in pon-  
tum. Pōtus in Aegæum, Aegæum in Siculum. Siculum  
autem mare in Sardonicū & Tyrrhenicū. Est enim Pon-  
tus Meotide profundior, Ponto Aegæum, Aegæo Sicu-  
lum. Sardonicum autem & Tyrrhenicū, omnium profun-  
dissima. quod autem inter Herculeas columnas, totum in  
profunditatē fluit. Et sicut ex verticibus altis, fluij appa-  
rent fluentes, sic ex arcto, mare plurimū fluere cōspicitur,  
quia illic locus altus. adeo enim: vt aliqui sibi persuadeāt  
illic Axe sub hesperio sint pascua solis equorum. Et neq;  
sub terras subterlabatur & erret, altitudine ad arctum ter-  
ræ eleuatæ videri prohibitus. ¶ Secunda est antiquorum,  
qui de humanis plura senserūt: dicentium à principio ter-  
ram fuisse totam aquis adopertam, sed ex vna parte spiri-  
tibus impetentibus, solis versionib; & lunæ euaporatam  
atque exiccatam esse. quod verò superest, esse mare: futurū  
q; aliquando vt tota terra arida fuit. ¶ Tertia est. di-  
cētium terram olim sole incaluisse, calefactamq; sudorem  
emisisse, quod mare vocamus, & hinc mare salsum esse. su-  
dorem enim salus est. Alij vero, salsedinis causam, terram esse  
aiunt. Et mare hūc in modū esse salsum terræ admixtum;  
quemadmodum aqua per cineres colata.

## SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Rheumata, stillæ illæ subterraneæ ex quibus colligun-  
tur, gignunturq; fontes & flumina.

Secūdu cap. cōtinet tres de loco maris opiniōes. earū  
reprobationes. secūdx qnq; rōnib; & tertiæ quinq;  
quīs sit locus maris, & quō flumina in mare labentia  
non videantur mare reddere maius. ¶ Tres de loco

Antiquo maris opiniones. ¶ Prima est nōnullorū qui dixerūt mare  
 rum de lo esse principiū aquarū: & ex eo fluere omnes, & ad ipsum  
 co maris refluere, & eius locū esse locū aquarū, hac ratione vñ. sicut  
 opiniōes de alijs elemētis cōperimus, ita quoq; & de aqua cōperiri  
 rationabile est. at ignis magna moles, magnaq; multitudo  
 sursum in suo loco congregata est: & aeris in suo loco, &  
 terræ in suo, vt infimo igit̃ & aquarū in suo loco. hæc aut̃,  
 mare esse videt̃, qđ præstet alijs aquis omnib⁹ originē &  
 principiū, & à quo fluuij & fontes effluant omnes, & ad  
 quod iterum recurrāt. Et cum quæritur, quomodo igitur  
 fluuij à falso mari egressum habentes, dulces sint? dicunt  
 eos dulcescere: quia per terram sint colati. Sed quomodo  
 hæc aqua falsa & grossa, alijs subtilioribus & simpliciorib⁹  
 bus (vt quæ potabiles existāt) erit principium? ¶ Secūda  
 est dicentium mare circa terram esse diffusum, eius ambū  
 tum circundans, & circa mare sphæram aeris: circa aerem  
 sphæram ignis, vltimum & supremum sensibilem locum  
 possidentem. Et solem circūferri atq; circūuagari semper,  
 quoddam nutriatur humido. & quoddam in oriente stās aut vno  
 loco, nō inueniat sufficiens pabulū, eleuetq; subtile humi  
 dum & dulce: quo se pascat, nutriat, alat. alioquin corrū  
 peretur, sed quādiu habeat alimentū: viuere, humidumq;  
 soli esse alimentum vt flammæ. & solem, flammæ similem  
 Quoddam esse putarūt. Sed sic dicētes, ridendos esse patet. ¶ Primo,  
 lo vapor quia illud subtilissimum & dulcissimum (quod per singu  
 re nō nu los dies sursum expirat, sursumq; ducitur) illic constat: &  
 triatur. frigido cogente iterum ad terrā relabitur. idq; ita semper  
 agit natura circulum imitans: vt superius dictum est. Non  
 Quoddam sit igitur illo subtili & rorido vapore nutritur sol. ¶ Secūdo,  
 ma conti quia flammæ similitudo, soli apta nō congruit. nā propter  
 nuē dep continuū humidū & siccum, non alitur flamma. neq; ma  
 diū sicut net eadē: sed continuē fit noua: quare si de sole ita futurū  
 acquirē. esset, nō modo in die (vt dicere cōsuevit Heraclitus) non  
 esset idē sol: sed cōtinuē fieret nouus. ¶ Tertio, quia sicut  
 ignis aquā calefaciēs euaporat, ita sol vapores extollit &  
 eleuat. At ignis cū aquā calefacit, vapores eleuans, nō aliū  
 illis, igitur neq; sol. ¶ Quarto, quia incōueniens est, solum  
 solē nutrirī: & nō illā magnitudine & numero excellētem

fyderū multitudinē. imò & ipso coelestes circulos alimento indigere, pariter & pastu: & eiusce rei gratia nō facere gyros, quēadmodū solem facere aiunt, illa autē nō alūtur. igitur neq; sol. vnde enim tantū sufficere possit alimentū?

¶ Quinto. quia quæ ex humidis corporibus sursum efflātur. iterū descendere (ipsis in aquā coactis, conuersisq;) vīdemus, & per singulas se reddere regiones tanq̃ nō alitis

6 superioribus. non igit̃ alūtur supiora. ¶ Tertia est scripta in Phædone. terrā esse perfossā, & in illa eximia terræ voragine ac apertura esse tartarū: originē & principiū aquarū omnium, & ipsius maris. Qui quidē vastæ voraginis tartarus: se nūc extra diffundit, & euomit aquas, nūc refoebet emissas. & ad ipm̃ (vt ad principiū) oēs recurrūt aquæ nunc sursum, nūc deorsum, nūc ad latus, nūc sub has, nūc sub illas elabēs terras. Et aiūt aquas, colores & sapores accipere secundū terrarū (per quas transeūt) naturas. Sed id non esse verum, statim manifestum est. ¶ Primo. Quia videntur non semper ad eundem locum fluere, quod tamē oporteret secundum eorum sententiam. ¶ Secundo. quia non minus effluerēt supra terram quā sub terra: & quocūq; tenderit fluctuans tartarus. ¶ Tertio, quia non est cur aqua quæ mota fuerit deorsum in tartaro: iterum sursum exurgat ac eiāculetur. ¶ Quarto. Quia semper esset aquarum æqualitas: & semper extra, aquā æqualē (ne se occuparent) esse oporteret. ¶ Quinto. quia non videntur flumina alicubi in terra terminari: sed omnia fluūt in mare ad quod terminātur. viderētur tamen ubiq; in terra terminari debere: quia illic euagaret̃ tartarus. Et si aliqui fluiuiorū terraneos meatus subintrent, aliunde prodire videntur. vt Nilus & Istrus longo tramite sub terras labentes: multos alios in via colligūt fluiuos & fontes, & multorū fluiuiorū ac fontū rheumata. hincq; in fluiuos euadunt amplissimos. ¶ Quis maris locus? ¶ Respōsio. Sicut ignis

Platonis  
reprobatio.

¶ Quis maris locus? ¶ Respōsio. Sicut ignis proprius est locus, cœli concauū: aeris proprius, concauū ignis: ita proprius est aquæ locus, vt aeris concauū. Hinc fit, vt quem locum nūc mare terram ambiens occupat: natura sit aquæ, & non maris. nā quod dulce, quod subtile est aquarū, sursum à calore eleuatū ducitur, grossum verò

Quis maris  
locus,



terreum & salsum: suo pōdere subsidet in imō. quod quidē in loco aquæ remanēs, mare dicitur. manet em̄ deor sum. quemadmodū cibo ab animali sumpto: quod dulce & quod subtile est, à calido spargit̄ ad vnūquodq; mem̄ brorū. quod vero grossum est, terrestre & amarū, vt hypo stasis (quam subsistentiā dicimus) in aluū pondere suo de mittitur. & vter totius locus erat, quāquā subtilia statim dissoluta sunt. ita de aqua & mari existit. Hac de causa oēs

Cur oēs aquæ fluunt ad mare: quia in loco sit aquæ, & locū maxi  
aī ad ma me concauū possideat. ¶ Cur tot & tanta in mare laben  
re fluant. tia flumina, ipsum nō videantur reddere maius? ¶ Respō  
Cur aquę sio. quia in mare recepta: ex arcto, atq; angusto diffundun  
receptæ tur in latū. & ideo in latum diffusa, cito resoluūtur: vt per  
non red, nē vno die perdurēt. quemadmodū si supra latā mensam  
dāt mare aquæ fuderis cyathum, nobis præsētib⁹ & respicientib⁹  
maius, bus exterminabitur totū. ita quoq; de fluminib⁹ accidit.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Erithea, insula Gerionis in Oceano. ¶ Scirpus, iuncus.  
¶ Lyncus, vrbs Epiri. ¶ Sedimenta, expurgamenta ani  
malium, hypostasēs. ¶ Muria, aqua salitorum. ¶ Stagnū  
illud circa Palestinam, Asphaltites est: gignens Asphaltū,  
quod bitumen nominant.

**T**ertiu cap. cōtinet vnā quæstionē antiquorū, & p  
priā responsionē. tres de falsedine maris opiniōes.  
quomodo generetur maris falsedo. Septem signa  
falsedinis maris. vn̄ fontes & flumina diuersos sa  
pores, colores, & effectus habeāt. Et præter literæ Aristot  
telis sententiam, duodecim aquarū effectus, & miracula.

¶ Quæstio. an semper erit mare, an aliquando deficiet?

¶ Dixerunt aliqui mare simul cum mundo incepisse: &  
semper cum eo perduratū ire. quare perpalam est, si mun  
dus perpetuus est, itidem mare perpetuum esse voluisse.  
Sed Democritus dixit aliquando mare totam operuisse  
terram: & paulatim desicari, & tandem omnino desicca  
tum iri, vt ne vllum quidem sit mare. Sed id persimile est  
AEsopi fabulæ: qui confinxit Carybdim bis resorpsisse:  
quæ primo sorbens, fecit apparere montes. secundo, fecit  
apparere insulas. quæ si iterum sorbeat, residuum epota ra

Democri  
tus.

- est, terrâq; siccâ relinquet. Sed hic sermo, Poetis aptus, & nō veritatis inquisitorib⁹. ¶ Dicim⁹ igitur, si semp sol suū torqueat gyrū: dulce, subtile, & potabile eleuās, qđ iterū deorsum recidat: semp futurū esse mare aliqđ. non tñ eadē semp occupabit loca. sed quæ nūc arida sunt, aliquādo il- luet, rursumq; eadē aliquādo siccabūtur. Neq; ppter hoc
- 8 permurari existimare oportet vniuersum. ¶ Tres de falsedine maris opiniones. ¶ Prima est dicentū terrā in principi pio fuisse aquis adopertā: & solē dulce, subtile, & potabile eleuasse, residuum vero mare relictum amarū & salsum, niones. Sed id verum nō esse videtur. nam ad ipsum tanta relabi- tur multitudo, quāta fursum sustollitur. quare si restituta æquali dulcis aquæ multitudine, ipsum non est dulce, sed amaricatur: neq; prius hac de causa factum est salsum.
- 9 ¶ Secunda est dicentium fluuios ad mare labentes, terrā trahere falsedine: & mare salsum reddere. Sed neq; id ve- rum. ¶ Primo. quia fluuios oporteret esse falsos, imd & magis falsos: quod non apparet. ¶ Secundo. quia irratio- nabile esset modicā terrestreitatē cum fluuijs delatā: tantā aquæ multitudinem (quantū ipsum mare esse videmus)
- 10 falsam efficere. ¶ Tertio. quia nihil aliud mare reputant, nisi plurimorum fluuiorum collectionē, quare & fluuios ipsos falsos esse concedāt, oportet. ¶ Tertia est Empedo- cles. Empedo- cles. ¶ Tertia est Empedo- cles terrā sudasse dicentis, eiusq; sudorē esse mare. Sed hæc metaphora & fictio Poetis quā Philosophis aptior est vt recipiatur. Nā quæ falsa esse videntur, vt aqua per cines res colata, aqua colata per calcē, vrina, sudor, alimēti hy- postasis: cum prius dulcis fuisset aqua, dulce poculū, dul- cis cibus, aliquo accepto falsa fiunt aut amaricantur, vt cinerum aut calcis adusta terrestreitate. Et in vrinx vasis fundo, remanet quædā falsedo. Et cum sudore, corporis abluuntur terrestria, sicut quī carnes abluendo abstergit. Et terrestreitas, indigestaq; substantia facit hypostasin ama- ram videri. Ita & aliquo adusto & terestri admixto, mare salsum esse existimare oportet. & nō eo quo ipsi arbitran- tur modo. ¶ Quomodo maris generetur falsedo. Maris generē falsedo ex quodam vsto terrestri ammixto generatur, maris sal- Dicimus enim duplicem esse spirationis speciem, hanc, sedo.

calidā & humidā, quæ vapor dicitur: hanc verò calidam & siccā, quæ dicitur exhalatio. Et mare semper idē specie permanet: ut idē aer, idem ignis, eadē flāma. Et eleuatur ab eius summo vapor dulcis: a fundo verò: solis & astrorū sufficere calore, eleuat exhalatio (est enim hæc: à terra eleuari nata) aduriturg fundū, & per mare transiēs, & cū vapore in mare relabēs (ut cineres per aquā sepius transitū faciētes) salugine inducit. Et huius rei multa sunt signa. Aqua per cineres colata, vrina, sudor, & alimēti (ut iam dictum est) hypostasis, vbi aliquid cōbustum relinquitur, aut terrestre indigestum. Quapropter dixerunt nonnulli terram semel fuisse combustam, & hinc mare suam traxisse amaritudinem: nō percipientes generationum exhalationum possibilitatē. Et quomodo hac de causa maris arenæ relinquuntur, ut tenuia grana dissociatæ. ¶ Septem signa quoddam mare ob ambustarum terrestre itatum permixtionē falsum sit. ¶ Primum. Quia australes aquæ & primæ autūnales falsiores sunt: quoddam auster ventus sit calidus, & à calido efflet loco, plures secū eleuans exhalationes. Autūnales verò, propter præteritæ æstatis adustionē, & exhalationes eo tempore eleuatas: quæ nunc ob temporis varietatem deorsum reducuntur, nunc admixtæ permanēt, nunc nouē sustolluntur. De borea autem oppositū euenit. Et hac de causa australes, & autūnales grauiores sunt: & citius ob permixtam terrestre itatem deorsum præcipites deduntur. Quibuscūq; enim talis terræ multitudo inest, citissime deorsum tendūt. ¶ Secundū. quia aqua maris, cæteris calidior est: ut quæ exhalationis admixtæ naturā retineat. Omnia enim quæcūq; ignita fuerint, in seipsis potentia caliditatem retinent. Monstrant hoc, calx, cinis, animalium sedimenta: ut quorum calidissimi sint ventres, calidissimā habeant hypostasim, sedimentaq; & semper maris sursum eleuatur portabile. Quod si aliquid terrenæ fæcis secum ducitur, vapor falsedine participabit. & si magis, & magis, & iterum relabitur decidens, quod iterū resumet mare. Fluant enim ad ipsum, & omnes aquæ. Hinc fit, ut nō omnino deficere (quæadmodū alij deficiūt fluij) sed solū secundum hanc vel illam partem contingat. ¶ Tertiū. quia di-

Septem signa quoddam mare ob ambustarum terrestre itatum permixtionē falsum sit.



misso cereo vase bene clauso & circumligato, in mare:  
quod per latera subintrat aquæ, dulce est & potabile.  
quoddam ceræ tenuissimi pori non admittat cum subtili resudan-  
te aqua corpulentas terræ feces subire. ¶ Quartum, quia  
aqua maris hæc ob causam ceteris grossior & poterosior  
esse videtur, ut in ea magnæ natent triremes, quæ in flumi-  
nibus suo potere submergerentur, quod passi sunt aliqui  
nonnulli, in flumine onustas naues ducentes: in mari salutem  
facientes, ob huius rei ignorantiam incauti. Hinc fit, ut si quis  
aquam apprimet, multumque falsam fecerit, supnatent oua: quod &  
circa salituras (quas murias vocant) contingit, sitque spissa, &  
grossa, & limo, quamissimissima. ¶ Quintum, dicunt circa Pale-  
stinam esse stagnum in quod si immiseris hominem ligatum aut  
equum: supnabit aquæ, & submergi non poterit. hoc autem  
facit copiosa admixta terrestreitas. ¶ Sextum, quia vestimen-  
ta in mari lota, sordida sunt, hoc enim, ob terrestreitatem acci-  
dit. ¶ Septimum, in Chaonia est fons aquæ falsæ: in dulcem  
fluuium propè, se precipitans, nullos pisces nutries. obtinuerunt  
autem loci illi incolæ ab Hercule boues ab Erythea addu-  
cete: ut (quia pisces non haberent) in suum usum ex fonte sa-  
les faceret. Decoquunt enim aquæ partem, quam euaporare su-  
nunt: quo facto, sales non grossos, compactos, ut nix cadidos,  
in fundo reperiunt: qui sunt alij debiliores, sapore, & colo-  
re delectabiles. Idem faciunt in Umbria de quibusdam cala-  
mis & scirpis: quorum facta combustione cineres in aquam  
coquunt, qua partim euaporata, exiccataque: relinquitur  
salis multitudo. Et vniuersaliter omnia fluuiorum falsa  
rheumata, calida esse putare oportet. Est enim sal ut adus Quid est  
sæ terræ species, quæ frigido & humido soluitur: calido sal-  
autem & sicco cogitur, concrescit & duratur. Hinc loca  
quæ arenosa influunt, cinerem aut calcem imitatio conspiciunt. Vnde fons  
13 tur. ¶ Vnde fontes & flumina varios participant sapor, res & flu-  
res, colores, & naturas. ¶ Hoc evenit propter terrarum mina hæ-  
(per quas subterfluunt) admixtiones. Sunt enim aliqui casus diuer-  
lidi, ut qui per terræ calidæ meatus ut sulfureos, transeunt. hos colo-  
Et in Sicilia fons est acetosus: quo aceti loco in obsonio res, sapor  
rum, cibariumque usu vtuntur indigenæ, & similis circa res, & per  
Lyncum existit, & circa Scythiam vnus est amarus, qui prietates.

in fluuiū decurrēs totū reddit amaricatū. ¶ Præter literæ  
 Duodecim aquarū miracula. Anigrus (q  
 cim aqua & Anagrus dicit̃) Theſſaliæ fluuius poſt Centaurorū ab  
 rum mira Hercule vulneratorē in eo lotionē, aquas impotabiles fer  
 cula, nat. Hypanis Scytharū maxim⁹ fluui⁹, in Calliopū finib⁹

amara ſcaturigine infamis reddit̃. Iouis Ammonis fons,  
 interdiū friget, & noctib⁹ calet. in Dodone Iouis fons als  
 gidus, ad motas faces extinctas accēdit, & accēſas reſtin  
 guit. & Athamātis aquæ, ad mota ligna accēdūt. Flumē Ci  
 conū in Thracia res tactas rigefcere facit in ſaxa. Crathis  
 & Sybaris Calabriæ fluuij, aureos crines inducūt. Salma  
 cis Cariæ fons, in ipſum deſcēdētēs efformatos remittit.  
 Aethiopes lacus, mētis infaniā & intolerabilē ſoporē par  
 turiūt. Colophone, Apollinis lacus animos ad diuinationē  
 nem & oracula immutat. Clitori⁹ Arcadię fons ſemel hau  
 ſtus, vini inducit odiū: abſtemioſq̃, hoc eſt à temeto abſti  
 nentes, bibentes reddit. Linceſſis amnis, vt vinū bibentes  
 temulētos & debacchātēs relinquit. Phenoſ Arcadiæ la  
 cus, interdiū innoxius: noctu potus, mortifer perhibetur.  
 Vt hæc elegātī carmine ex Pythagora cecinit Quidius.

Ante bibebatur: nunc (quas contingere nolis)

Fundit Anigrus aquas. poſtquā (niſi vatibus omnis  
 Eripienda fides) illic lauere bimembres  
 Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus:

(Qui fuerat dulcis) ſalibus vitiatur amaris?

Pauca ſuper referam. quid? non & lymphæ figuras

Datq̃, capitiq̃ nouas: medio tua corniger Ammon

Vnda die gelida eſt: ortuq̃, obituq̃ caleſcit.

Admotis Athamantis aquis accendere lignum

Narratur: minimos cum luna receſſit in orbes.

Flumen habent Cicones quod potum ſaxea reddit

Viſcera: quod tactis inducit marmora rebus.

Crathis & hinc Sybaris noſtris conterminus oris:

Heleſtro ſimiles faciunt, auroq̃ capillos.

Quodq̃ magis mirum: ſunt qui non corpora tantum

Verum animos etiā valeant mutare liquores.

Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis vnda:

Aethiopesq̃

Aethiopesq; lacus: quos si quis faucibus hausit,  
 Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.  
 Clitorio quicunq; sitim de fonte leuarit:  
 Vina fugit, gaudetq; meris abstemius vndis.  
 Seu vis est in aqua calido contraria vino:  
 Siue (quod indigenæ memorant) Amythaone natus,  
 Pretidas attonitas postq; per carmen & herbas  
 Eripuit furijs: purgamina mentis in illas  
 Misit aquas, odiumq; meri permansit in vndis.  
 Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis.  
 Quem quicunq; parum moderato gutture traxit:  
 Haud aliter titubat q; si mera vina bibisset.  
 Est lacus Arcadix (Phenum dixere priores)  
 Ambiguus suspectus aquis, quem nocte timeto.  
 Nocte nocent potæ: sine noxa luce bibuntur.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Ab vrsâ, à polo arctico.

- 14 **Q**uartum cap. continet vëtorum causas. ipsorum  
 generationem, tria q; ex exhalatione gignantur  
 signa, vbi ventorū incipit motus. ¶ Ventorum  
 causæ. Efficiens sol & astra, Materia: exhalatio  
 15 calida & sicca. ¶ Ventorū generatio. Halituum (quemad-  
 modum dictum est) dux sunt species: hæc calida & humi-  
 da, quæ vapor dicitur: hæc verò calida & sicca, quæ nun-  
 cupatur exhalatio. Et sicut cœlo circūlato eleuatur vapor:  
 qui frigido densante ac cōstringente iterū recidit in aquā.  
 quæ hanc ob causam crebrior hyeme atq; nocte fit, distri-  
 buitq; in omnem terram, ita à sole & cœlo eleuata exha-  
 latione gignitur spiritus. Et necesse est, non modo humi-  
 da & calida eleuari: sed & calida & sicca, naturæq; igneæ:  
 quorum copîa in terra plurima est. Et apparet ad latus &  
 transuerse, nunc hac, nunc illac (quemadmodum dicitur)  
 agitari atq; flare. Neq; verum est, aerem spiritum, & nu-  
 bem, idem substantia esse, vt aerem, in quiete: vëtum, ipso aer, spirit<sup>9</sup>  
 agitato & ad latus fluente. nubem verò, cum densetur, & nubes  
 crassiorq; fiat, in pendulo visibilis apparens. Nam vapor, substantia  
 calidus & humidus est: vt potentia aqua. huicq; symbos differat.  
 lum habens; eleuatus facile stillat in aquam. Exhalatio

Quid vë-  
torū cā.

Quomo-  
do genes-  
rent vëti.

Quod




autem, calida & sicca : ex qua sumitur spiritus. Neq̃ pos-  
test esse aer fluens. Nam vt de fluuijs , esse oportet princ-  
pium aliquod vnde fluere incipiant : ita de ventis. quod  
minimè qui diffiniunt eum aerem motū & fluentem, assi-  
gnare possunt. ¶ Tria q̃ ex exhalatione gignantur, signa. 16  
Primum quia sicut multo eleuato vapore maior gignitur  
pluuia, & minore minor: ita multa eleuata exhalatione fit  
spiritus maior : & minore, minor. & suis temporibus (vt  
fieri nati sunt) fiunt. Hinc anni pluuiosi, hinc flatuosi ven-  
tosiq̃ fiunt, nūc hæc pars anni, nunc hæc regio. Secundum,  
quia spiritus cessare facit pluuiā, itidem & pluuiā vētū;  
quia sunt cōtrarij. & cōtingit alterum in alterū permutari.  
Et eleuato vapore, exiccata manet terra: ex qua exhalatio  
expirat, & sursum ducitur venti materia, quā sæpe vapor  
superior & in frigidatus reprimat. Tertiū. quia plurimi vētū  
fiunt ab vrsa & meridie: quia sol inter vtrūq̃ meat, & mul-  
tos eleuat vapores, & exhalationes multas, vñ nubes &  
vētū fiant, quas nō disgregat, quia remotus sit, & virtutis  
ad hoc inuvalidæ. necessariū tamē vapores multos & exha-  
lationes (vt ex viridibus lignis) eleuat. Et ab ortu & occa-

**Qñ** flant su & tropicorū loco, nascūtur pauciores : q̃ sua illic fortit-  
tudinē materiā dispergat & consumat, neq̃ valde frigido  
austri. tēpore; q̃ frigus exhalationē extinguat. ¶ Vbi incipit ven-  
rū iiciat torū motus. Ventrū obliquā esse lationē manifestū est: &  
motus. sursum illius motus est principiū. Nam exhalatio à terra  
secundū rectū eleuatur: quæ sursum (ne altius ferat) offen-  
dens obstaculum, ad latus cōuertitur, & in obliquū meat.  
Fit autē id manifestū, cū nubes aut caligo pendula fuerit;  
cuius motū statim spiritu, vt flabello agitāre percipimus.  
valētiorq̃ fit circa terrā: & materiā illic ex qua gignatur,  
habet copiosiore. habet itaq̃ deorsum & à terra, mate-  
riam: sursum verò suæ obliquæ lationis initiū. Et sicut flu-  
mina vbi ortus principia habēt: parua sunt. longius verò  
precedentia, semper noua rheumata & materias colligen-  
tia; crescūt: maioraq̃ euadūt: ita & venti ortum habent,  
modici: longē vero progredientes, insignes fiunt.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Prodromi, venti octo diebus ferē ante canis ortum

exorientes. Oritur autē canis, sole Leonē subeunte. ¶ Ete  
 fix: venti sunt boreales ab vrsa post æstiuales versiones  
 liquatis niuibz flantes. ac die quidem spirāt nocte verd  
 spirare desinunt. ¶ Ornithiæ, venti sunt ex opposito flan  
 tes: post solis hyemales versiones. ¶ Austri verd: à meri  
 die spirant. ¶ Aestiuales versiones sunt: sole subeunte can  
 crum, quæ & æstiuale solstitium dicūtur. ¶ Hyemales: so  
 le intrante Capricornum, quæ brumæ dicūtur solstitium.  
 ¶ Inhabitable male habitabile.



¶ a d, circulus cancri. b e, circulus æquinoctialis. c f, cir  
 culus capricorni. a f, zodiacus. g h, circulus arcticus. i k,  
 circulus antarcticus. l, polus arcticus nobis apparens.

m, polus antarcticus occultus. Spacium a c d f, zona torrida. Spacium a g d h, zona media habitata. Spacium g l h, zona arctica frigore inhabitata. Spacium c i f k, quarta zona & medix habitata opposita. i k m, zona antarctica frigore, vt g h l, inhabitata, minor circulus, terra est: in qua secundum proportionem consimiliter & consimilibus literis hæ quinq; zonæ sunt signatæ. o, mare Indicum. p, mare Gaditanum. o p, maris Indici ad Gaditanum & Herculeas columnas distantia.

Cessatio  
nis vento  
rū causæ.

**Q** Vintum cap. continet cessationis ventorum & commotionis causas. Vnde & quo tēpore flent Etesix, ornithæ & austri. & quinq; zonarū terræ declarationem. ¶ Cessationis ventorum cau-

se. Primo sol calore suo nimio, spirituum materiam dissipans ac dissoluens, cito terram exiccans priusquam multam halet exhalationem: vētos cessare facit. Quemadmodum si paruum combustile in magnum ignem proieceris sæpe priusquam fumum emittat, adurit. quapropter circa Orionis ortum, & vsque ad etesias & prodromos: maxime fit tranquillitas. Secundo, idem facit validum frigus poros terræ constringens: & nihil expirare sinens. Causæ verd his oppositæ, ventorum faciunt commotio-

Quando  
flant ete  
sæ.

nem. ¶ Vnde & quo tempore flent etesix, ornithæ, & austri? Etesix flant ab arcto post solis æstiuales versiones & canis ortum, boræ liquatis niuibz & gelu: flantq; de die, & nocte desinunt. Dici enim calor exhalationem eleuare sufficit: & illorum inducere flatus. Nox autem frigida, niues in die liquatas regelat, flatusq; reprimit: qui nisi orto iam sole & nouos reparante halitus, nouamq; prebete materiam, flare non incipiunt. Et ornithæ post hyema-

Quando  
flāt omi  
thæ.

les versiones ab opposito nascuntur loco: etesix debiliores, minusq; cōtinui, sed interpolles, ac intercisi: quod ad nos venientes, à sole (sub cuius latione ipsos ferri oportet) dissoluantur. Austri, verd post æquinoctialem versio-

Quinq; zo  
narū ter  
ræ declar  
ratio.


nem à meridie oriūtur & spirant. ¶ Quinq; zonarum terræ declaratio. quinq; sunt in terra zonæ. Vna vbi sol semper discurret feruentissima, & inhabitabilis æstu. Secunda inter circulum nostri poli & primam intercepta; quæ frig-



gore & æstu temperata, habitata est. Tertia est arctica, quæ  
semper à sole plurimum distans: frigore riget, & frigore in  
habitata. Quarta est ex opposito secundæ, inter illam tor-  
ridam & sole supermeante vltam & occulti poli circum  
media: sic temperie se habens, vt quæ est apud nos ha-  
bitata. Quinta verò est antarctica, & verticis semper laten-  
tis, vnde fit, vt terra secundum circum habitari nequeat.  
Nam secundum longitudinem quæ de polo ad polum atten-  
ditur: prohibet nunc frigus, nunc calor. Et secundum lati-  
tudinem quæ de oriente in occidentem, & occidente in  
orientem existit: defendit aquarum multitudo. Et multum  
differt habitationis longitudo à latitudine, vt distantia ma-  
ris Indici ad Herculeas columnas, ea quæ est ab Aethio-  
pia ad Meotidem, & extrema Scythiæ loca maior est quàm  
quinq; ad tria. Nouerunt hæc qui nauigationis & vias  
peregrinunt: & itinera ipsa & spacia mensi sunt. Et extre-  
ma horum locorum inhabitata manent: hæc frigore, hæc  
æstu, hæc aquarum immensitate. Et sicut ventos in nostra  
habitabili collocabimus: consimiles ex parte alterius poli  
intelligere debemus. Vt sicut à nostro polo spirat boreas,  
& nō pertingit ad alterum polum: ita quoque ex alterius  
poli parte alius flat boreas, qui ad nos vsq; nostrumq; po-  
lum non pertingit. Neque auster ab altero flat polo: sed  
ab æstiuali flat versione & exusto loco. Ille enim locus  
propter solis viciniam non habet aquas, neq; pascua, neq;  
gelu, neq; niuem: propter quorum liquefactionem fieri  
possint Etesie. Quia tamen ille locus maior, amplior, &  
expansior est: auster maior est & æstuosior borea, & ma-  
gis huc pertingens quàm boreas illuc. Sed de his hæcenus.  
Nunc de ventorum positione dicendum est.

## SEXTI CAPITIS ANNO.

Oriens xq, **O**riens æquinoctialis: est vbi sol oritur quando intrat  
 noctialis. arietem. **A**æstiuas: vbi oritur quando intrat. cancerum.  
 Aestiuas **H**ymemalis verò: vbi oritur quādo intrat ægocerotem.  
 lis. **E**t consimiliter occidēs æquinoctialis, æstiuas & hys  
 Hymemalis: vbi in illis signis occidit. Aegoceros, capricornus.  
 lis. **A** Subsolanus, apeliotes. **b** Fauonius, Zephyrus, Ornithias,  
**c** Auster. **d** Boreas, septentrio, aparctias. **e** cæcias,  
 Hellepontias. **f** Africus, libis, notus. **g** Eurus, vulturnus,  
**h** Corus, argestes, olympias. **i** Euroauster, Phœnicias. **k**  
 Thrafcias. **l** Libanotus. **m** Aquilo, menses. **M**eses simpli  
 s dicitur, quod borex & cæcia medius sit.



21 **S**extum cap. cōtinet ventorū situationē. & qui adinuicem sunt contrarij. Eorum naturas & cōplexiones. **Quis ventorū sit.** Quomodo venti situentur, & qui adinuicem contrarij. Id hoc modo deprehendimus. Intelligatur circulus horizon (est enim is circulus: qui partem cœli visam dirimit à nō visa) sitq; a orientis æquinoctialis punctus. b occidentis punctus ei oppositus. & intelligat recta a b. Sit iterum c punctus meridiæ. d ad vrsam punctus oppositus. Et ducatur linea c d: quæ diametraliter secabit a b. Intelligo præterea e punctum orientis æstiuæ. & f punctum occidentis hyemalis, oppositum: eorum verò lineā e f. g punctum orientis hyemalis. h punctum occidentis æstiuæ oppositum: eorum lineam g h. Intelligo deniq; i punctum medium inter g orientē hyemalem, & c punctum meridiæ, & k eius oppositum: & eorum lineam i k. Et l punctum inter f occidentem hyemalem, & punctum meridiæ. m vero punctum oppositum: & eorum lineam l m. His itaq; duodecim punctis signatis & eorum ductis lineis: duodecim in ipsis ventos situamus, in nostro horizonte & hemisphærio: & totidem & consimiliter sub altero hemisphærio, locare decebit. Ventus verò quem situamus in oriente æquinoctiali, & ab ipso flatum ducēs: subsolanus vocatur. Flans verò a puncto b occidentis opposito: fauonius, ei contrarius. Sumuntur enim secundum diametrum: secundum quam plurimum distant. Hos autem supponimus esse contrarios. Quem locamus in c: auster, & qui est in d eius opposito: boreas ei contrarius. Qui in e oriente æstiuæ insurgit: Cæcias, ei cōtrarius in f: africanus. Qui in g oriēte hyemali: eurus, ei cōtrarius in h: corus, qui in i: euroauster, ei cōtrarius in k: thrafcias, qui in l: libanotus, ei verò contrarius in m: aquilo. Et hi præcipui sunt veti: modo quo positi sunt adinuicē contrarij. Vnde a & c subsolanus & auster, & i j vniuersaliter qui secundū eandem diametrum non sumuntur: contrarij nō sunt. Et hi quatuor, Subsolanus, Fauonius, Auster & Boreas: omnium principalissimi sunt, & australes sunt calidi, boreales frigidi, orientales minus austris calidi, occidentales verò minus borealibus frigidi, & plures venti ex parte boreæ gigni

Duodecim  
in nro  
horizonte  
vetos esse



videntur: quia illic plurima nix & aqua, quæ ubique  
 Ventorū quata spiraminum materiam præstet. ¶ Eorum naturæ & 22  
 natura & complexionēs. Venti contrarij: secundum diametrum se  
 comple mul flare non permittunt, sed valentior debilliori oblu  
 xiones. Etatur, violentiamque infert, & ipsum cessare cogit. Venti  
 oppositi, maxime flant circa tempora opposita, ut cæcias  
 circa æquinoctium veris. Africus circa autumnale. circa  
 æstatem corus, circa hyemem Eurus. Oppositi vēti, idem  
 aut oppositum faciunt. ut Eurus & corus in principio  
 siccant. auster calet, boreas algidus est, & seriem sequēdo,  
 subsolanus, Cæcias & Eurus tepidi sunt. Eurus in princi  
 pio siccus: consummans, aquosus. subsolanus, minus siccus.  
 cæcias non serenus. trahit enim ad se vapores & nubes.  
 hinc exijt proverbiū. trahit ad se malum sicut cæcias  
 nubem. & est humidus fauonius, africanus & corus suffrigi  
 di. corus, siccus in principio, aquosus in fine. auster, euro  
 auster & libanotus, calidi sunt. auster: noxius. libanotus:  
 magis humidus, vicini Africi & noti naturam participās.  
 hinc sereni sunt: boreas, thrascias, aquilo. alios cessare  
 faciunt: prope flantes & vehemētes. aera purgant: serenit  
 tatem adducunt, nisi sint vehementia frigidi, tūc em̄ plus  
 coagulant & cogunt quā propellant. boreas grandinosus,  
 aquilo niuosus: frigidissimi, maxime coruscationem fa  
 cientes, & corus cum his in natura conuenit. boreas, salu  
 berrimus. Et de ventis tantilla sufficiant.

### SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Ruina, casus.

Tres de **S**eptimum cap. cōtinet tres de terræ motu opiniones.  
 terræ mo primæ reprobationem. & tertiæ tribus rationibus.  
 tu opiñ. ¶ Tres de terræ motu opiniones. ¶ Prima est Ana  
 Anaxa xagoræ, inquit em̄ Anaxagoras Clazomenius parte 23  
 goras. sphæræ quæ supra nos est: sursum esse. & quæ sub pedib?  
 esse deorsum. & aerem natū sursum ferri: qui in eius infe  
 riora concava incidens: imo verò ab inferiori parte totum  
 quatiens: facit terræ motū. Sed hæc causa vsque adeo exi  
 lis & parua est, suumque prodens defectum: ut vix reproba  
 tionis egeat. Stultum est enim, putare ignem in altero ho  
 rizonte non similiter ad cælum ferri: sicut in nostro habet

tato apparet. & illic cœlum non esse sursum: terram verò in medio globosam (vt hic) deorsum. Et quod ab inferiori aere concussa tremat & moueatur, hoc terræ motus nō conuenit accidentibus, nam vbiq; tremeret, tremit autem certis in locis, regionibus, atq; temporibus.

24 Democriti. Dixit enim Democritus Abderites terram ple- Democri-  
tus.  
nam aqua, & aquam multā ex pluuiā recipere: quæ (cum

25 susceptacula plena sint) exuberans facit terræ motum, & Anaxi-  
menes.  
terram in concaua decidere. Tertia est Anaximenis Mi-  
lesij, inquit enim, terram deplutam hinc siccari, & fortiter

siccata rumpi: & ab his frustis ruinam, præcipitiumq; fa-  
cientibus concuti, fieriq; terræ motum. Hinc quoq; fit, in  
magnis siccitatib; fieri videri. & etiam in pluuiosis: quodd  
super humectata, ruinæ iam præparata cadat. Sed non ita  
esse videt. Primo, quia oporteret terrā iam multipliciter  
subuersam, ruinamq; fecisse, apparere. Secundo, quia hæc  
causa esse nō potest circa aliqua loca frequenter tremētia:  
vbi talis excessus ad alia non est. Tertio, quia oporteret  
semper minores & pauciores terræ motus futuros expe-  
ctare, & tandem cessare: quodd terra tantum deciderit, vt  
non amplius sit terræ tremor futurus, hoc autem esse non  
potest, quare neq; hæc causam esse, existimandum est.

#### OCTAVI CAPITIS ANNOT.

Hellespontus, stricturn mare, quod à Tenedo famiger-  
ata in conspectu Troiæ insula, ad propontidem proten-  
ditur. Eubœa, percelebris insula, Atricæ adiacens.

Aedepsus: vrbs Eubœæ. Circa Aedepsū erāt balneæ  
calidæ Herculis. Spasmus, corporis contractio. Tetanus,  
spalmi species. Sipylus, vrbs Phrygiæ.

26 **O**ctauum caput continet causas terræ motus, eius  
generationem. Decem quodd ab exhalatione pue-  
niat, signa, & septem eius accidētia. Terræ mo- Terre mo-  
tus causæ.  
tus causæ. Efficiens: sol & astra, & spiritus terra tus causæ.  
27 inclusus. Materia, exhalatio. Eius generatio. Terra na- Terre mo-  
tus causæ.  
turaliter sicca est: aquæ multitudinem in se cōtinens, quæ tus genes-  
à sole calefacta, & multis (quæ in se tenet) igneis corporatio.  
ribus, multum spiritum intra se cōcipit, qui quia subtiliss-  
mus, ocysissimus, & vehementissimus est; huc, illuc euaga-

tus & discurrens terra vehementer concussa, plerūq; eius motum & tremorem parit. quærit em̄ exitum, & in suum locum euolare. at aliquādo totus exit, flamma plerūq; ex collisione cōcepta. aliquando verò sine flamma. aliquādo pars exit: pars aut̄ altera cōstricta atq; clausa manet. vnde

Decem si sit, vt neq; aer, neq; aqua faciant terræ motū. ¶ Decē signa 28  
 gnaquodd quodd ab exhalatione & spiritu proueniat terræ motus,  
 terræ mo ¶ Primū. quia plurimū fit trāquillo tēpore, quodd exhalat  
 tus ab ex tiones plurimæ in terra sint reclusæ. & quanto plures, ma  
 halatione ior fit: quāto verò pauciores, minor. Est enim spiritus con  
 terræ in: tinuus: quem oportet aut intra; aut extra fluctuare. ¶ Sec  
 clusa, pue cundum. quia maximè fiunt de nocte & circa diluculum;  
 niat, quodd soleant tunc incipere flatus. & in meridie, si contin  
 gant in die. quia tunc sol maximè obtineat, & exhalatio  
 nem declinet in terram. ¶ Tertium. quia circa subter an  
 trofa, subterq; inania loca (in quæ defluat mare) sæpe in  
 tremiscit tellus. hac de causa, sæpe fit circa Hellespontum,  
 Achaiā, Siciliam, Eubœam, & Therma circa Aedepsum  
 factæ sunt. Fit enim illic angustia. & maris multitudo in  
 terram spiritum iterum repellit efflare nitentem, angustat,  
 atq; premit. ¶ Quartum. quia maximè fiunt terræ motus  
 vere & autumnō, temporibus pluuiosis, & in siccitatib⁹,  
 quia enim hæc tempora ventosa sunt & pluuiosa: præbēt  
 multam in terra exhalationis generandæ occasionem. sic  
 autem illam reclusam, monstrant; & ad spirituum genera  
 tionem aptitudinem. ¶ Quintum. quia spirituum impe  
 tum, vimq; agitandi præualidam percipimus non modo  
 in aere. vbi solidiora robora velluntur, ædificia funditus  
 euertuntur: sed & in corporibus animalium, vbi sæpe spi  
 ritus clausus facit tremorē. quod & sæpe accidit post vri  
 næ emissionem. & sæpe membrorum contractionem, &  
 spasmus inducit & tetanum. Et aliquando vsque adeo  
 membra validè agitat mouet, & concutit: vt intremula &  
 quieta teneri haud quaquā possint. Obtinere itaq; in terra  
 nōnunquā spiritū: verisimile existimare oportet. ¶ Sextū,  
 quia tēporibus nostris accidit terræ motus: qui prius non  
 destitit quā vētus egressus fuisset vt Ecnephas. ¶ Septi  
 mum, quia circa Heracleam quæ est in Ponto, idem ac



ei dicitur. Factus enim exitit terræ tumor vt collis: quo tandē  
 distentione rupto, ingens & multus erupit ventus, ignem  
 & cineres eleuans. & Liparæorum urbem nō longē hinc  
 existentem ambussit, vertitq; in fauillas. & flatum dirigēs  
 in Italiā, urbibus Italicis multa attulit incōmoda. Quod  
 & prius accidit circa Sacrā insulam, quæ est vna Aeolias  
 rum insularū. ¶ Octauum. quia sæpe soni ex exhalatione  
 constricta causantur, quemadmodū à longe sonus maris  
 percussu exauditur. ¶ Nonū. quia paulō ante terræ mo-  
 tū sol obscurus sine nube videtur, hoc enim facit apparet  
 re egrediēs spūs, & ad auroram tranquillitas ex frigus. ob  
 spiritū calidum reclusum, & post occasum serenitate exis-  
 sient: nubecula stricta & longa porrecta videtur vt terræ  
 motus prænuncia. quemadmodū enī maris fluxibus acci-  
 dit præcurrere tenuem vadā: quam gens mari finitima,  
 aquæ filiū nuncupat. ¶ Decimū. quia sæpe circa lunæ ecli-  
 pses contingūt terræ motus, quodd tunc marcescat calidū,

29 & eo tēpore flatus agitari soleant. ¶ Terræ motus septem **Terræ mo-**  
 accidētia. ¶ Primū. terræ motum ad quadraginta dies se- **tus septē**  
 extendere contingit: & visus est aliquando per duos an- **accidētia,**  
 nos circa eadem loca perdurasse, hoc em̄ facit spiritus mul-  
 titudo, & laterū terræ concussorū soliditas & præstita res  
 fluctantia. vt spiritus animantium corporibus clausus nō  
 repente cessat: sed lōga mora fit marcidus. ¶ Secundum.  
 sunt soni in terræ tremoribus. nam percussus aer & spiri-  
 tus, omnimodos emittit sonos: itidem & percutiens, ni-  
 hil enim differt. repercutitur enim repercutiens omne. &  
 præuenit sonus terræ motū. nam magis spiritu, per omne  
 penetrat sonus. & si exhalatio nō sufficeret agitationē in-  
 ducere, sonus sine terræ motu audiretur. quod sæpe iam  
 accidisse visum est. Offendēs enim spiritus ad solidas mo-  
 les, omnimodariq; figurarū omnimodos edit sonos pro  
 varietate cauernarū, cuniculorū, atq; antrorū diuersos. vt  
 aliqui aliquādo prodigia enarrantes dixerint visam non-  
 nunq; mugisse terram. ¶ Terziū. cū terræ motu aliquando  
 magna aquæ multitudo erupit: quodd exhalatio eā extra  
 pepulerit, vt aquæ fluctus nonnunq; extra terminos, &  
 circa Achaiā cōtrarijs spiritibus; interiore, boreæ motum

imitate, extra verò austro: factus est terræ motus & apertio, & tāta maris eruptio pellēte austro, vt cataclysmus factus sit. & aquæ, terræ motū nō faciunt, patiūtur enim solum. Spirit⁹ aut̃ illius (vt dictū est) causa est & principiū: & sedimentū fluctus fecit cataclysmū. ¶ Quartum. terræ motus secundū modicā terræ partem fiunt. spiritus aut̃ secundū ipsius amplitudinē. ¶ Quintū. interdū fit multæ exhalationis in latum (vt tremor quidam) agitatio: interdū verò in altū vt quidā pulsus. & qui fit in altū: plus agitatur, multamq; à profundo enascentem manifestat exhalationem. cum tamen qui alternatim in altū vibrat, & alternatim residet tripudio affimilis: & cū concurrentia tecta contrario ictu arietāt (quod alter motus alteri reniti videat) minus periculosum perhibent. ¶ Sextum. vbi fit talis seismus & spiritus eruptio, multi lapilli ebullire solent. Sic em̃ circa Sipylon euenit: cum seismo euerſa loca fuere & campus, quem Cræci Phlegæum dicunt. Idem & circa Ligusticam regionem euenisse memoria proditum est. ¶ Septimum. in Ponticis insulis minus contingit terræ motus quā in cæteris. Nam frigiditas & maris pondus, exhalationes in ipsis reprimat. De terræ motu hætenus.

#### NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Coruscatio, fulgur, fulgor, fulguratio. Quāquā fulmen, nomen cōmune est ad omnem exhalationem quæ è nube erumpit, ei aculaturq; ardēs: peculiare tamen ipsum faciūt ad eam quæ nubem perrumpit. & fulgetrum nuncupant eam quæ longiore tractu nubem findit.

**N**Onū cap. cōtinet tres de tonitruo & fulguratione antiquorū opiniones. earū reprobationes. primæ duabus rōnibus. & scđq; trib⁹. causas tonitruī, fulgurationis, & fulminis, & illorū gñationē. ¶ Tres de tonitruo & coruscatione opiniōes. ¶ Prima est Anaxagoræ dicentis ignē à sua sphaera in nubē decidere: & eius ratione opemicationem fulgurationem esse, eius verò extinctionē, niones. imò extinctionis stridorē esse tonitruū. Sed id non esse verum, cognitu deprehendere difficile non est. ¶ Primo. quia ignis natura est sursum cōscendere: nō aut̃ descēdere. Cauiam igit̃ dicturus erat quo pacto à summo gthere (vt ait)

in nubem se præcipitem dedat, & illabatur. ¶ Secundo, dicat Anaxagoras cur potius ignis ille se tēpore nubilo demergit quā sereno. Videtur autē nūq̃ in tēporis serenitate se in præcipitiū demittere. neq̃ igitur nubilo tēpore.

¶ Secunda est Empedoclis dicentis ignem in nube ex radijs in seinuicē cōcurrentibus, & se sæpe replicantibus se gregari: eius emicationē, fulgurationem esse: & eius extinctionis stridorē & crepitū, esse tonitruū. Sed neq̃ id quidem verum apparet. ¶ Primo, quia æque fieri deberet in qualibet nube: cū radij in qualibet inter se cōsimiliter incurrāt, hoc autē falsum.

¶ Secundo, quia eadē ratione dicere liceret, niuem, grandinē, imbrem, & cōsimilia (quoddā a nube segregarentur) fieri. ¶ Tertio, quia cū a sole aut igne incalet aqua, nunquā talis segregatio apparet, cōsimiliter tamen ratione id fieri oporteret igitur neq̃ fit in nube.

¶ Tertia est dicētium fulgur non apparere propter ignē, sed quemadmodū percussa aqua de nocte fulgere videtur: ita quoq̃ se collidētibus nubibus fulgorem emittere. Sed hi consuetudinem nō traxerant, ea cognoscendi quæ refractione sūt. Fit enim fulguratio de die: nō autē aquæ percussæ fulgor. Ea enim fulgere videtur percussa: refractio ab ea visu ad aliquod fulgidorū. Et de nocte & nō de die videtur: quoddā diei maius lumen, minus exterminet, obtūdatq̃.

¶ Tonitruū, choruscutionis, & fulminis causæ, efficiēs: sol, astra, materia, exhalatio. ¶ Tonitruū, fulguratio-  
tionis, & fulminis generationes. Duplici existēte spiratio-  
ne: hac humida, hac vero sicca, & vtraq̃ simul eleuata & consistere in nube: illa cū sursum magis fuerit eleuata, ob loci frigiditatem dēfatur, & magis quidē a summa parte, exhalatio autē clausa: ē denso exitum quærens, valido motu fertur in nube: & densæ nubis latera validē concutiēs, sonum ædit, qui dicitur tonitruum. Et secundum naturā causæ nubis, & densi & rari varietatē: varij æduntur soni. Et (si licet magna componere paruis) similis est illi sono: qui in flamma fit, cum hi Vulcanū, hi Vestam redire aiūt, & in lignis siccis cum spiritus exitum quærit, lignū rumpens crepitum ædit: ita & nubis exhalatio. Et cum superioriori denso obuiat, valido impetu vibrata subtiliter incen-

Empedocles,

Tonitruū  
corusca-  
tionis &  
fulminis  
causæ.  
Eorū ge-  
neratio.



Quid ful dicitur. & illius inflammationis apparitio: fulguratio est, guratio. & plerumq; detruditur in imum, quæ si concepta flamma Quid ful detrufa, eiaculataq; fuerit, fulmen est. Si verò sine flamma men, ecnephix & typhones (de quibus statim agemus) fiunt. Et fulguratio fit post plagam, & collisionē: estq; tonitruo posterior. prius tamen visu percepta: quia visus anticipat auditum. Id enim intueri licet in feriētibus à longe. Cum enim ad referendum reducunt instrumentum, primum sonus ad nos pertingit. vt in triremium ductu remos eleuari videmus: vt secundo feriant: priusquam primæ plagæ sonus ad nos pertingat. Et secundū substantiam idem esse (vt multa paucis complectamur) dicimus super terrā faciens vētum, in terra terræ motum, & in nube tonitruū: exhalationem scilicet siccam, fluentem, mobilem, & agitātam. Sed de his hactenus.

¶ Paraphraseos in secundum Meteororum, finis.

## PRIMI CAPITIS TERTII METEORUM, Annot.

¶ Typhon, turbo. ¶ Angiportum, vicus inter domos haud facile peruius. ¶ Arges argetos, clarus.

Ecnephix  
& typho-  
nis causæ.

Eorū ge-  
neratio.



Entius liber meteororū continet sex capita. Primum caput continet ecnephix & typhonis causas. eo nū generationem, eorum differentias. & species fulminū. ¶ Ecnephix & typhonis causæ. Exdem quæ modo dictæ sunt existunt. ¶ Eorum generatio. Cum multus spiritus & spissus in nubeeleuatus sit (subtilior enim magis addit tonitrua, & incendio concepto fulmen elidit) fluctatus sursum ascendere, deorsum repellitur. & fit ecnephias: vētus quidem violentus, tumultuosus, & procellosus. post cuius casum ingrauescere solent pluuiæ. Nam ex relicta nube humida fit imber: ex spiritu verò demisso, ecnephias. Et cum fracta nube eliditur atque segregatur spiritus, conuoluitur & detruditur rotatus in imum, in arctis decidēs locis, vt angiportis, in vijs circulos ducens & vortices, vt pass

alterā pellere videat: hic spirit<sup>9</sup>, typhō dicit<sup>r</sup>. ¶ Ecnephias  
 2 & typhonis differētiā. Differūt, quia typhon discōtinuus Ecnephias  
 est: ecnephias autē, magn<sup>9</sup> & cōtinuus. Typhon rotatus & typho  
 deorsum excutit. idcirco circulo vertit, ecnephias rectē: & nis discō  
 ecnephias magis typhone colorari videt<sup>r</sup>. Typhon nō fit  
 flātibus aquilonibus. Et ecnephias tēpore niuali, iacenti  
 busq<sup>ue</sup> niuib<sup>9</sup>. Typhon aliquid nubis secū cōuoluit simul  
 deducēs: à quo nō potest se explicare, cuiuscūque inciderit,  
 vim inferēs: arbores & nauigia retorta cōfringens, à quo  
 plerūq<sup>ue</sup> cū detrahit<sup>9</sup> & subtilior fact<sup>9</sup> igniat<sup>r</sup>, incēssio nomi  
 3 natur. alij presterem nūcupant. ¶ Fulminū species. Fulmē Fulminū  
 diximus: cum subtilior spiritus flāmæ vi concepta: de nus species.  
 be elisus eiacularur deorsum. Cuius vna species est quam  
 argeta dicit<sup>r</sup>: nos verò fulmen clarū dicere possum<sup>9</sup>: quod  
 non vrit: sed vis eius stupenda, atq<sup>ue</sup> admirabilis. Vbi relus  
 etamen, resistētiaq<sup>ue</sup> offenderit, vt in solidis corporib<sup>9</sup>, vim  
 suam inducit: & clypei xramen liquat illæso ligno, & per  
 vestimēta corpus astat, & ossa cōsumit inatritis vestibus.  
 Est enim rarissimum quod tenuis præuenit spiritus pene  
 trans & trāsiens. Alia est quam dicunt ceraunon pso loen Ceraunō  
 ta: nos fulmē fumās & ardens. & hoc adurit: non adeo vt pso locta.  
 alterū, rarum. Et nos ipsi vidimus circa tēplum in Epheso  
 cōbustum: continuam flammam ad multas partes serpere  
 atq<sup>ue</sup> ferri. Et sæpe talia se præbent vidēda spectacula. Et  
 flammam diximus spiritum siccum ardentē, hinc fulmen  
 semper præcedit spiritus, semperq<sup>ue</sup> assequitur: sed non vi  
 dentur spiritus præcedere & sequi, quia sine colore sunt.  
 Quo fit vt omne percussum fulmine, prius moueat quā  
 percutiatur: tanquam præcedente spiritu. Et fulmina non  
 nubem frangunt & dissipant sono: sed plaga, & sonum  
 faciente spiritu. & quod spiritus percusserit: diuidit, non  
 vrit. De ecnephīa igitur, typhone, incensione, & fulminis  
 speciebus, tanta sufficiant, ¶ Præter literæ Aristotelis sen  
 tentiam, tredecim de fulmine portēta. Dura consumit, nō  
 4 lēdit mollia, ferrum intacto forulo liquefacit. incolumi  
 carne, ossa mollit & consumit. Dolio consumpto vinum  
 immobile gelatū relinquit: quod reliquatū, bibentem aut  
 furere facit aut necat, ediuerso vinum afflat illæso dolio,  
 Tredecim de fulmine portēta,

Martia Romanorū princeps pręgnās: partu in vtero fulmine afflato, illęsa remanſit. Venenata tacta purgat. Vigilans percuffum, clauſos oculos moriens habet. Dormiens verò percuffum, apertos. Ex oppoſito iacens cōuertitur. Omne animal iſtum fulmine (homine excepto) interit. Non feriūtur fulmine laurus, vitulus marinus, & aquila. Quercus autem vel arborum maximè feritur. Accipe miranda flammę portenta trifulcę.

Dura domat, damnum mollia nulla ferunt, Intacto forulo, ferrum conſumitur intus.

Carne quidem ſana oſſa incinerata cadunt, Vterq; conſumpto vinum ſine vaſe gelatur

Fulmine, vel ſano deperit vtre merum.

Fortè die ſexta mox liquitur: hocq; caueto.

Aut furit epotans, aut ſua fata bibit.

Martia Romanę princeps clariffima gentis

(Afflato partu in viſcere) viua manet.

Et quęcunq; tument inflato ventre veneno

Purgat, & innocui corporis iſta iacent.

Percuſſum vigilans, moriens ſua lumina claudit.

Apperit è ſomno, verſum & in oppoſitum eſt.

Cętera cum feriat viuētia: morte reſoluit.

Solus de tanto vulnere reſtat homo.

Laure manes ſecura, tibi eſt contraria quercus.

Bos maris intactus & Iouis ales eunt.

## SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Halo noſtri dicunt coronam, halos autem, aream & planiciem ſignificat. Et dicunt Gręci halos. & accuſatiuum halon habet: & cęteros ſingulares caſus abiectio

Quid rati terminali nominatiui & vocatiui, in o. ¶ Viſualis radius diuſiueſt diffuſa ſpecies, qua vnaquęq; res videtur; qui & non ſualis, nunquam viſus dicitur.

¶ Ecūdū cap. cōtinet halo accidētia, eiꝰ cauſam, & eius generationē. ¶ Halo tria accidētia. ¶ Primū. Halos 4 ſemp̄ apparet integer circulus. ¶ Secūdū. fit circa ſolē, circa lunā, & ſplendentia ſydera. ¶ Tertiū. fit diluculo, fit in meridie, fit vesp̄eri, fit in nocte, diluculo & circa Halo cā. ſolis occaſum; minus. ¶ Halo cauſa. Radiorum refractio: ſ et eadem



& eadem est iridis, & virgarū, & pareliorū causa. quæ secundum diuersa (à quibus nascitur & fiunt) fulgida; differunt. ¶ Halo generatio. Fit halos vniformi & æquali nubes Halo gerbe sub astro (vt luna) consistente. Incidens enim in eā lux generatio. minus radius refringitur: apparetq; sub astro magnus circulus, quem halo & coronam dicimus. Visualis enim radius (vt ex perspectiua cognitum est) ab omnibus planam superficiem habentibus, vt aere, vt aqua, refringitur, & in desoris medij occurſu speculorum quædā figuram representant: vt cōtinua & densa, quædem solos colores, vt quæ ex plurimis speculis pene insensibilibus diuisione habentibus cōstant. in talibus em̄ aliquid apparere oportet. imaginē autem apparere, impossibile est. colorib; itaq; demonstrandis apta relinquuntur. Et clarorum color, clarus videtur. aliquando verò propter alterius admixtionē, vt visualis radij speculi: aut propter debilitatem, diffusus radius: alterius coloris facit apparitionem.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Cathetus c exili in principio t in secunda & tertia syllaba. Quid cathetus, solū aspirato in secunda. Græcum est: perpendiculum, thetus.

¶ Cathetum hic vocat rectam quacūq; à circumferentia ad punctum directe perpendicularis,eductā in nubis planicie.

¶ Directa perpendicularis, a b.

7 **T**ertium cap. ostēdit cur halos sit circulus. duas rationes, Naturale & Mathematicā adhibēs. & interferitur quid halos nūciat. ¶ Cur halos circa solem, lunam, & astrum appareat circulus. Diximus refractionē fieri: aere coacto vt vapore in nubē cōsistente: dum regularis & minutarum partiū extiterit. hinc si cōsistat & densetur: pluuiam nūciat. fit enim pluuiā: vapore densato. si marcescit, & euanidus disparet: serenitatem. Id enim facit calidū, ipsum cōcreſcere & densari non sinens. Si distrahitur & discerpitur ex vna parte recidit: spiritum prænūciat. Facit enim hanc distractionē exhalatio: vnde Dug ratio tusq; ea ex parte (qua diripit) oriē. & fit refractione nube nes puōd circa solem, lunam, aut austrum consistente: & non ex opo halos sit posito. quemadmodum fieri conspicitur iris. ¶ Hinc ratio circularis tio deducitur cur halos circulus appareat: quia ab eodem signa.



signo ad idem signum vndiq; & cōsimiliter refracto radio, circulum esse necesse est. Vniformis autem & æqualis cōsistentiæ nubis: vndiq; & cōsimiliter ab eodē ad idem æquales radij refringuntur. Est itaq; halos circulus. & idē perspectiui mōstrant, vt si sit a b visualis radius: à quo cæteri refringantur ad nubis extrema, vltro, citroq; directus. Intellectisq; in circūferentia tribus signis, c; d; f; rectas a c, a d, & a f ostendunt esse æquales. & similiter rectas c b, d b, & f b æquales. Quare tres magni trianguli a c b, a d b, & a f b, eadē basi a b cōmunicantes sunt æquales. Triangulos enim æqualiū laterū & eandem aut æqualem basim habentes: æquales esse necesse est. Ducantur præterea catheti ab angulis triangulorum: c, d, f; ad e punctum recte a b in plano cōstitutiæ nubis: qui sint c e, d e, f e, quos probant æquales, nam in æqualibus triangulis in vno plano ad rectum a b omnes in signo e copulantur. Est igitur circulus, cuius centrum est e: vtpote à quo omnes recte ad circūdantē lineā eductæ sint æquales. De quibuslibet em alijs lineis, eodē patere potest indicio. & in a ponitur oculus: in b, sol. Et (vt dictum est) intelligenda sunt continua specula parua: quæ (quia cōsequentia) videntur vnū facere. & in vnoquoq; videtur sol, vt albus. & circa extrema magis nigredo: quia albū sit iuxta positū. Et sæpius circa lunā q̄ solem fit halos. nā sol feruore suo materiā disgregat & dispergit: quā neq; diu consistere permittit. Et circa astra, eadem de causa: sed nube existere debili & infœcunda, vnde fit, vt ea nō significant quæ solis & lunæ corone: sed serenitatē potius indicant. De halo hæc dicta sint.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Alurgon, purpura, Græcū est hinc alurges: purpureus deducitur. Xanthos, t aspirato: flauus, itidem Græcum.

¶ A color puniceus. b, viridis. c, purpureus.

¶ Quartū cap. cōtinet quatuor iridis accidētia. iridis generationē. quatuor iridis & halo differentias. iridis colores. Quo pacto dux simul apparetur irides: suos colores representēt. Et q̄ Xanthus color nō sit a puniceo alius. ¶ Quatuor iridis accidētia. Prius mūnūq; iris, cōpletus & iteger est circulus; neq; decisio

femicirculo maior. Secundū. sole oriente aut occidente videtur arcus maior. & quāto sol magis eleuatus fuerit: minor. Tertiū. post autūnale æquinoctiū breuioribus existētibus diebus: qualibet diei hora apparere pōt arcus. In longioribus aut diebus, circa meridiem nō apparet. Quartū. nō cōtingit plures duabus in colorū positione differētes, irides fieri. & earū vtracq; tricolor erit, eosdē secundū numeros colores habēs: puniceū, viridē & purpureū. ediuersos tñ positione rñdentes. & alterius existūt subobscuriores.

**I**ridis gñatio. In rorida nube ē regione soli opposita, radij solis refringūtur, & imaginē solis male exprimūt, redditurq; visibus nostris tricolor cōspiciēdus arcus: qui iris nūcupatur. Sunt enim (vt dictum est) illa stillandi proxima rorida, vt parua specula: quæ rei colorē & non planē figuram representant. Et quod ab ipsis radij visui refringantur: multa sunt indicia, quia visus ab omnibus corporibus planis (qualia sunt, aer & aqua) refringi videtur. Ab aere quidē: quia hāc ob causam Antiphōti semper videbatur præcedere idolum ad se cōuersum. Id enim faciebat refractio & visus debilitas: vt ei aer speculū fieret. Et hanc iterū ob causam nauū trabes: curuiore grofsioresq; in mari se monstrant. & flantibus euris, rerū maiores moles. & sol & astra orientia & occidua: maiora vidētur. qd caligines & vapores medij, visuos fortius frangāt radios & dispergant. Qudd si aer & aerea illa corpora refringūt: multo fortius aquam refringere, permanifestū est. **Quæ** Iridis & tuor iridis & halo differentiæ. Differt primo iris ab halo, halo dis qudd iris semper sit ex solis, aut astri opposito. Halos aut crimen, tem, sub astro. Secundo, iris nigrior: halos autem fulgidior atq; albior apparet. Fulgidum enim per nigrum, aut in nigro conspectum: puniceum apparet. Viridia enim ligna multum fumum candidæ flammæ miscētia: ignem ostendunt rubeum. Et sol per fumum & caliginem visus: se puniceum ostendere videtur. qualis & prima iridis refractio conspicitur: cum à paruis roridis guttis sit refractio. Tercio, quia circa solem halos nō tanta consistit mora: quāta arcus ex solis opposito potest. nam statim soluitur aut pluit. **Quarto**, quia iridis similitudo circa lū



cernas flātibz austris apparet, circa remos rorātes, asper-  
gentes aquas: & si quis manu ē regione solis vmbroso lo-  
co, subtiliter aquas aspergat & irroret. Et potissimum pur-  
pureū colorem habet, & nō puniceū: & hoc radiorum res-  
fractione euenit. Et paruulæ guttæ fiunt specula: non aus-

**Iridē tres** rem hoc pacto halo effingi cōtingit. ¶ **Iridis colores.** **Tres**  
**colores** color iris apparet. Puniceū habens colorem: quod fulgis  
**habere.** dum in nigro aut per nigrum conspectum, tale apparet.  
Viridē vero, quia radius protēsus, magisq; sit vmbre par-  
ticeps. & nigrum vt negatio quædā est: cuius multa sunt  
indicia. In defiēdo enim visu: nigrū apparet. Et hinc eue-  
nit, vt omnia, ā longe visa: nigriora appareant, minora, &  
planiora. & in speculis imagines: & nubes in aqua se præ-  
bent intuentibus nigriores: nec iniuria, nā propter refractionē:  
pauco, debiliq; aspiciuntur radio. Et plerunq; accidit nu-  
bem (quæ prope solē existit) respiciēt i, nullū apparere co-  
lorē, sed incoloratam nubē videri, eandē autē in aqua pro-  
spicienti, aliquem colorem iridis se putare videre. Est itaq;  
notum: radium fractum propter debilitatem, nigriorem  
videri, & album minus, tādēq; perductum iri ad nigrū.  
Hinc qui radius fortior puniceum habebat colorem: de-  
bilior factus permutatur in viridem, qui & iterū debilior  
abit in purpureū quem alurgem dicunt. aliorū enim color-  
um insensibilis est permutatio. hinc iris tricolor conspici-  
tur. ¶ **Quo pacto** dux simul apparētēs irides, suos repræ-  
sentent colores? ¶ **Cum** dux simul fiunt irides: debilior  
fortioris est imago. Quod fit (quia debilior ex primæ refra-  
ctione debiliorq; radio existat: & oppositos & secundum  
positionem ē diuerso locatos colores habens) vt primæ  
sint puniceus, viridis, purpureus: & secundæ, purpureus,  
Secundæ viridis, puniceus. Et quando tres apparent: tertia vsque  
iridis color adeo debilis est, vt vix videri queat, nam ex secunda debi-  
lores ap- litato admodum radio ea nascitur refractione: positos colo-  
parēt op- res primæ consimiliter habens, puniceum, viridem, pur-  
posito pureum. ¶ **Et** præter assignatos colores aliū apparere cre-  
mō ad co dunt: quem xanthum dicunt, nos autem flauum dicere  
lores pri- possumus, qui color est punicei, viridisq; medius. Verum  
mæ, alius ab assignatis non est: quominus iris tricolor dicatur.



Propter enim punicei & viridis iuxta positionem apparet. Nam puniceum iuxta viride situm: alboris: flauiticiq; est xmulum. Et ex iuxta positione tales fieri representationes: multa produntur indicia. Primo, quia nigerrima nube existente, facta iridis xanthus color potius quā puniceus apparet: ex forti nubis obscuracione, & coloris viridis iuxta positione. Facit enim circūstans nigrum: quod puniceum est albescere, apparereq; flauum. Secundo, quia cum soluitur iridis puniceum: nubes alba iuxta viride permiscetur in xanthū. Tertio, quia hanc ob causam in iride lunę xanthus color, vel maximē apparet. Huius enim causa est obscura nubes, & noctis opacitas: apparetq; valde alba. Quarto, quia hanc varietatem licet plane conspiciere in texturis, cum varij colores iuxta seinuicem intexuntur: plerumq; ex situ & iuxta positione, alterius coloris apparentiam faciunt. ita quoq; & in floribus. Hinc fit, vt ad lucernam operantes: in variorū colorū lanis sepius peccet, colore pro colore accipientes. Et in nocte legentibus flores, idē accidit: vt flores pro floribus legant, decerpantq;. Est ita tricolor iris: nec hoc impedit xanthi coloris apparentia.

#### QVINTI CAPITIS ANNOT.

Meridianus est circulus intellectus transire per punctū Quid meridialis capitis nostri & polos mundi. Punctum verticis capitis, vertex nostri horizontis.

**Q** Vintū cap. cōtinet quinq; iridis proprietates. Pri<sup>ma</sup> Iris semicircularis. Iris est circuli portio, nuncq; semicirculo maior. Et quodd semicirculus appareat, hinc liquere excedere potest. Posito em̄ horizontis nostri hemisphærio c, non potest & horizonte circulo a b, cetro solis in occidente b: centrū iridis erit in oriētis puncto opposito vta. quare sola meridietas super horizontē a b: in hemisphærio c relicta est. & Quando vbiq; fuerit alibi sol supra horizontē: erit iridis centrū iris maxima sub horizonte, quare vbiq; alibi sole existente: iris semicircularis minor apparebit. Secunda. sol existente in oriente appareret. & in occasu: maxima quæ fieri potest, procreatur iris. Quando Tertia. quanto sol supra horizontem altior ascenderit, iris minimus tanto minor apparebit arcus. Vnde fit, vt sole meridiano nobis num tenente: quā fieri potest euadat minimus. Quarta, apparet.

post autūnale æquinoctiū iridem omni horā se demon-  
strare contingunt. ¶ Quinta. Circa æstiuas versiones non  
contingit iridem in meridie apparere. Et omnia hæc Ma-  
thematicis rationibus Aristoteles ostendit, quæ quia diffi-  
cultatem & laborem q̄ plurimū habet, neq; capi valeant  
nisi à pluriq; mediocriter eruditis & in elementis Geome-  
tricis & Perspectiua disciplina: apponere solent alteram,  
quam quia nihil eorum (quæ Aristoteles intendit) sonet,  
neq; vitio careat, consulto relinquimus.

## SEXTI CAPITIS ANNOT.

**Parelij in  
serptatio.**

¶ Parelius, iuxta solem interpretatur: quodd sol iuxta so-  
lem apparere videatur. Et sub parelio Paramenem cōpre-  
hendimus: quam nōnulli solem nocturnū appellant. pro-  
dit em̄ Plinius, tres lunas Cn. Domitio & L. Annio cōsu-  
libus, simul apparuisse. De aliorum aut̄ astrorū apparenti-  
bus imaginibus: non ita cōpertū est. ¶ Cadmia, lapis æro-

**Chryso-  
colla.**

sus ex quo æs paratur. ¶ Chrysocolla in metallicis venis  
crasso humore coacto ac in duritiē pumicis rigente, gigni-  
tur: estq; vt vena putris. ¶ Quid venix vocetur: quam nō-  
nulli sandaracam vocant, notū est. Sandaraca tamen pro-  
prie existimatur quidā cibus apū quem recondūt: durus  
vt cera. inueniturq; sæpe in fauorū inanitatibus sepositus.

**Vernix.**

**Minium.**

¶ Minium ex fodinis argentarijs vt arena rubra eruitur:  
quod subinde purgatur. Græci vocant miltō, quidā cin-  
nabarim. Attamen cinnabaris: proprie censetur sanguis  
draconis elephātū morietū pōdere elisi vnā cū elephātū  
no sanguine cōcret⁹, q̄ antidotis medicamētisq; vtilissim⁹ ē.

**Quo vir-  
gæ & pa-  
relj gene-  
rantur.**

**S**extū cap. cōtinet causas virgarū & pareliorū: eorum  
generationē. pareliorū accidētia. & breuē eorum quæ  
duplici halitu in terra gignūtur, expeditionem. ¶ Vir-  
garū & pareliorū causæ, vt halo & iridis. ¶ Virgarū  
pareliorum generatio. Cum nubes fuerit irregularis, hac  
densior, illac rarior, hac magis aquosa, illac minus: refrin-  
gitur radius solis, & per multas nubis partes radij porres-  
cti, videntur, speculis colorem & non figuram represi-  
tantibus. hicq; cadētibus stillis radij: virgæ dicuntur. qui  
iridis colores, nunc puniceum, nunc xanthum, virident,  
purpureum (remissiores tamen q̄ in arcu) imitantur atq;



representant. ¶ At parelius apparet nube densa continua ad latus solis existente: propinqua ut in aquam conuertatur, nondum conuersa, in qua sol fracto radio ob debitam densitatem, regularitatem & cōtinuitatem suam efformat similitudinem, quēadmodum in ære polito, hæc autē

- 13 solis ad eius latus imago: parelius nuncupatur. ¶ Pareliorum accidētia. Parelius apparet albus: & hoc quidem accidētia, ideo est, quia sol albus est. Parelius magis quā virgæ, aquæ signū est. Nam pareliorum nubem magis aquā parari oportet, & maxime quidem australis aquosus est. Circa solis ortum & occasum fiunt parelii, neque ē regione solis ut iris, neque sub sole ut halos; sed ad latus, itidem & virgæ. Neque admodū ppe solem fiunt: nā nubis cōsistentiā dissolueret. Neque penitus distātes: hoc em̄ refractionis esset impedimēto. Lōgius em̄, p̄tensus radius à paruo speculo: fit debilis. Hinc neque halos fit ex astri opposito. Ad latus igitur sic distant, ut sol nubis cōsistentiam dissoluere nequeat, mutusq; ad ipsos simul veniat radius. Neque fiunt in medio cœli: quia radius sursum dispergitur. Neque ex latere medijs cœli: nam radius ad terram fertur, & paucus ad speculum

- 14 pertingit, sitq; reflexio debilis. ¶ De his itaq; quæ supra terræ eminentia spectacula præbēt: quæ sint & quot sint, determinasse videmur. Determinare reliquū est de ijs quæ intra terram ex duplici secretionē, id est exhalatione & vapore, pariuntur. Sicut em̄ illa duplex est: ita sub terra duæ corporum differentias efficit, fossilia scilicet & metallica. Fossilia autem sunt, ut lapides illiquabiles, cadmia, chrys. Quid las socolla, vernix, sulfur, pulueres colorati, & ex liis congelatib; orsum ut minium, quod cinnabarin nonnulli vocant, & tū præfecti, consimilia, quibus exhalatio terrestris atq; sicca ortū præstat: ut vaporosus halitus metallicis corporibus (ut sunt aurum, argentum, æs, stannū, & ferrum) cogente atq; densante frigore: ut fit in rore, gelu, grandine, & niue. Hinc euenit, ut quæcūq; in metalla cōstringantur atq; durescāt: ductilia aut liquabilia sint, ut æs, aurum, atq; ferrum ductilis sunt naturæ. Fit idem, ut nōnulla sint ut potētia aqua: nec iniuria profecto, quandoquidē eorū materia, aqueus halitus fuerit. Sed tunc neque aurum, neque æs erant, sed in

concretionem atq; gelatione: sicca admixta exhalatione,  
vnumquodq; suæ naturæ moderatricem accipit speciem.  
Quare au Quapropter omnia metalla (vno auro excepto) igniunt,  
rum non nam omnia (dempto auro) igni siccum spiritum exhalas  
ignitur. bilem præstant. Sed communiter hæc dicta intelligantur.  
Singillatim autem de vnoquoq; exquisitam determina-  
tionem facere, alijs exigitur locus.

¶ Paraphraseos in tertium Meteororum  
Aristotelis, Finis.

## PRIMI CAPITIS PARAPHRASIS

seos in quartum Meteororum Aristotelis, Annot.

Calidū & ¶ Terminant: quādiu dissolutionē impediunt. ¶ Permutant  
frigidum tant: generant, & corrumpunt, & alterant. ¶ Humectant:  
oppositi vt cū calidum coagulata fundit, & frigidum à calido co-  
tas habet adunata, liquat. Quæcūq; enim frigido concrefcunt: ca-  
re natu lido soluuntur. & contrā, quæcūq; calido concreta sunt:  
ras. soluuntur & frigido. Liquata enim & fusa: humida esse vi-  
dentur. Coagulata autem & concreta: videntur esse sicca.

Quid sim Et multis etiam alijs modis humectāt atq; siccant. ¶ Sim-  
plex gene-plex generatio dicitur: quatenus eā ex proportionē qua  
ratio, litatum simplicium corporum prouenire consideramus.  
Naturalis verò quatenus naturæ seriem ordinatā seruat,  
Idē & corruptio. ¶ Obtinēt: superant, prævalent, eui-  
cunt. ¶ Ignis, aer, aqua, terra: ignea, aerea, aquea, terrea.



Calidū &  
frigidum  
actiue sunt  
qualita

tes. humi quarū coniugationes quaternarius elementorum sumitur  
dum verò numerus: duæ, calidum scilicet & frigidum, actiue sunt;  
& siccum duæ verò, humidū & siccum, passiuæ. ¶ Quid calidū &  
passiuæ: frigidum actiua sint, & humidū & siccū passiuæ ex his pri-  
mo potest esse manifestū. q; calidū & frigidū termināt, co-  
pulant, & permutant; & tam homogenea q; heterogenea

Vartus liber Meteororū Aristotelis  
cōtinet duodecim cap. Primū, nouē  
conclusiones. duas rationes ad pri-  
mam. & quatuor corollaria ad ter-  
tiam. ¶ Prima conclusio. Quatuor  
qualitatum quæ principia sunt &  
differentiæ elemētorum (vt alio lo-  
co determinatum est) & secundum

nunc humectant, nunc siccant, nunc mollescent, nunc verò  
 cogunt & indurant. hæc autē, sunt agere. Et humidum &  
 siccū terminant, copulātur, permutātur, humescūt, siccant,  
 mollescentur, cogunturq; atq; durant. hæc autē sustinere,  
 est pati. Sunt igitur calidū & frigidum, agentia: humidum  
 verò & siccū, patientia. ¶ Secūdo, hoc idē ex eorū diffini-  
 tionibus est manifestū. Nam calidum, est quod disgregat Quid ca  
 heterogenea, & cōgregat homogēnea. Disgregare autem lidum.  
 heterogenea & quæ diversi sunt generis, & similiter con-  
 gregare ea quæ sunt eiusdem tribus & generis, est agere. Quid fr  
 Et frigidum, est quod congregat & heterogenea & ho-  
 mogēnea. Sunt igitur agētia, calidum & frigidum. Et hu- Quid hu  
 midum, est quod faciliē alieno terminabile est termino. midum.  
 Siccum verò cōtrā: quod alieno difficilē terminatur, clau- Quid sic  
 diturve termino. Terminari autem, pati est. Sunt igitur hu-  
 cum.  
 midum & siccum, passiva. Est itaq; manifestū harum qua-  
 tuor qualitatum, secūdum quas & quarum combinatio-  
 nes sumitur differentia, numerusq; elementorum, duas, ca-  
 lidum & frigidum: actiuas esse: & duas, humidū & siccū,  
 2 esse passivas. ¶ Secunda. Simplex & naturalis generatio,  
 cui naturalis corruptio opposita est: harum qualitatum est  
 opus. ¶ Nam ita & animalia, & plantæ, & ipsoꝝ partes  
 generantur. Cum enim hæc qualitates rationem, contem- Prædi  
 peramētumq; vniuscuiusq; naturæ aptum in subiecta ma-  
 teria habeant: ab hisce virtutibus simplex & naturalis, pfi-  
 ciscitur generatio. ab his quidem, agendo: ab illis autem, naturale  
 patiēdo. Permutant enim & generant calidum & frigi-  
 dum, cum materiā obtineant. Cum verò partim nō obti-  
 neant, incoctio, indigestioq; fit quædā. Est igitur simplex  
 3 & naturalis generatio, harū qualitātū opus. ¶ Tertia. Sim-  
 plici & naturali vniuscuiusq; rei generationi, maximē & Naturali  
 cōmune cōtrariū putrefactio existit. ¶ Nam omnis secun-  
 dum naturā corruptio, hac via procedit: quod senectus  
 & vetustas ostendunt. Vnūquodq; enim natura cōstans, putrefa-  
 putredine finem suum consequitur: nisi violētia corrup-  
 tionē cōtrariā. cōtrariā.  
 patur. vt nihil prohibet & carnē & os & vnūquodq; pur-  
 tribiliū cōburi: & hoc pacto sine putrefactione corripī,  
 quæ, suapte natura, putrefactione suum finē nancisci nata



sunt. ¶ **Primum** corollarium. Hinc fit, ut quæ putrescunt: primo humida appareant, & deinde sicca. ¶ **Nam** cõpositũ his terminatũ erat: terminantibus quidẽ calido & frigido, cum autẽ corruptio fit: quæ terminantur suis terminantibus præualere incipiunt. & humidum suo quoquo pacto cõtinẽte superato, se dissociat: quod dissociatũ, facile resolubile tandẽ siccũ relinquit. Et cũ secũdũ partẽ cõpositum putrescit: hæc putrefactio, particularis & secũdũ partẽ dicitur. Cum autem simpliciter & totum putrescit: & ea putrefactio, simpliciter & tota dicitur. ¶ **Secundum.** Ex his item notum esse potest: omnia præter ignem, quodammo

**Quare** ignis non putrescit. De perfectis autem mixtis, nulla surgit ambiguitas. Ignis autem solus nõ putrescit: cum maximẽ actiuus sit, & ut aliorum forma. Aer enim, & aqua, & terra, ad putrefactionem ipsum sese habent ut materia. At putrefactio: à qualitatis

**Quid** putrefactionis cõmunis causa.

bus passiuus nascitur: est enim putrefactio in vniuscuiusq; humido propriẽ & secũdum naturam caliditatis consumptio, ab extranea caliditate ut ambientis & circundantis, facta. ¶ **Tertium.** Fit iterum, ut propria frigiditas cum calore extraneo, putrefactionis communis causa habeatur. ¶ **Nam** quod putrescit, propriæ caliditatis indigentia sustinet & defectum. Omne autem tale, frigidum: & interno valentior frigiditas habetur. Et si quid natiui caloris residui fuerit, exterminat: aut extræ circundantis caliditati coadiuuat. Cum extero igitur calore, propria frigiditas, putrefactionis cõmunis causa habetur. ¶ **Quartũ.** Quapropter demũ aduenit: ut sicciora tandem euadant putrefacta oĩa, sicut deniq; fimo, puluis, atq; terra. ¶ **Nam** proprio exhalato calido, proprium & secũdũ naturam euaporat humidum, non enim natiuus calor adest, ipsum retinens: imò vero ipsa secũdum naturam caliditas expirare coacta, ipsum secum rapit, trahitq; nil mirum igitur, si putrefactũ, proprio consumpto calido & humido, siccum maneat: &

**Cur** res cõfimus, puluis, & terra, tandem euadat. ¶ **Quarta.** Res minus putrescit in frigore quàm æstu putrescere solent. ¶ **Nam** in frigiditate est ut tempore brumæ, paucus in ambiente aut aere aut frigore aqua calor inexistit, quare propriam caliditatem eorũ quæ

habere possunt) consumere non valet: sine quo putrefa-  
 ctio nulla parari potest. In aestu autem ut aestivo tempore: mul-  
 tus incontinentem calor habetur, huiusmodi dissolutionis facien-  
 da potest. Res igitur in frigore quam aestus (& non ab re quis-  
 9 dem) minus putrescere solent. ¶ Quinta. Quae à frigido  
 concreta, coagulataque sunt: minus putria & tabida fiunt.  
 ¶ Nam haec, nimia frigiditate, circumdantis ut aeris debilio-  
 re calorem obtinere non sinit. si autem non obtinet, corpora pu-  
 10 tredine non admittunt. Minus itaque talia putrescunt. ¶ Sexta.  
 Quod natura fervida, calensque sit naturae: minus ite-  
 trescit. ¶ Nam internus ille & nativus calor qui humidum ter-  
 minat: valentior est, quam quem circumdantis exterior & ad-  
 11 exteriora trahens, dissipare sufficiat. minus igitur quod ta-  
 le fuerit, putrescit. ¶ Septima. Quae sunt laevi, & quae mota,  
 agitataque sunt: minus putredinis contagione sentiunt. ¶ Hoc  
 enim ideo est, quod circumdantis caloris minor fiat impres-  
 sio: quam possit calor, qui internus, propriusque habet. Mo-  
 12 tus enim, exterorum impressiones impotentiores efficit.  
 Quae igitur fluunt, & quae mota agitatae sunt: minus huius-  
 iusmodi labem sentiunt. ¶ Octava. Eadem quoque de causa  
 maiora minoribus minus putrescunt. ¶ Nam maiorum,  
 maior proprius calor, & proprium frigus habetur. quae qui-  
 dem, idcirco circumstantis corporis virtutes, minus obtine-  
 re queunt. At in minoribus, proprius calor minor est, &  
 proprium frigus minus. & ideo illa, externa facilius obtinet  
 caliditas. Merito igitur maiora minoribus minus putrescunt.  
 & hac de causa mare secundum partem divinum, cito putre-  
 13 scit: totum autem, putrescit nunquam. ¶ Nona. Ex iis quae putre-  
 scunt, ut plurimum aialia scaturiunt, gignunturque. ¶ Nam dissol-  
 ciata caliditas, gignendi animalis naturae apta, naturalis, etis pluri-  
 & propria: consilare facit segregata, gigniturque animal. mū gignā  
 SECUNDI CAPITIS ANNOT. tur aialia.  
 ¶ Digestio & indigestio, coctio & incoctio. ¶ Pepsis,  
 maturatio. ¶ Hepesis, elixatio. ¶ Obtesis, assatio. ¶ Omo-  
 tes, cruditas: & (quae pepsis opponitur) immaturatio.  
 ¶ Sunt praeterea duae incoctiones: inelixatio opposita  
 hepesis, & inassatio quae opponitur optesi. ¶ Naturale,  
 proprium. ¶ Humidum & siccum naturale: uniuscuiusque

Maiora  
 minoribus  
 minus pu-  
 trescunt.

mixtorum natura materia dicuntur. quod natura ex elementorum temperamentis, secundum materiam omnia gignantur mixta. Et cum materia sit pati, sitque compositum ex calidorum, frigidorum, humidorum, & siccorum temperamentis pariter coalitum, quorum duo calidum & frigidum: potissimum sunt ad agendum, & duo humidum & siccum ad patiendum: hinc potius humidum & siccum vniuscuiusque mixti, natura materia dicuntur, temperamentaque passiva. ¶ Apostema, collectio. Græcum est. Nos huiusmodi in vno loco humorum collectionem, agglotationemque, panos & vomicas nominamus.

Secundum cap. continet vnam conclusionem, duas definitiones, earum declarationes, & vnum corollarium post primæ declarationem. ¶ Conclusio. Digestionis<sup>14</sup> & Indigestionis species determinandæ sunt. ¶ Nam ea determinare expedit: quæ dictæ virtutes, calidum scilicet & frigidum, in natura constantibus humidis & siccis operantur, at digestionem operantur & indigestionem, est enim digestio, calidi: indigestio autem, frigidi. Digestionis igitur & indigestionis determinandæ sunt species. Digestionis species sunt tres, maturatio, elixatio, assatio. Et indigestionis tres oppositæ: cruditas, inelixatio, & inassatio. Ceterum apta non habemus nomina quibus ipsas nominare possimus: sed quadam similitudine trahenda sunt hæc, ad omnes digestionum & indigestionum species, tum in ijs quæ arte, tum quæ natura sunt. ¶ Prima diffinitio. Digestio<sup>15</sup> est à naturali calido, in oppositis passivis obtinendo, facta perfectio. hæc enim passiva, humidum scilicet & siccum: vniuscuiusque mixtorum propria inveniuntur, ipsorumque natura sunt materia. cum enim quicquid digestum fuerit, perfectum iam factum est. Et talis perfectionis principium, naturalis & propria existit caliditas. tametsi enim ab externis, ut alimento, ut balneo, auxilium plerumque sumat & vendicat: præcipuum tamen est quæ interna possidetur caliditas. & huius digestio nis: natura, species: & substantia, finis est, ut vnuquodque tale sit, quale optime natura sit natum: aut maturum, coctum, aut tostum. tunc enim utile est, & digestum dicimus. quod admodum mustum, digestum dicimus, cum fæces refederint, &

Digestio  
nis tres  
species.  
Indigestio  
nis tres  
species.  
Quid digestio.



- propria obtineat caliditas. Et panos, apostemataq; matur  
ra; cū sanies simul cōsistat proprio cōgregatē calido. quā  
les sunt & lachrymæ cū ex oculorū lippitudine inspissan  
tur, desanturq; vt limus. Et est: quia propriū humidū obti  
netur à naturali calido. quæ quādiu naturæ rationē & cō  
16 temperamentū seruāt, hoc euenit. ¶ Corollarium. Hinc eue  
nit, vt vrinx, alui sedimenta, egestionesq; & omnino cor  
poreæ superfluitates, quæ digestæ apparent, sanitatis sint  
signa. ¶ Apparent em̄ digestæ: cum propriū calorē iam in  
terminato humido atq; sicco obtinere insinuent. tūc enim  
constant, & crassiora, & calidiora sunt. Tale enim efficit  
laudabilius calidum: siccius, crassius, meliorisq; molis. Su  
perfluū enim & innaturale resoluit humidum. Sed quid  
17 digestio sit satis, apprimēq; dictum est. ¶ Secunda diffiniō. Quid in  
tio. Indigestio, est imperfectio ob indigentia propriæ cali  
ditatis, in oppositis passiuis proueniens. Et certē vbi pro  
priæ caliditatis indigentia fuerit, frigiditas est. Erit itaq; in  
digestio, à frigiditate in humido & sicco: quæ vniuscus  
iusq; mixtorum natura materia sunt. Sed quid digestio &  
quid indigestio, satis dictum est. nunc autem earū species,  
quid vnaquæq; earum sit, exequamur.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Grossiora, crassiora, cōpactiora, spissiora. ¶ Humida,  
liquores. ¶ Alicociū, quod coquinaria arte ad escā aqua Quid au  
mollitur, digeriturq;. ¶ Serum, aqua lactis. ¶ Tineæ rotū licociū.  
dx, vermes qui in animalium aluo gignuntur.

- 18 **T**ertiu cap. cōtinet sex diffinitiones. earū declaratio  
nes: vnū corollarium ad primā, quatuor ad secundā,  
vnā ad quartā, & duas ad quintā. ¶ Prima diffiniō. Quid ma  
tatio. Maturatio, est digestio circa fructuū alimenta turatio.  
& ipsos fructus facta. quæ tunc perfecta habetur: cum se  
mina quæ aut folliculis, aut pulpa, circumclusa tenentur,  
talια sint vt ex ipsis aliquid simile vegetibus ipsis, gigni  
possit, est enim digestio perfectio quædā, & alia perfecta  
dicimus: quæ qualia ipsa sunt, alia quædā efficere possunt. Multa  
Et illa circa fructus maturatio, à naturali completur cali metapho  
do. Dicuntur & alia multa matura, quadam translatione rice dici  
ad hanc maturationis speciem; quodd apta nomina nobis matura.

nō succurrāt, quibus ipsa vocemur. Vt apostemata, matura dicuntur, cū consistit sanies: & à naturali obtinēte calido naturalis humidi facta est digestio. Cū enim calidū obtinet, ipsum consistere facit & terminat. nō obtinēs autē, terminare impossibile est. Et cū hoc pacto maturātur: ex spirituosiss & aereis fiūt aquea, & ex aqueis terrea, moxq̃ consistūt. Calorem aërea, & subtiliora resoluūt: & hūiditate superfluā, propriā autē & terrestria retinēs terminat, & consistere facit ducitq̃ in naturā. ¶ Corollariū. Hinc, oīa maturatio nē sustinētia, ex subtilioribus grossiora facta sunt. ¶ Secūda.

Quid cruditas,

Vnde cruditatis imperfectio pueniat,

da. Cruditas, maturationi cōtraria est: & est circa fructuū alimenta & fructus ipsos: quædam indigestio. ¶ Primū corollariū. Hinc fit, vt immaturi fructus: spirituosiss, aquosiss, aut vtrinq̃ simul existant. nam ipsorum intermina est humiditas. ¶ Secundum. Fit etiam, vt cruditas, imperfectio sit quædam. nam maturatio, quædam perfectio est. erit igitur cruditas ei opposita: quædam imperfectio. Et reuera cruditatis imperfectio prouenit ex natiui caloris indigentia & incōmensuratione. indebitaq̃ ad humidū proportionem, quorum neutro laborat maturum. ¶ Tertiū. Fit iterum, vt quæ sicco admixta non sunt: non maturefiant. nā quæ maturantur, ingrossantur: humida autem sine sicco ingrossantur minimē. Hinc aqua humidorum sola, ingrossationem non sustinet. Et accidit cruditas: aut quia calidū paucum sit & frigidum multum, aut quia humidū terminabile sit multum. ¶ Quartum. Quo fit etiam, vt crudorū expressi humores subtiles sint, & magis frigidi quā calidi, esui & potui perparum apti & conuenientes. ¶ Et sic

Cruditatis ad multa transferre

cut maturatio multis modis dicitur & ad multa transferretur: ita ipsa quoq̃ cruditas. Vrinæ enim animalis, expurgamenta, & pituitæ crudæ dicuntur. quod caliditas non obtineat, & quod vnā, pariterq̃ nō consistēt. Et remotius minusq̃ propē: later & lac cruda dicuntur, quod possibile sit illa à calore passa permutari & consistere, vt industria fit & arte. Et sicut aqua maturationē nō admittit, ita neq̃ cruditatem. Nam non ingrossatur. quāuis forte quoquo

Quid elixatio,

pacto elixationē (de qua nūc agemus) admittat. ¶ Tertiū diffinitio. Elixatio est secundum totū ad humida cō-

constante caliditate, interminati inexistentis humidi digestio. Quod enim elixorum spirituosum aquëumve fuerit: ab eo calore qui in humido existit coquit, mollietur, digeriturq. Quæ quidē elixa, à frixis in hoc differūt, quod fri- Elixorū  
xa ab extrinseco calido patiūtur: ad se humidū (in quo fri & fixo  
xa iacet, rapiēte,) & ipsum siccius aridiusq. reddēte, idcirco rū discris  
co hic exterior humiditas trahitur, in elixis autem non ita men  
est: sed oppositum euenit. Nam à caliditate exterioris hu  
midi ipsorum interius trahitur humidum. ¶ Primum co- Elixā as  
rollariū. Quapropter elixa quā assa sicciōra sunt. ¶ Nā si sicciō  
elixa humidū in seipsa non trahunt. Præualeat enim exte  
rior caliditas & quæ foris est: ei quæ interior habetur. Si  
tamen aliquando præualuerit interior, ad seipsam utique  
trahet. ¶ Secundum. Euenit etiam, ut non omne corpus  
sit elixabile. ¶ Nam illa in quibus penē nulla est humiditas,  
ut lapides; & illa in quib⁹ quidē est, sed ob grossitiem  
obineri nequit, ut sunt ligna: elixationem non sustinent.  
Ea autem sustinent quæ humiditate participant: ab igneo  
circumstante feruore in humido existente, benē passibili.  
Et elixationis nomen ad multa transferimus: quia nobis  
apta deficiant nomina. Ut ad aurū, lignū, lac, mustum, &  
alia humida. Aurū quidē quod in humido decoctū, agēte  
circūstante calido: vim quādā in ipsum regerat atq. trans  
fundat humidū. & lignū: quod circūstans calidū, humorē  
eius ad exteriora euocet. & mustum & lac: quod ab exte  
riore calido, sapore in humido existentē permūtēt, patian  
turq. aliquid quodā modo verē elixatis simile. Et horum  
nō idē finis est. Nā elixorū, hæc (ut aulicocia & appropriē elix  
xa) sunt ad escā. & eorū quæ trāslatitiē dicuntur: hæc (ut  
quædā humida) ad sorbitiones sunt. Hæc (ut pharmaca  
quas medicinas dicim⁹: & quæ etiā elixari dicunt⁹) ad sa  
lutem existunt. & alia permulta, ad multas & varias com  
moditates & vsus. ¶ Tertium. Quapropter iterū, quæcūq.  
humorē habentia, grossiora, aut minora, aut grauiora, aut  
partim talia, & partim diuersa. circumstante calido fiunt:  
aliquo pacto sunt elixabilia. ¶ Sunt enim quædam: quorū Oleū nō  
rū pars altera segregante calido ingrossatur, & pars altera esse elixa  
fit subtilior, quomodo lac in caseum & serum distribuitur bile.



tur. & ita de plerisque alijs. ¶ **Quartū.** Hinc oleū secundum seipsum, elixabile nō est. ¶ **Nam** si purū fuerit: nō ingrossatur, minorat, ingrauescit, aut aliorū quodcūq; patit. Et de elixatione & ppria & trāstatitia, hæc dicta sint. & nihil refert, an artificio quodā pareat: an naturæ peragat instrumētis & opificio. ¶ **Quarta diffinitio.** Inelixatio est indigestio, elixationi cōtraria, in interminato corporis humido, ob caloris circūstantis humidi defectū, pueniēs. Et iā diximus, vbi caloris indigētia sit & defectus: illic frigiditatem adesse oportere. Et defectus ille digestionis, puenit: aut propter circūdantis humidi frigiditatem, aut propter elixabilis multitudinē. Tunc enim accidit, circūstatis humidi caliditatem maiorem esse quā vt non moueat, minorem verd, quā vt regulet & cōdigerat. ¶ **Corollarium.** Hinc quæ inelixationem sustinent, elixis duriora cernunt. Inelixis esse ¶ **Nam** elixorum humida magis terminata sunt, magisque duriora, remollita. Et trāffertur huiusmodi indigestio ad multa, sicut & elixatio, vt ad metalla, fluida, & animalia. Animalibus enim propter immoderatum exercitium prouenit: vt calor ille resoluatur, exhaletq; digerens. Sed de elixatione & eius opposita indigestione, quid sint & ob quid eueniant: hætenus. ¶ **Quinta diffinitio.** Assatio, digestio est a caliditate sicca & aliena, facta. vt si quis quod elixabile est, nō calido humido pmutet & digerat: sed calido sicco, vt igni, perficiatur digestio: hoc profecto non elixum, sed assum esse dicat. Quod si amplius q̄ oporteat, calidi sicci sustineat excessum: tunc dicitur adustum. & citius assatio, elixatiōe cōsummat: quod assatio a caliditate sicca quæ acutior est, fiat. ¶ **Primum corollarium.** Vnde fit, vt assorum exteriora sicciora sint interioribus. elixorū aut cōtra: exteriora humidiora sint, interiora vero sicciora. ¶ **Nā** assatione partes, ppinquiores citius attingit & desiccatur ignis: & ita exteriores poros cōstringit, corrugat, coarctatq; hinc humidum intus existēs euaporare nequit, sed interius reconditur: donec pori ipsi reclusi, apertiq; fuerint. ¶ **Secundum.** Hac de causa, maiore industria ac man<sup>9</sup> artificis ope: q̄q; assari, q̄ elixari, eget. ¶ **Nam** difficile est quicq; assando, & exteriora & interiora regulariter incallescere, semper enim

enim igni viciniora, desiccantur citius. ¶ Et licet elixatio & assatio arte liquido factæ conspiciantur: nihilominus consimiles natura species habentur, sed innominate quibus sunt. Ars enim naturam imitatur: & alimenti in corpore digestio elixationi similis est. Fit enim à corporis caliditate in humido. Et indigestio alimentaris similis est eius oppositæ indigestioni: & exterioris calidi defectu paritur. nec animalia, ut tinæ rotundæ, generantur in ipsius digestionis loco (ut aliqui putauerunt) sed ex secretionem facta & putrefacta in inferiore alio, illic enim segregatū putrescit, sed quam ob causam, alio dicendum est loco. Deinde genitæ ascendunt ad superiorem ventrem: quī locus est digestionis. Et ossium digestio: similis est assationi, eorum

- 23 verò indigestio, eius oppositæ indigestioni. ¶ Sexta diffinitio. Inassatio, indigestio est assationi contraria ex defectu calidi sicci extrinseci in assabili proueniens. Sic enim assatio. Quid inassatio. se habet inassatio ad assationem: sicut inelixatio ad elixationem. & huic non est nomen impositum. Et accidit hic assationis defectus, aut propter exterioris ignis defectū, aut eius quod igni vicarium sit, aut propter ipsius assabilis humoris excessum. Tunc enim calor maior erit, quā ut non moueat: minor autem quā ut digerere sufficiat. Sed quid maturatio, quid cruditas, quid elixatio, quid inelixatio, quid assatio, quid inassatio: satis dictum est.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Gluten, colla. ¶ Determinamus, discernimus.

- 24 **Q**uartū cap. continet quinque conclusiones. & vnum corollarium ad tertiam. ¶ Prima conclusio. Passionū humorū & siccorum, determinandæ sunt species. ¶ Nam humidū & siccū, corpora: principia sunt passiva: ex quibus mixta omnia consistunt: & quæcumque magis humido natura participant: ea magis humidi natura passionibus participabunt. quæ autem sicco magis & sicci. & Corpora humorū, quædam sunt actu humida: ut liquores. quædam mixtorū verò, potentia: ut liquabilia. Item siccorum, quædam sunt & humis actu sicca: ut liquabilia priusquam sint fusa. quædam verò, potest & siccitientia: ut eadem liquata. ¶ Secunda conclusio. Corpora mixta terminatorum: ex humido & sicco sunt terminata. ¶ Nam humis nantur.

midū facile terminabile est, siccū vero difficile: ad inuicem  
tamē bene. Inspissant em, patiūturq; aliqd simile pulmen-  
tis & balsamētis, & humidū sicco vt terminetur: causa est.  
siccū verò humido vt cōstet, & ne cōcidat & defluat, cau-  
sa existit. Et vt paucis absolua<sup>m</sup>: utrūq; alteri vt glutē ha-  
betur: sitq; naturale mixtū ex humido & sicco. quēadmo-  
dum (vt vult in Phisicis Empedocles) aqua cōglutinat  
farina. Mixtorum igitur corpora: ex humido & sicco sunt  
terminata. ¶ Tertia cōclusio. Terminata corpora: minimē 26

Corpora sine aqua & terra cōsistūt. ¶ Nam elementorū, ppriissime  
sine aqua siccū dicit terra, humidū vero, aqua. Terminant autē oīa,  
& terra humido & sicco. Non igitur sine aqua & terra consistunt  
terminari corpora terminata. Et quod plus terræ secūdum potentiā  
nō posse, habuerit: magis terreū esse videbitur: & quod minus: vi-

debitur & minus. & quod plus aquæ: magis videbitur  
aqueū: & quod minus, minus. ¶ Corollarium. Hinc eue-  
nit, vt in aqua & terra solum animalia reperiantur, & non  
in aere & igne. ¶ Nam hæc præcipue suorum corporum  
sunt materiæ. ¶ Quarta cōclusio. Mollities & durities: ter- 27

minatorū corporū sunt primæ passiōes. ¶ Nam quicquid  
ex humido & sicco terminatū est: durū aut molle esse ne-  
cesse est. durū quidem, si magis sicco terminatum est. mol-

Quid du-  
rum.

Quid  
molle.

le autē: si magis terminatum est humido. Est enim durum;  
quod non cedit in seipsum secundum superficiem. Molle  
vero quod cedit secundum superficiem in profundum, &  
non circumstat pellens. Hinc aqua ipsa non dicitur mollis.

Nam secundum superficiem nō cedit in profundum: sed  
protinus diuisa ipsum ambit & circumstat impellentem.

Sunt igit molle & durum, primæ terminatorū corporum  
passiōes: vt quæ immediate humidi & sicci collinimen-

tum, terminationemq; sequantur. & quoddam est simpli-

citer durū: quod simpliciter tale est. quoddam verò durū  
ad alterū: quod ad aliud tale dicitur. ita & molle diducit.

Et sunt magis vel minus talia: secūdum qd magis aut mi-

nus humido & sicco sunt terminata. ¶ Quinta conclusio. 28  
Durum & molle simpliciter determinamus tactu. ¶ Nam  
omnia sensibilia determinamus sensu, at tactus in quadā  
mediocritate, mediāq; mollis & durī pportione consistit.



Excedens igitur duritiē mediocritatem illā durū dicimus,  
deficiens verd: molle. Nā id mollitiē, medietatem excellit.  
Tactu igitur durum & molle simpliciter discernimus.

# QVINTI CAPITIS ANNOT.

¶ Proprio, naturalī. ¶ Lactīcinia, cibi ex lacte facti.

- 26 **Q** Vintū cap. cōtinet quinq; cōclusiones, vnū cor<sup>9</sup>  
rollariū ad primā. & vnā diuisionem ad quartā.
- 27 **¶** Prima cōclusio. Omne corp<sup>9</sup> pprio termino  
cōtentū: durū aut molle esse necesse est. ¶ Nam Corp<sup>9</sup> pprio termi  
omne tale, aut tactū sustinet nō cedēs: & durū est. aut ta<sup>9</sup> prio termi  
30 ctū nō firmē sustinēs cedit, fugitq;: & id est molle. ¶ Corol no cōten  
lariū. Quo fit vt de coagulatione: post apta incūbat deter tū durum  
minatio. Nā omne corpus terminatū & constans: durum ē aut mol  
aut molle est. at sine coagulatione nō terminatur, & cōstat le.  
post igitur apta erit de coagulatione determinatio. ¶ Se  
cunda cōclusio. Coagulatorū, liquatorū, exiccatorū & hu  
meftatorū: varix sunt causæ. ¶ Nam materiā habent, præ  
terquam & efficientē, vt causam vnde motus & passiōe  
vt vnde species nascitur & forma, rursum habent. Et effi  
cientes causæ (vt diximus) dux sunt, calidum & frigidū.  
& passiōes itidem dux, humidum & siccum. Patiuntur  
enim copora coagulationē, liquationem, exiccationē, hu  
meftationē: aut præsente calido, id quidem faciēte, absen  
te verd frigido. aut frigido præsente faciēte: & absente cal  
lido. Sunt igitur coagulatorū, liquatorum, exiccatorū, hu  
31 meftatorumq; varix causæ. ¶ Tertia cōclusio. Prius de ex  
iccatione, determinandum esse videtur. Nam coagulari  
quodammodo desiccari est. ¶ Quarta conclusio. Frigidū  
magis q̄ calidum: passiuorū est. ¶ Nam passiuum: aut hu  
midum, aut siccum est: aut ex his coalitum atq; composi  
tum. Humidum enim corpus, aqua præbet: siccū autem,  
terra. Et hæc humidorum & siccorum maxime sunt passi  
ua. atqui frigidum: & aquæ & terræ est. hæc enim natura  
frigida sunt. & calidū: aeris & ignis est. sunt enim contra  
natura calida & actiua. Frigidum igitur quam calidū, ma  
gis passiuorum est. Agit tamen frigidum. nam corrumpit: Frigidū p  
& multas & per se & per accidens operationes perficit. accidēsa  
Circunstans enim frigidū; calidi virtutem cōniēs & adit lefacit

Coagula  
torū varig  
causæ.

Frigidū  
magis pas  
siuū est q̄  
calidum.

nuis, nonnunquam calefacere & vrere dicuntur, non quidem ut frigus  
dum est: sed per accidens. ¶ Diuisio. Desiccabiliū, hæc sunt 32  
aqua: hæc, aquæ species, ut vinū, vrina, serū. Et aquæ spe-  
cies dicuntur: quæ non propter viscositatem, paucū aut nullū  
sedimentū, hypostasimque hñt, est enim quibusdā viscositas, cā  
ut hypostasis nulla aut pauca fiat, quæadmodū in oleo &  
pice existit. Et hæc, humiditatem hñt superinductā: ut lana  
aqua p̄fusa. hæc vero, naturalē, ut lacticiuia. Et hæc omnia  
desiccari dicuntur: quoties naturalis resoluitur humiditas

Quæ de remanere sicco, aut quoties ipsa alijs sup̄fusa resoluantur, 33  
siccat̄ a ¶ Quinta conclusio. Quæcūq; desiccatur (siue calefacta  
calido de sint, siue frigefacta) a calido, aut exteriorē, aut interiorē,  
siccat̄. ¶ Nā quæcūq; desiccatur aut calefacta, aut fri-

Tribus  
modis  
aliqua  
humecta-  
tur,

gefacta desiccatur. Calefacta quidem exteriorē calore humi-  
ditatem educere atq; resoluerē, quæadmodū in elixatis cernit̄.  
frigefacta verò: cū humidū paucū fuerit, & circūstāte frigi-  
do interior calor expiret, secūq; humidū educat & rapiat.  
Est enim calidi, educere atq; resolverē. Quæcūq; igit̄ desic-  
cantur, siue calefacta siue frigefacta: a calido aut interiorē  
aut exteriorē desiccatur. ¶ Et tribus modis aliqua humet-  
tari dicuntur. Primo. Cū circūstans aer frigore dēatur: tan-  
dem cogitur, concrefcitq; in aquā. Secundo. per coagulati-  
liuationē. Et tercio per humidū infusionem. Sed nunc de  
coagulatione & liquatione agamus.

## SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Calybs: purificata massa ferri. ¶ Pyrimachus accētū in  
an̄penultima: lapilli nomē est ab igne expugnabilis. ¶ In-  
dissolubile, difficile solubile. Dissolubile, facile solubile.  
¶ Nitro, p̄xima salis natura est: probāt Macedonicū. sitq;  
in Aegypto, pene eo mō quo sal. Hoc interest, qd in salinis  
mare fundit̄: at nō in nitrarijs. Spuma nitri (quā Aphro-  
ditrū dicunt) maxime p̄bari solet. Nosq; hic nitrum, non  
mine salis censemus.

Extū cap. cōtinet vnā diuisionē nouē conclusiones.  
vnū corollarium ad tertiā. & vnū ad nonā. ¶ Diuisio. 34  
Coagulabiliū, hæc sunt aqua aut aquæ species: hæc  
aut̄, aquæ & terræ. ¶ Prima cōclusio. Quæcūq; cali- 35  
do sicco coagulatur; frigidō humido soluuntur. ¶ Nā quæ

- enimq; coagulatur, aut calido, aut frigido coagulatur: & à  
 suis cōtrarijs soluuntur. Calidi aut sicci cōtrariū est frigidū  
 humidū, vt aqua. igit quæcūq; calido sicco coagulantur:  
 frigido humido soluuntur. Hinc quæ ignis coagulat: aqua  
 soluit, quæ frigida est & humida. ¶ Sed petes forsitā, cum  
 mel elixū in aqua positū cōcrescat, dēseturq; an hæc cōcre-  
 tio atq; coagulatio ab humiditate fiat aquæ? Nō, sed pos-  
 tius à frigido, humori cōmixto. Est em̄ frigidi, cogere &  
 36 coadunare. ¶ Secūda cōclusio. Aqua & aquæ species nō  
 coagulatur ab igne. ¶ Nā cōgelatæ, coagulataq; ab igne  
 soluuntur, at idē circa idē: contrariorū, coagulationis & so-  
 lutionis, causa per se nō erit. Per se dico: nam per accidēs  
 nihil prohibet, quæ enim adueniēs calor per se soluit: eadē  
 abscedēs & absens, per accidens coagulat. ¶ Tertia con-  
 37 clusio. Aqua & aquæ species à frigido coagulatur. ¶ Nā  
 quæ à calido soluuntur: à suo cōtrario coagulantur, contra-  
 riū autem calido: frigidū est. Talia igitur à frigido cogun-  
 tur atq; coagulatur. ¶ Corollarium. Vnde fit, vt talia coagu-  
 lata nō ingrossentur, nam ingrossatio propriē fit abeunte  
 humido & constante sicco, at frigido congelante atq; co-  
 agulante: non abit humidū, remanēte sicco. Et adde aquā  
 38 humorum solā ingrossari non posse. ¶ Quarta conclusio.  
 Quæ cōmunia sunt aquæ & terræ: & calido & frigido  
 coagulascunt. ¶ A calido quidem, humidū educente,  
 humido siquidem euaporāte: siccum ingrossatur, constat,  
 coagulascitq;. A frigido autem, quodd calidū expellat, quo-  
 cum simul euaporat humidū: aut totum comprimit & ve-  
 39 lut humida coarctat & stringit. ¶ Quinta conclusio. Quæ  
 mollia sunt, parum humida: parum coagulando ingrossan-  
 tur mixta, multū autem humida vt lac: ingrossantur &  
 multum. ¶ Nam mollia parum humida: paucō exeunte  
 humido coagulantur: vt coctus later. commixta autem  
 multū humida: multo coagulascunt exeunte, aut separato  
 40 humido. ¶ Sexta conclusio. Multa coagulandorū prius  
 humescunt, vt grossa, vt prius infrigidata, vt incoctus la-  
 ter. ¶ Nam primū extrahitur ad exteriora humor: ipsum  
 mollescere faciens, humidiusq; reddens: ita vt in fornace  
 cum coquantur lateres, sæpe peruertantur, vt concidant,

Aquā &  
aquæ spe-  
cies ab ig-  
ne nō co-  
agulari.

Aquā &  
aquæ spe-  
cies à fri-  
gido co-  
agulari.



aut incuruentur. ¶ Septima conclusio. Quæcunq; à frigido 41  
do coagulatur aquæ & terræ cōia, plus aquæ habentia,  
plus item & terræ: quoties à frigido coagulantur calido  
quidem abeunte & non euaporante humido, iterū adue  
niente calido soluantur. ¶ Id enim frigido induratum lu  
tum ostendit. ¶ Octaua conclusio. Quæcunq; propter in 42  
frigidationem toto pariter calido educto coagulata, non  
nisi forti excellenti igne sunt solubilia: hæc debiliori ca  
lore sunt mollescibilia. ¶ Hoc ostendūt ferrum & cornu:  
quæ debiliori igne mollescent, nō autem soluantur, nisi  
facta fuerit ignis vehementia. At cū sit ignis vehementia:  
ferrum liquatur, quod quidem faciunt hi qui ferrū elabor  
rant: & humidū apparet, & iterū coagulatur, quod si sæ  
pe fiat, rarefcit, fitq; chalybs. nā ei? fex atq; scoria subsidet:  
atq; ita purificatur. Hoc autē artifices facere nō sæpius attē  
tant, quod ferrū illa purgatione plurimū & quantitate &  
pondere minuatur. Et id ferrum, melius est: quod liquefa  
ctum pauciorē relinquit scoriam. Id enim est, suæ puritatis  
indiciū. Item valente igne: lapis pyrimachus tādē sub  
lat & fuescit, & consimiliter molæ, & lutea, & terrea: quæ  
iterum coagulata concrefcunt. ¶ Nona conclusio. Eorū 43  
quæ à calido coagulantur: quædam indissolubilia sunt,  
quædam vero dissolubilia. ¶ Nam quorū ab igne, terra  
cōbusta fuerit: vt laterū, & lapidū quorundā vt molariū:  
hæc, indissolubilia sunt. nō em̄ humido peruia sunt: vt eo  
solui possint. Soluerētur autē frigido humido. Quæ autē frī  
gido humido peruia sunt, hæc dissolubilia sunt: vt nī  
trū & alix salium species. ¶ Corollarium. Quo fit: vt talia  
aqueo humido, & eorū quæ aquæ sunt species: liquefcāt,  
nō autē liquefcant in oleo. ¶ Nam calido sicco contrariū  
est frigidum humidum: quale est aquæ & specierū aquæ.  
Et si vnū contrariorum coagulauerit, soluit eius contra  
rium. Sic enim contrariorum contrariæ erunt causæ.

#### SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Desiccabile, coagulabile. ¶ Lix, cinis est foci. Hinc li  
xiuium deducitur, aqua in qua cinis coctus est. ¶ Euapo  
rantia intelligimus: quando fumus ingrossari potest &  
Ebenus. stillare in aquam. ¶ Coctile, coctus later. ¶ Ebenus, an

bor indica, enodis, nigra, palmæ assimilis, quæ aquis submergitur, & inter erodentia connumeratur.

44

**S**eptimū cap. cōtinet sex cōclusiones. ¶ Prima cōclusio. Sales pl<sup>9</sup> sio. Sales vt nitrū, later, lapis, & similia: plus terrea q̄ terrea, q̄ aquea existūt. ¶ Nā quæ pl<sup>9</sup> aquæ habēt: ingrossant aquea.

solū ab igne. quæ autē pl<sup>9</sup> terræ, coagulant. Talia autē ab igne coagulant & non ingrossant. plus igitur terræ q̄ aquæ retinent. At oleū ancipitis se præbet naturæ. si enim plus aquæ haberet: deberet à frigido, vt glacies gelari. Si plus terræ: deberet, vt later, coagulari à calido. Hoc autē non fit. Nā à neutro coagulatur: inspissat tamē ab utroq̄. Si causam requiris: hæc esse videtur, q̄ oleum maximē sit æereum. Hac enim de causa, supernatat aquæ, fertur enim sursum aer. frigus itaq̄ ipsum circumflans: aërem in eo existentem ingrossat, qui spissior factus conuertit in aquā, ingrossatq̄ oleū. Semper em̄ quod ex oleo & aqua cōmixtū fuerit, utroq̄ densius, spissiusq̄ habetur. Calidum verò res soluit aqueū. Hinc albescit oleū. quod tamē tēporis tractu inspissatur, marcescēte calido, aëreoq̄ rursus in aquā coactū. Liquet itaq̄ oleū utroq̄ & calido & frigido inspissari. Oleū à calido nō eodē modo, à frigido siquidē p se inspissari videt: lido & fri à calido verò, per accidēs. Et neq̄ desiccatur, coagulatūve gido di à calido, neq̄ à frigido. nō solū, quia viscosum (viscositas uersimodis enim impedit eius humiditatem extrahi educiq̄, aut à calido de inspissido humido elixando, aut calido sicco affando) sed & satur.

quia sit æreū. aer em̄, neq̄ aqua neq̄ igne desiccabilis est.

¶ Et ea quæ plus aquæ q̄ terræ habent: iure aquea dici possunt. quæ verò contra, plus terræ: dici possunt terrea. Quod si æquā aquæ & terræ retinet portionem, cōmuni appellatiōe aquea & terrea dici meretur. & hæc omnia (vt dixim<sup>9</sup>) coagulari possunt, soluiq̄ coagulata. Et quæ plus aquæ obtinent: elixationē atq̄ ingrossationē sustinent, vt vinū, & mustū, & similia. Cum em̄ coquūtur, elixanturq̄, aquea resoluitur humiditas, cuius indicium hoc esse potest, q̄ superposita manu aut aliquo huiusmodi, conrescente vapore, aquā colligere possis. quare quod relinquit: plus terreū existit, & densius atq̄ spissius. ¶ Secūda conclusio. Quæ nō ingrossant à frigido, sed coagulantur, euaporant

45

tia quidē ab igne: magis sunt aquæ. vt vinū, acetū, serū, lixiuū, vrina. ¶ Nā hæc à calido ingrossant: & ipsa coagulat frigiditas. & nō solū coagulat, vt aquea: sed etiā ingrossat, vt aerea. Aerē em̄ conuertit in vaporē: quēadmodū de oleo dictū est. ¶ Tertia cōclusio. Quē à frigido ingrossant 46 nō euaporantia: aut terræ & aeris, aut aeris & aquæ sunt cōia. ¶ Hac enim de causa mel quod terræ & aeris est, & oleū quod aeris & aquæ, frigido densant: aerē em̄ densat

Lac & frigus in aquā. ¶ Quarta conclusio. Lac & sanguis: aquæ 47 & terræ sunt cōmunia, & nitrū & sales, & ex quibuscūq; cōstāt lapides, magis terrea. ¶ De lacte em̄, hæc sunt indicia. Si nō separetur serū: totū euaporat decoquēdo, velut aqua. Et si ipsi tepēfacto imponatur coagulum (vt medici facere solent) cōstāt terrestre separatū ab humido: paraturq; hoc pacto caseus & serum, quod quidē separatū non amplius ingrossatur: sed vt aqua euanesce in vaporē. Et si lac aliquod caseum non habeat, aut admodū paucū: ipsum magis aquæ est, minusq; vsui redditur aptū. Hæc itaq; monstrāt lac: aquæ & terrestres esse naturæ. ¶ De sanguine autem: hoc idem manifestum est. Inspissatur enim, euaporationem faciente calido: & coagulatur frigido, siccaturq;.

Qui autē promptē non coagulatur vt cernimus: magis aqueus est, poros viasq; frigori (velut aqua) non præbens. Quapropter & fibras non habet. fibræ enim & quod solidū est, terrestre est. Vnde fit, vt ipsis extractis nō coaguletur, neq; desiccetur humidū: vt neq; segregato cas

Morbid⁹ seo desiccatur serū. Et huius rei adhuc signū est, qd morbid⁹ sanguis nō 48 dus sanguis (vt neq; aqua, pituita & sanies) coagulari nō vult coagulari. Hæc em̄ indigesta sunt, & à natura insuperata. ¶ De nitro & salibus, & ex quibus cōstent lapides: cōstat. Nam illa potius humido solūntur, & nō calido. ¶ Quinta conclusio. Eorum quæ terrea sunt: quædā sunt solubilia, quædam indissolubilia: & indissolubiliū quædā mollificabilia, quædam verò minimē. ¶ Nam nitrum & sales, solubilia sunt, later coctus & ferrū, indissolubilia, ferrum & cornu, mollificabilia, coctile verò & lapides, immollificabiles. Et horum omnīū causa existere videtur: qd contrariorū contrariæ sunt causæ. Hac em̄ de causa, quæcūq; duobus, frīs



gido & secco, coagulant: hæc, calido & humido soluant,  
 vt igne & aqua simul. Et quæcūq; ignis solus coagulat:  
 aqua dissoluit. & quæcūq; frigidum solum dissoluit ignis.  
 Quæcūq; verò à duob⁹ cōtrarijs vt calido & frigido, coa-  
 gulata fuerint, maxime indissolubilia sunt. quod accidit,  
 quoties calidū, multū humidū expresserit, vt incoctilis de  
 coctione, cū rursus toto expirante calido ipsum amplius  
 frigidū coagulat, cōprimit & coarctat: ita vt humido am-  
 plius nō præstetur aditus: tale tūc certè maxime indissolu-  
 bile est. Non em̄ soluet à calido vt igne. nā sola soluit quæ  
 à solo frigido coagulata sunt, neq; verò à frigido vt aqua,  
 soluetur. nā ea sola soluit: quæ calido secco sunt cōcreta. Et  
 licet later poros habeat p quos subtilissimus spiritus exit:  
 humido tamē grossiori nō præbēt aditum, per quod solū  
 ipsum coagulātū esset dissoluendū. Mollificabilia quidem  
 sunt aquea & terrea: quæ calidū soluit & frigus coagulat,  
 vt ferrū, & humoris indigētia, oppositū præstat, vt in co-  
 49 stili & lapide. ¶ Sexta cōclusio. Ligna (excepta ebena &  
 alijs eius generis) aeris & terræ sunt cōia. ¶ Nam hæc ob  
 causam ligna sunt vstilia, nō mollificabilia, nō liquabilia,  
 & aquæ supernatantia. At eben⁹, aquæ nō supernatat, ipsa  
 enim magis terræ existit, & ex ipsa ebena nigra, expirauit  
 resolutus aer. Sed de coagulatione & liquatione, hæcten⁹.

# OCTAVI CAPITIS ANNOT.

¶ Perfecta mixta: sunt animalia, vegetabilia, & ea quæ  
 fossilia sunt. ¶ Calidum & frigidū prima agentia dicunt:  
 quodd sensibilem formis prima sint agendi instrumenta.  
 Siccum verò & humidum, prima passiva: quodd sensibi-  
 lium potentie prima sint patiendi instrumenta. ¶ Soluunt  
 sur: liquantur, aut mollificantur.

50 O Ctaui cap. cōtinet vnā cōclusionē. tres rationes ad  
 eā enumerationē passionū mixtorū perfectiorū, &  
 recollectionē determinatiōis coagulabilis & in-  
 coagulabilis, liquabilis & illiquabilis. ¶ Cōclusio.  
 Calidū, frigidū, humidū & siccū: oib⁹ mixtis pfectis cōia  
 sunt. ¶ Primo, quia, vt dictū est, calido & frigido cōstant  
 corpora. Calidū em̄ & frigidū ingrossantia & coagulantia,  
 ipsorū operationes faciūt, & quātō magis ipsis deficit cas

fiditas, tamē magis abundat frigiditas, & patiunt, per huiusmodi & siccū. Sunt igitur calidū, frigidū, humidū, & siccū: talibus oībus cōmunia. ¶ Secundo, perfectōrū hominū mēomera (quas similes partes dicim⁹) ex aqua & terra cōstare cōspiciunt, vt in animalibus: ossa, caro, neruus. In plātis, cortex & lignū. & in ipsis fossilibus: aurū, argentū, & cetera id gen⁹, talia autē sine calido p̄fici nō possunt.

**Mixtorū** Erūt igit hęc ipsis cōia. ¶ **Tertio**, differūt hęc oīa adinuicem penes sensibilia p̄pria & posse agere, vt penes colores, albū & nigrū, & similes, penes sonos, vt penes acutē aut grauitē sonare, aut similia, penes odores & sapores: dulce & amarum, & similes, penes tāgibilia: calidū, frigidū, humidū, & siccū, & penes posse aliquid agere in sensum. Conueniūt igitur ipsis calidū & frigidū prima actiua: sine quibus nō vidētur inesse posteriora. Et multo magis passiuīs differūt, vt quę magis passiuīs consient, & quibus passionū plurimę cōueniāt, vt passiones secundum quas coagulabile, liquabile mollificabile, & siles dicuntur: quę & ossi & carni & neruo, cortici, ligno, metallo, lapidi, & vnicuiq; homēomero cōueniūt. quę si ipsis cōueniunt, & prima passiuā, humidū & siccū, eisdē cōuenire necesse est, omnib⁹ igitur talibus, calidū, frigidū, humidū, & siccū, cōmercio veniūt, habenturq; cōia. Et vt passionum numerus secundum quas differunt aliquo modo haberi possit: nominibus tum quę potentiā important, tum quę important impotentiam, inferius describimus.

|               |                  |
|---------------|------------------|
| Coagulabile   | Incoagulabile    |
| Liquabile     | Illiquabile      |
| Mollificabile | Immollificabile  |
| Intingibile   | Non intingibile  |
| Flexibile     | Inflexibile      |
| Frangibile    | Infrangibile     |
| Comminuibile  | Incomminuibile   |
| Impressibile  | Non impressibile |
| Formabile     | Informabile      |
| Capibile      | Non capibile     |
| Trahibile     | Intrahibile      |
| Ductibile     | Non ductibile    |

Fissibile

Detruncabile

Viscosum

Commassabile

Exhalabile

Vstibile

Infissibile

Indetruncabile

Fragile

Incommassabile

Inexhalabile

Inustibile.

Et de coagulabili, incoagulabili, liquabili & illiquabili, prius determinatū est: de quibus quasi paucis perstringentes, eorū quæ diximus adhuc hoc repetamus. Coagulabilia, quædam à calido coagulatur: quædā verò à frigido, à calido quidē, humidū desiccante: à frigido verò, calidū exprimere. Quapropter hæc indurationē & coagulationē hūidi absentia, patiūtur: vt quæcūq; sūt terræ, hæc verò, absentia calidi: vt quæcūq; sunt aquæ. Et quæcūq; humidi absentia, coagulata sunt: humido solvūtur, nisi ita cōpressæ sint, & angustæ, constrictique relictæ pori: vt aquæ molles introitū nō admittāt. quæadmodū de coctili diximus. Quæ verò eius ingressum admittūt, vt nitrū, sales, exiccatum & lutum: humido solvūtur oīa. Et quæcūq; calidi priuatione, vt glacies, æs, plumbū: à calido solvūtur. Incoagulabili aut sunt: quæcūq; humiditate aquea carent, aut nō sūt aque, vt quæ plus calidi habēt & terræ, vt mel & mustū. sūt em̄ calida & velut efferuētia. & q̄ aq̄ qdē sūt, sed pl<sup>9</sup> aeris hñt, vt oleū & argētū vini. & qcqd pigre & viscosū ē: vt glutē. Sed nūc ad cetera determināda nos cōuertam<sup>9</sup>.

## NONI CAPITIS ANNOT.

☞ Formabilia, effingibilia. ☞ Transmutata, aliō translata. ☞ Phlegma, pituita. ☞ Calidum igneum: ignis, aut quod eius vim obțineat. ☞ Exhalabilem hæc, exhalabiliū partes aliquæ. ☞ Halat, exhalat.

15 **N**onū cap. cōtinet sexdecim diffinitiones & earū aliquo pacto declarationes. ☞ Prima diffinitio. Mollificabilia, sunt coagulata, quæ ab igne humiditate ad exteriora ducta, tandē tactui cessibilia sunt. & nō debēt esse aque solū, vt glacies: neq; terræ à quibus ignis totū hūidū euaporare faciat. vt nitrū & sal: neq; talē (vt later) irregularitatē habentia: sed terrea magis: aut trahibilia, aut ductibilia, non intingibilia, non aquea, sed

Coagula  
bilia.Liquabi  
lia.Mollifica  
bilia.



**Immolli** quę molliatur igni. vt ferrū atq; cornu. ¶ **Immollicabilia**  
**ficabilia.** ex opposito cognoscuntur. ¶ **Secūda.** Intingibilia sunt ter- 52  
**Intingibi** rea, quę latiores poros habentia, molem aquę admittūt,  
**lia.** mollioraq; sunt madefacta: solidiora tamen aqua. Nam  
 talia, per totū aqua facta, solum diceretur liquabilia. Et in  
 tingibiliū, quędam liquabilia sunt, vt æs & coagulatum  
 lutum: quędam verò non sunt liquabilia, vt lana. Simili-  
 ter non intingibilium, quędam sunt liquabilia, vt nitrum  
 & sales: & quędam non liquabilia, vt later. ¶ **Sed**  
 quæres. cur lutum intingitur & liquecit humido: nitrum  
 autem & sales liquecunt & non intinguntur? Hęc causa  
 esse pōt, quòd in nitro & salibus per totū sunt pori aquę  
 peruij. ideo statim soluitur ab aqua atq; liquecunt. in in-  
 durato autem luto non sic: sed pēmutatim hi magni ha-  
 bentur, hi verò stricti & qui aquam non admittant, ideo 53  
 prius intingitur: mox deniq; soluitur & liquatur. ¶ **Et nō**  
**Flexibilia** intingibilia ex opposito cognoscuntur. ¶ **Tertia.** Flexibilia  
 sunt quęcūq; à rectitudine in circūferentiā, aut à circūse-  
 rentia in rectitudinem duci queūt, vt calamus & vimen.  
 Quę si à rectitudine ad conuexum ducantur, reflexa di-  
 cantur. si verò ad concauum, deflexa atq; circūflexa. Et  
 si à conuexo aut concauo sint ad rectitudinem ducta, di-  
 recta dicantur. Non em̄ idē est reflecti, deflecti, & dirigi  
 sed aliud & aliud. Impossibile em̄ est, rectum, reflexū, aut  
 deflexū esse: etsi omne tale, reflexibile esset aut deflexibi-  
 le. ¶ **Inflexibilia** vero sunt, quorū moles à rectitudine in  
 circūferentiā, aut à circūferentiā in rectitudinē duci nequeūt. 54  
 ¶ **Infringibilia.** vt later & lapis. ¶ **Quarta.** Frangibilia, sunt quę flexibilita-  
 tē nō oīno perferētia, in duas partes abeūt diuisa. vt lignū.  
 ¶ **Cōminuibilia.** ¶ **Infringibilia** verò, quę hęc diuisionem nō admittūt vt 55  
 glacies. ¶ **Quinta.** Cōminuibilia, sunt quę in quascūq; mi-  
 nutas ptes abeūt diuisa: nō faciliē duarū solū diuisionē ad-  
 mittētia. ¶ **Incommuinuibilia** verò, horum opposita. ¶ **Et**  
**Fractio** quędam sunt frangibilia & nō comminuibilia, vt lignū.  
**nis & cō-** quędā cōminuibilia & infringibilia, vt glacies & lapis.  
**minutio** quędam verò frangibilia & cōminuibilia simul, vt later.  
**nis disci-** ¶ **Et differūt fractio & cōminutio.** quòd fractio magnas  
**men.** rū & duarū partium sit; cōminutio verò, quarumcūq; &

duob<sup>9</sup> plurimū. Et quæ multos & magnos nō vicissim, nō alternatim sese habētes poros habet: hæc frangibilia sunt, quæ verò passim & vicissim poros habent quāplurimos minutissimos: hæc sunt comminubilia. & quæ utraq; hæc

56 ¶ Sexta. Impressibilia, sunt quorū exterior superficies, aut pulsione, aut forū iētu, p̄cussioneve, aut tactu in p̄fundū cedit, vt æs & cera. ¶ Nō impressibilia aut sunt, quæ hoc pacto nō cedūt. Et impressibiliū, quædā sunt mollia, vt cera: alia verò dura, vt æs. Similiter nō impressibiliū hæc sunt mollia, vt aqua quæ cedit in p̄fundū nō manēte sup̄ficie; hæc dura vt later cuius superficies in profundū nō cedit.

Impressibilia.  
Non impressibilia.

57 ¶ Septima. Formabilia, sunt bene manu impressibilia & nō resiliētia, vt cera quæ impressionē manu pertractata, seruāt. ¶ Quæ verò hoc pacto impressionē nō seruāt, nō formabilia dicimus. ¶ Et horū non formabiliū, quædā faciliē sunt impressibilia, vt lana & spongia, quædam difficile, vt æs & lignum, quædam nō impressibilia, vt later & aqua.

Formabilia.  
Non formabilia.

58 ¶ Octaua. Capibilia sunt quæcunq; secundum superficiē non diuisam aut transmutatam: in seipsa secundū profundū dum faciliē sunt cedētia, vt spongia, cera, caro, quæ pulsa & indiuisa, in suos secundum profundū faciliē cedūt poros. Et capibilia omnia cōnaturales habēt poros: in quos possunt cedere pressa: siue ipsi inanes sint: quales dicūtur cum sint insensibiliōri corpore, vt aere, pleni, siue quidem pleni: sed corpore moliori quā quod in seipsum indiuisum cedat, vt spongia humectata, semper enim in suos cedunt poros, ipso intercluso aut cedēte, aut expresso corpore. ¶ Incapibilia autem sunt quæ hoc pacto in seipsa non cedunt, vt aqua, lac, fluidum omne, & omne durū, quoddā tales poros non habēat: in quos cedere possint, vt aqua, aut habēt quidem: sed duriuscula, duriorib<sup>9</sup>ve corporib<sup>9</sup>

Capibilia.

Incapibilia.

59 ¶ Nona. trahibilia, sunt quorū ad latus trāsferrī potest superficies: ipsa quidem superficie continua manente, vt pilus, corium, neruus, pasta, & gluten. Trahi verò, est admouens transferri: ipso semper plano manente continuo. ¶ Non trahibilia autem sunt quæ ad latus hoc pacto transferri non possunt, vt aqua & lapis. Et trahibilia.

Trahibilia.

- hibilū hęc capibilia sunt vt lana: hęc verò non, vt phlogma. Itidem capibiliū, hęc trahibilia sunt vt lana & cera; hęc nō trahibilia, vt spongia. ¶ Decima. Ductibilia, sunt quęcūq; eadē p̄cussione: simul & in latus & in p̄fundū secundū sup̄ficiē & scđm partē trāsferrī possunt, vt æs & ferrū. Nō ductibilia verò: quę hūc in modū trāsferrī nō possunt, vt lapis atq; lignū. ¶ Et oīa ductibilia, impressibilia sunt: nō autē oīa impressibilia sunt ductibilia. Nā lignū, impressibile est: nō autē ductibile. Ferē tñ ductibile & impressibile quo ad omnia cōuertuntur. Et ductibiliū, quędā capibilia sunt, vt cera & lutū; quędā nō, vt ferrū. Ita & capibiliū, quędā ductibilia sunt veluti cera & lutū: quędam nō, vt lana. Et sūt neq; capibilia, neq; ductibilia: vt aqua.
- Ductibilia.** ¶ Undecima. Fissibilia, sunt quorum diuisio p̄cedit diuidens: plusq; diuiditur quā diuidens assequitur. vt lignum. ¶ Infissibilia autem, quę talia non sunt. ¶ Et nulum simpliciter molle, fissibile est, dico enim simpliciter, nam ad alterū, ferrum molle est: vt ad chalybē. Neq; omne durū, fissibile est, vt ferrū, sed talia esse debent: quę neq; sint liquida, neq; ductibilia, neq; cōminuibilia. Talia autē, sunt quę secundū longitudinē poros habent, secundum quos adinuicem adnascūtur & adhærent: non autem ita secundū latitudinem habēt. ¶ Duodecima. Detruncabilia, sunt quorū diuisio nō p̄cedit diuidēs: sed solum diuiditur, & nō cōminuitur quod assequitur diuidēs. ¶ Et inde detruncabilia, sunt quę hoc pacto diuidi nequeūt. Et detruncabiliū, quędā sunt mollia vt cera: quędā dura, & nō fissibilia, vt ductibilia. quędā verò, detruncabilia & fissibilia simul: vt lignum. quod quidem vt plurimū secundum longitudinē, fissibile: secundū autē latitudinē, detruncabile. quod cum diuisibile sit, & in longum, & in latum: quā diuisibile secundū longum, fissibile est: quia verò secundum latum, dicitur detruncabile. ¶ Decimate tertia. Viscosa, sunt quę ad multum extendi possunt, & bene conuenire. Et hęc trahibilia, aut humida & mollia sunt: quorum partes paribus adhærent, partesq; sequuntur velut cōcatenatę, colligatęq;. ¶ Quę autem mollia, talia non fuerint: non viscosa & fragilia dicūtur. ¶ Decima quarta. Commassabilia.



bilia, sunt capibilia quæ mansuâ habet capturam, vt cera & pasta, quæ impressione seruât & nō resiliunt. ¶ Incom- Incōma-  
massabilia verò, quæ omnino capibilia nō sunt: aut quæ ca- fabilia.  
pibilia quidē, manentē nō seruât capturā, vt aqua, vt lana. Exhalabi-  
lia.

65 ¶ Decima quinta. Exhalabilia, sunt quæ humiditatem ha-  
bet quidē: sed quā nō sine sicco igneo seorsum euaporēt. Quid va-  
por.

Est enī vapor (calido separāte igneo) quædā ab humido  
ma defactiuo segregatio: quæ nūc in aerē cedit, nūc in vē-  
tum, nūc verò in imbriferā nubē cōcrescit. Exhalatio verò Quid ex-  
halatio.

hic nūcupat: quæ fit à calido igneo, cōmunis sicci, & aerei  
humidi segregatio. & ideo vapor ma defacit: exhalatio au-  
tē nō, sed poti⁹ colorat. Et exhalabiliū hæc, in aere tēpore  
dissoluuntur disparentia & sicca: hæc verò ipso rē remanē-  
tia sunt terrea. differt tamen id (quod ipso rē tēporis tra-  
ctu in aerem, segregatur &halat) à vapore: quod id exha-  
lationis neq; cedit in vētum, aut nubem: neq; ma defacit,  
quod facit ipse vapor. Lignosi quoq; corporis exhalatio,  
propriē fumus dicitur. Nomine autem lignosi corporis,  
ossa, pilos, & cætera id genus intelligi volumus, nō enim  
habemus nomē aliud cōmune quo ipsa nūcupem⁹: quāvis  
secundū analogiā ea omnia sub eodem sint, quod satis in-  
nuit Empedocles: cū pilos & auisū dēfas plumas & pisciū  
squamas & arborū folia ex eis dē & cōsimilibus oriri asse-  
rit. At pinguis corporis exhalatio, fuligo dicitur: vnētuo-  
si verò, nidor, quā κνίσσα Græci vocāt. Et hinc iterum  
cognoscere prōptum est, cur oleū & aqua elixari, calidoq;  
ingrossari nō possint. Nā oleū, totū exhalabile est: & non  
vaporabile. aqua verò cōtra: tota vaporabilis, nō autē ex-  
halabilis. Itidē dulce vinū, quod dulce est,halat, est enī pin-  
gue: & multa cū oleo cōmunia tenēs, vt frigore nō coagu-  
latur vt neq; oleū: sed aduri, inflāmaturq; vt oleū, vt no-  
mine vinū dicatur: opera autē vini nō faciat, humoremq;  
parum vinosum habeat. hac de causā ipsum (vt alia fa-  
ciunt) nō inebriat, sed parū exhalationis habet: ideo flam-

Empedo-  
cles.

66 mā emitit. ¶ Inexhalabilia autē dicūtur: quæ cū sicco hu- Inexhala-  
midū nō resoluūt. ¶ Decima sexta. Vstibilia, sunt quæcūq;  
poros habet ignis susceptiuos: & in poris secūdū directū, Vstibilia,  
humiditatē, igne quidem debiliorem, vt lignum, os, lana,

**Inustibilia** quæ incōmassibilia sunt. ¶ Inustibilia, sunt quæ huiusmo- 67  
di poros non habent: aut quæ fortio- rem ipso igne retis-  
nent humiditatem. vt lapis, glacies, & viride lignum: quæ  
esse prius posita sunt incōmassibilia. ¶ Item & alio modo

latius dicuntur vstibilia corpora: quæcūq; in cinerem  
redigibilia sunt. Et hæc sunt quæcūq; coagulata sunt ca-  
lido solo: aut ambob<sup>9</sup> simul: calido scilicet & frigido, his  
enim omnibus videtur ignis preualere. carbunculum ta-  
men preciosam gemmam excipio, cui ignis nō præualet.

**Inflāmabilia.** ¶ Et vstibilium, hæc inflammabilia sunt, vt quæcūq; hu-  
mida exhalabilia sunt, vt pix, oleū, cera, & cū alijs, quā-  
per se ipsa: magis sunt inflammabilia: & quæcūq; fumum

**Carbonalia.** Hæc autem carbonalia sunt: vt quæcūq; plus  
terræ quā fumi habeant. ¶ Et inflammabilium, quod-  
dam est illiquabile: velut lignum (quod per totum conti-  
nuum fit) humidum habens aptum vt peruratur, quoddā  
verò liquabile, vt thus, At verò æs, etsi liquabile sit, inflā-  
mabile tamen nō est, quod si partes partibus propinqua-  
habeat: humidū tamen sicco non satis continuū & cōiun-  
tum habet, quod etiam minus est, quā vt flammam effi-

**Th<sup>9</sup> duo- rum natu- ra tenet.** Et thus duobus assimilatur, duorumq; tenere naturā  
videtur: ligni scilicet & æris, ligni quidem quod fumum  
quo inflāmetur præstet: æris verò, quod humorem, quo  
mollescat & liquecat. Et inflammātur exhalabilia non li-  
quabilia: quod magis sint terræ, quæ siccum igni cōmune  
habet. Si itaq; id siccum, calidum fiat: fiet ignis atq; flam-

**Quid flā- ma.** ma, hinc enim flamma existit siccū spiritus, aut fumū ardor.  
Et iā diximus lignorū exhalationē, fumum esse: & ceræ, &  
thuris & picis & piciferorū omniū & similium exhalatio-  
nibus, nomē fuliginis coaptari, olei tamen & quorūcūq;  
vnctuosorū esse nidore. Et quædā, sola paucū inflāmari:  
quia paucū siccū habeant, adiuncta autem alijs (vt quæ  
pinguia, sicca, aut vnctiosa fuerint) ciuissimē inflāmari.  
Nam humida per se vt oleum, cera, pix, magis exhalant.  
Sicca autem magis ardent. Et de his, hætenus.

#### DECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Similium partium corpora sunt, quæ partes similis ha-  
bent denominationis. ¶ Communia sunt; terræ & aquæ,  
terræ

terre & aeris, aquæ & aeris, terre aquæ & aeris. & ita de igne, tametsi cōmunia ignis in animalib<sup>9</sup>, vegetatibus & fossilibus minus reperiuntur. ¶ Electrum nos succinum Electrū, dicimus, succus arboris est pinei generis densatus rigore, vel tempore, aut mari. dicitur & mixtura ex auro & quinta argenti parte electrum, succini colorem imitata, ¶ Composita mixta perfecta.

- 68 **D**Ecimum cap. quīdecim propositiones (quæ ex præcedentibus dictis aliquo pacto cognitæ esse possunt) recolligit. ¶ Prima. Similariū partiū corpora (quæ homœomera dicūt) vt in animalibus, caro, os, nerui, vngues, pili, fibræ, venæ (ex quib<sup>9</sup> cōstāt ea quæ dissimiliū sunt partiū, quæ dicunt<sup>r</sup> anomœomera, dissimilariūq<sup>ue</sup> partiū tota: vt pes, manus, facies) & in plantis lignum, cortex, foliū, radix: & in fossilibus aurū, argentum, ferrum, stannū, lapis, & similia: assignatis differentiis adinuicem differunt, quæ potissimum tactu dinoscūtur, differunt & saporibus, odoribus, coloribus, & varietate sonorum. ¶ Secunda. Alia sunt ex quibus hæc cōsistant; & à quibus consistant. nam ex quibus consistunt sunt materia, humidū scilicet & siccum, quare aqua & terra: que manifestissimas has gerunt potentias. Ea verò à quibus cōsistunt, efficientia sunt duo: scilicet calidum & frigidū, hæc enim constare faciunt, cogūt & coagulant. ¶ Tertia. 70 Eorum quæ homœomera sunt, similariūq<sup>ue</sup> partiū, quædam sunt aquæ, aut aquæ species, quædam terræ, terræve 71 species, quædā verò, cōmunia. ¶ Quarta. Compositorū: quædam sunt liquida, quædā mollia, quædam dura. De mollibus autē & duris iam dictum est: nunc de liquidis 72 restat agendum. ¶ Quinta. Quæcūq<sup>ue</sup> liquidorū euaporant: ea sunt aquæ. ¶ Sexta. Quæcūq<sup>ue</sup> nō euaporant, hæc sunt terræ aut cōia terræ & aquæ, terræ & aeris, aut aquæ 74 & aeris, vt lac, mel, oleum. ¶ Septima. Quæ calido ingrossantur: cōia sunt. ¶ Sed dubium assurgit: cuius sit vinū, videtur em̄ nunc aquæ esse, quia euaporat: nunc verò cōe, quia nouum: vt mustum, calido ingrossatur. ¶ Dicimus Duplex duplex esse vinum: recens scilicet & antiquum. & recens est vinū, 75 p̄us habere terræ quā antiquum. hinc calido ingrossatur,



magisq; calidū esse: ideo minus constringit & coagulatur  
 frigido. Et est vinū in Arcadia sic terrestre & calidū: vt in  
 vtrib<sup>9</sup> ita à fumo exiccet, vt eductū appareat coagulātū.  
 Et si omne vinū fecē habet omne est aquæ & terræ. cuius  
 magis habet, eius magis est. ¶ Octaua. Quæ à frigido in 76  
 grossant: terræ sunt. ¶ Nona. Quæ ab vtroq; calido scilicet 77  
 cet & frigido: cōia, vt oleum, mel, dulce vinū. ¶ Decima. 78  
 Quæcūq; solo frigido cōstant & coagulant: aquæ sunt, vt  
 glacies, nix, pruina, grando. ¶ Vndecima. Quæcūq; solo 79  
 calido, terræ, vt later, caseus, nitrum, & sales. ¶ Duodeci 80  
 ma. Quæcūq; ab ambobus, calido & frigido, coagulant,  
 aquæ & terræ cōia sunt. & sunt hæc, quæ calidi & humi  
 di priuatione coagulascūt vt sanguis & genitura. nam sal  
 & quæ syncera cōstāt terra: solius humidi priuatione cō  
 crescunt. glacies autē: solius calidi. sanguis verò genitura:  
 vtriusq;. ¶ Decimatertia. Quorū totus exudauit humor 81  
 vt later, & lachrymarū genera, vt electrū, thus, myrrha, &  
 similia gummi: frigido coagulantur. quæ & palam & nos  
 bis cernentibus coagulantur quod intercepta plerunque  
 animalia, vt fornicæ & consimilia animalia ostendūt. De  
 stillat autē electrū in fluuiū, & velut mel coctum in aquā  
 demissum cōcalido humidū euaporatione amittit. Et hoc  
 rum, hæc sunt terræ: & magis quæ immollificabilia & illi  
 quabilia sunt. vt electrū, & quidam lapides. vt spelearum  
 zosi, quos Græci poros vocant. Quæ verò mollicantur  
 aut liquecunt ab igni, vt ferrum & cornu: non tota sunt  
 terræ, sed aquosiora. Thus quoq; & mirra & his similia,  
 consimiliter vt ligna euaporant. Et quædā sunt cōmunia,  
 vt cera. ¶ Decimaquarta. Quæcūq; liquecunt ab aqua: 82  
 hæc sunt terræ. ¶ Decimaquinta. Quæ neq; igne, neq; 83  
 aqua liquecūt: aut terræ sunt, aut vtriusq; communia. ¶ Ex  
 quibus permanifestum esse potest ( si composita omnia,  
 aut fluida, aut coagulata esse oporteat: neq; harum passio  
 num sit medium ) quæ ipsorum erunt terræ, quæ aquæ,  
 & quæ pluribus communia, & an calido, vt igne, an fri  
 gido, an vtroq; constare debeant. Notum item est, argen  
 tum, stannum, xs, plumbum, vitrum & lapides multos  
 innominatos, quæ facile liquecunt calido; esse aquæ.

Et vinū quoddam acetū, vrinam, lixiuū, ferū & sanienū  
quæ frigido coagulantur: itidem esse aquæ. Et quoddam ferū  
rum, cornu, vnguis, os, neruus, pilus, lignū, cortex, foliū,  
electrū, myrrha, thus, lachrymæ, tofus, omnes fruges vt le-  
gumina & triticū: sunt terræ. Et ipsorū quædam sunt ma-  
gis terræ: quædam minus, quædam enim sunt mollicabi-  
lia, & quædam exhalabilia, & frigido coagulata. Et simili  
modo terræ sunt nitrum, sales, & lapidū genera: quæ neq;  
infrigidatione fiunt, neq; frigido coagulantur. Et sanguis  
& genitale semen, aeris, aquæ & terræ sunt cōmunia. At  
tamen sanguis ille qui plures fibras habet: magis terræ est.  
ideo frigore coagulatur, & humore liquefit. Et qui fibras  
non habet, magis est aquæ, quare & frigido non coagula-  
tur. Genitale autem semen, frigido coagulatur: expirante  
calido secum humidum rapiente, educenteq;.

#### VNDECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Aliena caliditas: quæ non est secundum prædominans  
tis elementi naturam. ¶ Propria & naturalis: quæ vniū  
cuiusq; perfectioni sit accommodata.

- §4 **V**Ndecimū cap. cōtinet quatuor conclusiones. vnū  
corollarium ad terciū. & duo ad quartū. ¶ Prima  
cōclusio. Quæcūq; aquæ sunt: vt plurimū frigida  
sunt, nisi alienā habeāt caliditatē, quæadmodū ha-  
bent lixiuū, vrina & vinū. Nā maxime frigidū dominās  
§5 habent elementū. ¶ Secūda. Quæcūq; terræ sunt, vt plu-  
rimū calida: hæc ob calidi operationē sunt calida. hoc ostē-  
dunt calx & cinis. ¶ Nam omnibus ignitis inest calidis-  
tas, aut amplior, aut minor. alioquin frigida sunt, nam ter-  
§6 ra, frigida est. ¶ Tertia. hæc, secundum materiam accipien-  
da sunt esse frigida. ¶ Nam materia, humidum & sic-  
cum, est, sunt enim hæc, passiuæ. & humidum & siccum,  
maximè aquæ & terræ sunt: quæ terminantur frigido, &  
magis aqua. Sunt igitur secundum materiam accipienda  
esse frigida. ¶ Corollarium. Hinc perpalam euādīt, quæ-  
cūq; sunt simpliciter aquæ, aut simpliciter terræ: frigida  
esse, modo alienam non habeant caliditatem, nam aqua  
maximè frigido determinata est: deinde terra. Alienam  
autem habent, calidi operatione; vt effrues aqua ab igni,

Oia igni-  
ta esse cali-  
da.

lixuū à cineribus quibus ipsum concoctum fuerit, in oī  
 bus em̄ ignitis; caliditas, aut maior, aut minor adest. & ita  
 de alijs. ¶ Quarta. Et si secundā materiam frigida esse de- 87  
 beant; accidit tñ plerunq; alienā caliditatē propriā esse &  
 ipsa terminare. ¶ Nā quæ putrescunt, manifestū est alienā  
 caliditatē habere, & tñ ipsa propria fit digerens & termi-  
 nās: vt inde prodeant aīalia; quæ illa caliditate cōstent &  
 terminent, sicut licet inueniri in ijs, quæ facile ex putrefactio-  
 ne, vermibus defluūt & scatēt. ¶ Similiter vinū, sanguis,  
 medulla, genitale semen, lac & similia plurima quæ cōmu-  
 nia sunt: propria & naturali caliditate constant, & quæ di-  
 gessit. ¶ Primū corollariū. Hinc fit, vt sanguis, medulla, ge-  
 nitale semē, lac & similia (quæ propria, naturali & digerē-  
 te caliditate cōstant) corrupta & à natura egredientia: nō  
 amplius videantur esse calida. nam eorū materia, vt terra  
 aut aqua (quæ frigida est) relinquitur. ¶ Scdm̄. Hinc iterū  
 euenit, vt quidā hæc iudicent esse calida: quidā verò esse  
 frigida. Nam qui ea respiciunt in propria permanentia na-  
 tura, calida esse censent. qui autē à propria separata natura;  
 iudicant esse frigida. Est tamen vt de ipsis determinatum  
 est. Et (vt paucis & quasi sub epilogo dicta pstringamus)  
 quibuscunq; est materia aquæ plurimū: hæc frigida sunt,  
 opponitur enim maxime, igni calidissimo. quibuscunq; ve-  
 rò terræ aut aeris: hæc minus sunt frigida. frigidissima ta-  
 men & calidissima aliena caliditate & frigiditate fieri con-  
 tingit: & potissimū quæ maximè coagulata, solidaq; sunt.  
 Fortiter enim caliditate & frigiditate impressionē admis-  
 tunt: & impressam retinent. Hinc solidiora: caliditate pri-  
 uata, frigidiora apparent. itidem & calefacta apparent  
 calidiora, fortiusq; exurūt, vt aqua calidior apparet fumo:  
 & lapis ignitus, calidior aqua, fortiusq; exurit.

#### DVODECIMI CAPITIS ANNO.

¶ In igne, in cōtemperamento igneo. ¶ In aqua, in aquæ  
 cōtemperamento.

**D**Vodecimum caput continet duas conclusiones,  
 tres rationes ad secundam, & vnum corollarium.  
 ¶ Prima conclusio. Homōmēra vt caro, os, ner- 88  
 uus, & vnaquodq; reliquorū; ex elementis cōstāt.



¶ Nam ex his vt materia, oīa naturę opera sunt. Et eorū, quędā sunt ex quibus naturalia cōstant, vt ex materia: vt passīua. Et quędā ex qbus cōstant secundū essentiā speciē atq; formā: vt actīua. Cōstant igit̃ homœomera ex elemētis.

89 ¶ Secunda, Posteriora, & quorū gratia homœomera sunt, & ipsorum organa: ipsis notiora sunt. ¶ Primo, quia magis exploratū habemus, q̃ homo mortuus non sit hō, nisi æquiuoce: quemadmodū fistulę lapidę & organa, vidētur fistulę & organa esse, quę neq; fistulę, neq; organa sunt nisi æquiuoce. Id aut̃ in homœomeris vt carne & osse minus p̃spectū est: & adhuc minus in aqua & igne. ¶ Sc̃o. quia vbi plurimū materię: ibi minus formę est. vbi aut̃ minus formę, hoc minus cognoscibile. Vt si extrema cōstituamus; materiā scilicet essentiā & formā: materia quidē nihil est pręter ipsam formam, omnibus eadem, & qua nulla differre dignoscuntur. Essentia autem & forma oībus ratio est: & qua singula à singulis differre sunt cognita. Intermedia igitur proportionabiliter sese habebūt, secundū quod prope, aut longe: respectu aut materię, aut formę constituta fuerint. Homœomera igitur quę materię propinquiora sunt, magisq; ipsius imitantia naturam: minus distingui, discerniq; possunt, quā ea ipsa quorum sunt, & gratia quorum existunt, & quę magis formę cōditionem sequuntur. ¶ Tertio. Quorum opera magis determinata sunt: & ipsa manifestiora erūt. Quęcunq; enī suū propriū opus efficere possunt: verē sunt. Vt verus est oculus, qui videre potest: & vera serra, quę secat. At oculus qui videre nequit, non vere est oculus: sed homonymē oculus, vt oculus mortuus. & lignea serra quę secare non valet, non vere est serra: sed imago serrę, & serra æquiuoce. At posteriorum opera magis determinata sunt vt manus, faciei, oculi, & linguę: quā ossis, carnis & nerui. & carnis adhuc magis secundum naturam: quā ignis aut aquę. & ita in plantis & metallis, vt aere & argento: quę & rursus minus quā animalia, cognoscibilia sunt quōd propinquius materię, potentięq; sint accidentia. Omnia tamen homœomera vt caro, os, neruus, & cętera eiusmodi; in quadam aut faciendi aut patienti potentia

consistunt. formæ tamen & eorum rationes sunt minus manifestæ. ¶ Corollarium. Hinc fit, vt non sit cognoscere promptum, quando existant & quando non: nisi longo temporis interstitio multum eorum natura euariata sit, vt sola quasi eorum remanente figura, quemadmodum circa vetusta mortuorum corpora in sepulchris accidere cõspicitur. ipsa siquidem plerumq; sua manente figura aut tacta, aut mota citissimè defluunt in cinerem. ita & fructus quandoq; sola superstitie figura: & si visui non multum videantur inueterati tacti tamen statim dissiliunt, dissolunturq; ita & circa læticia euenit. ¶ Talia ita homœomera: calido: frigido, & eorum motibus, coagulatione fieri contingit. Homœomeras partes intelligo, cuiusmodi sunt caro, os, pilus & neruus. Nam supra memoratis differunt à se inuicem differentijs, vt mollitie, duritie, tensione, tractione, comminutione, & cæteris similibus, quas calido & frigido & motibus mixtis diximus contingere. At ex his constitutorum (quæ anomœomera dicim⁹) vt faciei, manus, & pedis & similium: natura non calidum & frigidum causa est vt fiant. quemadmodum neq; caliditas & frigiditas, causa sunt vt fiat arca, phiala, aut serra: sed ars, nam quod in artificialibus est ars, artisq; species: hoc est in ijs quæ constant à natura, natura aut quæuis alia causa. Cum igitur cognouerimus cuius generis vnumquodq; homœomerorum fuerit, accipiendum erit de eorum vno quoq; quid sit, vt quid sanguis, quid caro, quid semen, & ita de cæteris. Sic enim de vnoquoq; sciemus quid & propter quid: cū materiam (vt ex hac disciplina perspectum est) aut formam ex alia deprehēderimus. & maxime cum ambo: & generationis & corruptionis, & vnde ipsis motus sit principia cognouerimus. Quæ quidem cum cognita, perspectaq; fuerint, mox considerationem nostram ad ea quæ ex ipsis sunt constituta cognoscenda, vt animalia, & plantas & alia talia, conuertemus.

¶ Paraphrascos in quantum Meteororum  
Aristotelis, finis.

## BREVIS INTRODVCTIO IN

Libros de Anima Aristotelis.

|                |                       |                           |
|----------------|-----------------------|---------------------------|
| ☉ Anima        | Serpendi              | ☉ Sensatio                |
| Potentia       | Volandi               | Auditio                   |
| Obiectum       | ☉ Intelligendi        | Visio                     |
| Operatio       | Simplex apprehendendi | Olfactio                  |
| Organum        | Componendi            | Gustatio                  |
| Gradus viuendi | Diuidendi             | Tactio                    |
| ☉ Potentia     | Ratiocinandi          | Phantasia                 |
| Vegetatrix     | Contemplandi          | ☉ Appetitio               |
| Sentiendi      | Agens                 | Cupiditas                 |
| Appetendi      | Possibilis            | Ira                       |
| Mouendi        | ☉ Obiectum            | Voluntas                  |
| Intelligendi   | Alimentum             | ☉ Motio                   |
| ☉ Vegetatrix   | Sensibile             | Progressio                |
| Alendi         | Appetibile            | Natiatio                  |
| Augendi        | Locus                 | Serptio                   |
| Minuendi       | Intelligibile         | Volatus                   |
| Generandi      | ☉ Sensibile           | ☉ Intellectio             |
| ☉ Sentiendi    | Per se                | Simplex apprehensio       |
| Exterior       | Per accidens          | Compositio                |
| Interior       | Commune               | Diuisio                   |
| ☉ Exterior     | Proprium              | Ratiocinatio              |
| Audiendi       | ☉ Operatio            | Contemplatio              |
| Videndi        | Vegetatio             | Consultatio               |
| Odorandi       | Sensatio              | ☉ Organum                 |
| Gustandi       | Appetitio             | Totū corpus organicum est |
| Tangendi       | Motio                 | ☉ Gradus viuendi          |
| ☉ Appetendi    | Intellectio           | Vegetans                  |
| Cupiendi       | ☉ Vegetatio           | Sentiens                  |
| Irascendi      | Alitio                | Se mouens                 |
| Volendi        | Auctio                | Intelligens.              |
| ☉ Mouendi      | Diminutio             |                           |
| Progrediendi   | Generatio             |                           |
| Nandi          |                       |                           |

**A**nima est actus primus: substantialis, corporis natus. Quid animalis, organici, in potentia vitam habetis. ☉ Vita Quid visio est vegetatiue potentie operatio. ☉ Item anima ta,



est primū principium quo viuimus, sentimus, mouemur,  
**Quid po** quōve intelligimus. ¶ **Potētia** vis est animę, quę alicuius  
**rentia,** operis est effectiua. ¶ **Potentia** vegetandi: est qua anima  
**Potentia** nutrit, auget, minuit, suūve producit simile. ¶ **Potentia**  
**vegetādi,** vegetandi, vegetatiuum. ¶ **Potentia** sentiendi: virtus or  
**Potentia** ganica est qua sensibilia cognoscimus, quę si in exteriore  
**sentiēdi,** organo suam facit sentiendi operationem: sentiēdi potens  
**Potentia** tia exterior nominatur. Si verd in interiore: interior. ¶ **Po**  
**appetēdi,** tentia sentiendi, sensitiuum. ¶ **Potentia** appetendi: virtus  
**Potentia** est animę qua cupimus, irascimur, volumus, aut qua quid  
**mouēdi,** simile facimus. ¶ **Potētia** appetēdi, appetitiuū. ¶ **Potētia**  
**Potentia** mouendi est qua viuens, ā se de loco in locū transfertur,  
**ātelligēdi,** potentia mouendi, motiuum. ¶ **Potentia** intelligendi: est  
 qua intelligimus, vt simplex apprehēdimus, cōponimus,  
 diuidimus, ratiocinamur, speculamur, consultamus. ¶ **In**  
 tellectus agens: est intellectionum efficiens. ¶ **Possibilis**  
 verd: intellectiones recipiens. ¶ **Potentia** intelligendi, in  
**Quid ob** tellectiuum. ¶ **Obiectum** est circa quod (vt suā faciat ope  
**iectum,** rationem) animę potentia negociatur: quodq; ei pręsens  
**Alimētū,** tatur atq; obijcitur. ¶ **Alimentum** est quo vegetandi vir  
**Sensibile,** tus alit, suāq; reliqua exercet officia. ¶ **Sensibile** est quod  
 est sensu perceptibile. ¶ **Quod** si suā in sensu imprimit  
 speciem: sensibile per se existit. Sin minus, sed alterius rei  
 specie, priuationēve dijudicatur: per accidens dicitur.  
**Sensibile** ¶ **Sensibile** cōmune est: quod pluribus exterioribus sen  
**cōmune,** sibus percipitur, vt numerus, magnitudo, tempus, figura,  
**Sensibile** motus & quies. ¶ **Sensibile** proprium, est quod ab vno  
**pprium,** duntaxat exteriori sensu percipitur, vt hæc: sonus, color,  
 odor, sapor, caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas. ¶ **So**  
 nus est sensibile proprium: ab auditu per se perceptibile,  
 color, ā visu, odor, ab olfactu, sapor, ā gustu, caliditas, fri  
**Appetibi** giditas, humiditas & siccitas: ā tactu. ¶ **Appetibile** est  
**le,** quod appetendi virtus cōcupiscit: cui irascitur, aut quod  
 vult. ¶ **Locus** quid sit: satis cognitum est, cuius hæc sunt  
 differentię sursum, deorsum, ante, post, dextrum, & sinis  
**Intelligi** strum. ¶ **Intelligibile** est quicquid intellectu capitur, &  
**bile,** circa quod suā exercet operationem. ¶ **Operatio** est  
 cuiusque potētix ipsius animę, officium atq; perfunctio.

**¶** Vegetatio est potentix vegetatiux operatio. **¶** Alitio Alitio.  
 est alimenti in substantiam eius quod alitur conuersio.  
**¶** Auctio est suscepto alimento: maioris molis acquisitio. Auctio.  
**¶** Diminutio est viuientis ob reparandæ fluxæ substan- Diminu-  
 tiæ defectum: molis minoratio. **¶** Generatio, est ex viuientio.  
 tis semine, alterius similis productio. **¶** Sensatio, est in sen Gñatio.  
 su obiecti sensibilis deprehensio. Quæ si in interiore fiat Sensatio.  
 organo: interior, phantasia & imaginatio nominatur. Si  
 in exterior, exterior. Si in auditu, auditio. In visu, visio.  
 In olfactu, odoratio. In gustu, gustatio: & in tactu, tactio.  
**¶** Appetitio, est appetitiux virtutis operatio. **¶** Cupidus Appeti-  
 tas, est conuenientis, pulchri, boni, aut tale apparentis, tio.  
 appetitus. **¶** Appetitus, appetitio, desiderium. **¶** Ira, est Ira.  
 efferuente sanguine circa cor: vlciscendi appetitus. **¶** Voluntas, Volūtas,  
 luntas, est cum proposito: rei prosequendæ, aut fugiendæ Motio.  
 appetitus. **¶** Motio, est eius quod à se mouetur, de loco Progress-  
 in locum transductio. **¶** Progressio, est quæ beneficio per-  
 dum exercetur: motiux virtutis operatio. **¶** Natatio, quæ Natatio.  
 natandi apto instrumento. **¶** Serptio, quæ ventre & vobus Serptio.  
 lumine molis. **¶** Volatio, quæ alis. **¶** Intellectio, est virtus Intelle-  
 tis intellectiux operatio. **¶** Simplicis apprehensio, est simp- Etio.  
 plex rei conceptio. **¶** Compositio, est mentis affirmatio. Simplicis  
**¶** Diuisio, negatio. **¶** Raciocinatio, est intellectus argu- apphensio.  
 mentatio. **¶** Speculatio, est circa ea quæ aliter se habere Compos-  
 non possunt, mentis consideratio. **¶** Consultatio verò, sitio.  
 circa contingentia & ea quæ aliter se habere possunt.  
**¶** Organū, est disposita potentia in qua vis animæ suam Organū.  
 facit operationē. **¶** Gradus viuendi intelligitur, cum vis Gradus  
 uens eam vim animæ participat quæ ab alijs separatur, viuendi.  
 aut à qua separatæ manet reliquæ. **¶** Vegetans, est quod  
 vegetandi obtinet potentiam. **¶** Sentiens, quod tangen-  
 di. **¶** Se mouens, quod de loco in locum se & à se agitan-  
 di. **¶** Intelligens, quod vim obtinet intelligendi.

**¶** Introductionis in libros de Anima  
 Aristotelis, Finis.

# IACOBI FABRI STAPVLENSIS

in Aristotelis tres Libros de Anima, Paraphrasis.

## PROE MII DE ANIMA ANNOT.

Quid  
diffinitio  
dialectica

¶ Accidētia, accidētia p se. ¶ Quid est, vt præcognitionis existit. ¶ Dialectica diffinitio, est quæ nō abstractor; solā formā adhibet. ¶ Aduentitia, ab extrinseco aduenientia.



E anima libri tres. Primus, continet quinque capita. Primum cap. duas conclusiones, quatuor rationes ad secundum, vnum corollarium ad eius tertiam rationem, & duo ad quartam. ¶ Prima conclusio. Qui bonorum & honorabilium scientiam esse opinantur, alteram altera honorabiliorem existimant, aut propter demonstrandi certitudinem, aut ob subiectæ

materiæ præstantiam atque nobilitatem. Hac utraq; de causa, scientia de anima: scientiarum naturalium est honorabilissima. ¶ Propter quidem demonstrandi certitudinem. Nam anima ea est, quæ in nobis vitæ principium est, & cuius opera in nobis experimur. non autem aliorum. Habet igitur demonstrandi certitudinem, imò verò animæ cognitio ad omnem proficit veritatē: & maximè rerum naturalium. Ob nobilitatem autem, nam cæteris rebus (quibus sensibilis formatur mundus) anima præesse videtur. Et id euadet clarius: cum animæ naturā deprehēderimus, & eius passiones, tum proprias, tum communes, eius enim ratione: hæc animalibus propriæ, hæc verò communes inesse videntur.

¶ Secunda. Etsi animæ scientiam demonstrandi certitudinem habere dixerimus, illam tamen de anima tradere certitudinem, difficillimum est. ¶ Primo, quia quid sit anima & eius diffinitionem asserre, non est facile. Et apud Philosophos adhuc dubium est: an omnium inuestigandis diffinitionibus sit modus idem, eademque via, an diuersæ. Et quemadmodum diuersa sunt (de quibus agitur) negotia: ita diffiniendi diuersos moliri oporteat modos, & diuersas diffiniendi vias. Si omnium diffiniendorum idem est modus, & eadē est via, querere illā oportet, quā utique repertam exploratamque habere, facile non est, nam siue hanc posuer

Tres modi  
diffiniendi



ris demonstrationē, siue diuisionē, siue cōpositionem atq;  
 collectionē: multæ adhuc dubitationes & multi relinquū  
 tur errores. & vniuscuiusq; propria inuestigare oportebit  
 principia. Alia enim numerorum principia: & alia linearū  
 & planorum. Si dixeris secundū tractandorū negociorū  
 diuersitatem, diuersos esse diffiniendū perquirendos mo-  
 dos, diuersasq; vias: & id quidē amplius & magis cogni-  
 tu difficile. nā circa vnūquodq; cognoscere oportebit, q̄s  
 erit proprius diffiniēdi modus. Scientiā igit̃ de anima tra-  
 dere, difficillimorū est. ¶ Secūdo quia difficile est assignare  
 genus animæ, an sit substantia, quantū, quale, aut aliqd̃ alio  
 rū. & si sit substantia: dubiū est, an sit actus, an potentia, &  
 an partibilis, an impartibilis: an omnis anima omni ani-  
 mæ similis sit speciei. quēadmodū ij putarūt, qui de anima  
 rationali mentionē facientes, crediderunt de omni anima  
 sufficienter determinasse, an animæ specie differāt & gene-  
 re cōueniant. Quod si ita fuerit. superest dubium an ipsius  
 sit vna cōmunis ratio, quēadmodū animalis. an secun-  
 dū vnā quāq; speciem eius, altera & altera. quēadmo-  
 dum altera propria est hominis, canis & equi. Vniuersale Quō vnū  
 enim vt animal & vnūquodq; quod similiter prædicet̃: uersale est  
 aut nihil est, aut posterius est. ¶ Tertio quia non est facile posterius  
 determinare an in vno vt in animali multæ sint animæ: an  
 potius vna, quæ multas partes ac potētias retineat, vt pos-  
 te vegetatiuam, sensitiuam, appetitiuam, motiuam, & in-  
 tellectiuam. Et si potētias habeat: an potius de toto, an  
 de potētijis, an de potētiarum obiectis, aut operationibus  
 prima determinatio facienda sit, & à quo potissimū sit or-  
 diendū, vt utrū prius determinādū sit de sensitiuo, sensibi-  
 li, & sentire: intellectu, intelligibili, & intelligere. Nō enī  
 solum quæ essentiam indicant, perquirenda sunt, vt Mathe-  
 maticis quid linea, quid planum, quid rectum, quid cur-  
 uum: ex quibus quæ per se insunt, demonstrant. imò nobis  
 in hac ediscēda disciplina, accidentia cōsiderare erit oppor-  
 tunū. Accidentia enim ad cognoscendum quod quid est,  
 magnum nobis præstabunt adiumentū. ideo post aliquā  
 tulam accidentiū deprehensionem, nobis conducet non  
 parum quid est accipere. Est enim quid est, omnis demon-

strationis principium. ¶ Corollarium. Vnde fit, vt diffini-  
 tiones quæ accidentia nō complectūtur, neq; facili de ipsis  
 præbet cōiecturā: Dialecticę & vanę sint oēs. huic nostro  
 operi minimē accōmodādę. ¶ Quarto, quia dubitationē  
 præstāt nō modicā, animæ passiones & accidentia: an ipsi  
 & cōposito omnia sint cōmunia, an quēdā sint ei propria.  
 Plurima profecto sine corporis vsu oīno fieri nō posse vi-  
 dētur. vt sentire, irasci, mitescere, misereri, timere, cōfidere,  
 cōsydere, gaudere, amare, odisse. Videmus em̄ plerosq;  
 magnis & duris incidentibus casibus nihil irasci, neq; time-  
 re: quia corpus nō moueat. qui leui occasione cope moto  
 vt irascentibus, protinus succensent & irascūtur. & nullo  
 terribili imminēte, aliquando timere. Et intelligere, animæ  
 maxime propriū videt. Si tñ esset phantasia quēdā aut nō  
 sine phantasia, sine corpore esse nō posset, etsi aīx propriū  
 esset intelligere: sicut recto vt rectum est, propriū est, sphæ-  
 ram, vt æneam, in puncto tangere, & multa vt huiusmo-  
 di sunt ei propria: non tamen tanget rectum separātū, quā-  
 doquidem à corpore seiungi, separariq; non possit. Et si  
 intelligere, animæ propriū sit, vt nulla egeat corporis fun-  
 ctione: ipsam quidem animam separari contingere, nihil  
 apparet incōmodi. Sin autē nulla sic animę operatio pro-  
 pria est, separari non potest, nihil enim à natura ociosum,  
 nihil sine vsu aliquo fit vnq̃. sed de anima & eius proprijs  
 vt de recto dictum est, & de ijs quæ recto vt rectū est, pro-  
 pria sunt: sentiendum esset. ¶ Primum corollarium. Vnde  
 fit, vt (cum anima plerasq; operationes quemadmodum  
 nunc dictum est: corpori & materiæ coniunctas habeat)  
 ipsius Physica sit determinatio, & hoc aut de omni aut  
 de tali. ¶ Secundum corollarium. Fit etiam, vt in diffiniē- 4  
 dis animę passionibus, physicus materiā adiungere debeat  
 vt in diffinienda ira. diffinit enim iram hoc pacto Physi-

Theodo-  
 si<sup>9</sup> de sphe-  
 ris.

Quid ira  
 secundum  
 Physicū. Ira, effluuientia est sanguinis circa cor: vlciscendi do-  
 loris desyderio concepta. Dialecticus autem hoc pacto.  
 Physicū. Ira, est vlciscendi doloris appetitus. Differenter enim eas  
 Quid ira dem diffiniunt Physicus & dialecticus. nam Physicus,  
 scdm dia materiam suis diffinitionibus adhibet. Dialecticus autē;  
 lecticum, solam formam, Rationem enim, formam & speciem dicit

mus. Diffinitionē, hæc materiā solam adhibet. vt domus est ligna, lapides & intritū. hæc, formā. vt domus est à vêtis, imbribus, caloribus, & frigore defensio. hæc verò, vtrūq; cōnectit. vt domus, munimentū est à vêtis, imbribus, calorib⁹, & frigore, & lignis, lapidibus, intritoq; cōstans. Quæritur ergo quæ harū triū diffinitionū ad Physicū attineat? Dicimus Phisicum eā curare quæ materiā contineat, formam, & opera, quæ vt huiusmodi seiungi, separaq; nō possint. vt formæ Physicæ & opera Physica. quæ quidē opera & Dialecticus cōsyderat: sed materiam negligit. Sunt ei naturalia opera: hæc intrinseca, vt calor, frigiditas, humiditas, siccitas, hæc, aduēticia, vt artificialia, quæ materiam exornant, vt sculpturæ & interexalturæ: & quæ vitium emendant, vt medicina. Sunt & alia quæ estī à materia non separentur: non insunt tamen corpori Phisico vt Phisicū est. vt rectum, curuum, triāgulare, quadratum. Ex his licet intueri, qui formas cōtemplentur. nā naturales formas quæ à materia seiugari nō possunt. Phisici cōsyderant, materix haud immemores. Et easdē reliq̃ta materia, Dialectici. Abstractas autem non reipsa, sed cogitatu & intelligentia, Mathematicus. At veras rerum formas, omnino à materix consortio seiugatas, absolutas, & immunes: primus, vltamundanus & diuinus cōtemplatur Philosophus. Sed de his determinatis: quid de anima senserint antiqui, nunc aperiāmus.

## SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Nomina Philosophorum, qui de anima determinationem fecerunt: quorū adducit Aristoteles opiniones. Democritus, quidam Pythagorici, Anaxagoras, Empedocles, Timæus, Xenocrates, Thales Milesius, Diogenes, Heraclitus, Alcmaeon, Hippon, Critias.

¶ Ecudū cap. cōtinet vnā cōclusionē & duodecim antiquorū opiniones. ¶ Cōclusio. Vt determinationis principiū ab antiquorū opinionibus faciamus, cōsentaneū esse videtur. ¶ Nā quæ ab ipsis bene dicta sunt, recipiemus, nobisq; erunt adiumento. quæ verò male, rejiciemus. Et id prænosse operæ precium est, omnes antiquos per motum & sensum, animam à cæteris maxime



secreuiffet: & p̄ illa ingreſſe qđ eſſet, conatos fuiſſe. ¶ Duo  
Antiquo decim antiquorum de anima opiniones. ¶ Prima, eſt De  
rū de aīa moſcriti & Leucippi, exiſtimantiū animā ignē eſſe, & calos  
opiniōes. rē quendā ex ſphēricis atomis cōflatū: quodd maximē mo  
Democri uere & penetrare ſeipſas & alia poſſint. & animā animali  
tus, bus motū preſtare & vitā: & eā, reſpirationē eſſe diſſinies

bāt: nā quādiu reſpirat animal, atomi ingređiētes internas  
quæ animā cōſtituūt diſſipare prohibent, & viuūt animal.  
Cū verō non reſpirat, hoc præſidio deſtituta, diſſipat atq;  
diſſoluitur anima, ipſumq; perit animal. Neq; mirū eſſe, ſi  
anima nō videatur, tamenſi corporea ſit. qñquidē ramenta  
illa quæ in aere volitant; nō niſi in radio perſpicere, & de  
Pythago prehendere licet. ¶ Secunda, eſt quorundā Pythagoricoꝝ  
nici, rū, penē idem ſentientiū. Hoc tñ intereſt. quodd nō animā, 7  
atomos: ſed virtutē atomorū motricē eſſe dixerunt, quodd  
quantacūq; ſit tranquillitas atomi cōtinuē agitari, pelliq;  
videantur. ¶ Tertia, eſt Anaxagoræ, animam fontem & 8  
goras. principiū motus ponentis: & animā & intellectum idem  
eſſe. non tamen animā, mentem & ſenſum cōfundebat in  
idem: quemadmodū Democritus, qui proinde, quæ ſenſu  
apparebāt, vera eſſe oīa dicebat: authore vſus Home  
ro, q inquit. Hector iacet, aliud ſapiēs. At intellectū oībus  
animalibus, & magnis & paruis, & honorabilibus & in  
honorabilibus conſimilē ineſſe: nō videtur ſecundū pru  
dentia diſtū. Et hæ opinādi rationes, ex parte motus ſum

ptæ ſunt. ¶ Quarta, eſt Empedoclis animā ex quatuor ele  
cles, mentis, lite & amicitia cōflatam eſſe volentis: ex qbus oīa 9  
conſent. Ideo animam omnia cognoscere: & ſimile in ea  
ſua cognoscere ſimilia, hoc teſtantis carmine.

Terrea viſ, terras: viſ humida percipit vndas.

Aether ab ætherea: ſentitur ab ignibus ignis.

Pax pacem monſtrant: litem lis aſpera noſcit.

Timæus. ¶ Quinta, eſt Timæi volentis animam ex elementis eſſe 10  
conſlatam. vt ſimile ſimili cognoscatur, authore Platone  
in Timæo. & in ijs quæ de philoſophia diſſeruit ex vnius  
idea longitudinem prodire, & latitudinem & profun  
ditatem ſuo modo. Et vnius ideam intellectum præbere:  
quodd ſit ſciendi principium. primam diuitatem præbere

scientiā: quod ab vno ad vnū & semp verū procedat. opī  
nionē verō à prima nasci trinitate: quod ab vno pbabili  
ad duo, nunc ad verū, nūc ad falsum pcedat. & sensum à  
primo quaternario: quod sit solū corporeorū & solidorū.  
Numeros enī vocat rerū species: principia & elemēta. Et  
cū intellectu, sciētia, opinione, & sensu cognoscamus: ex

11 horū numeris cōstat aīam. ¶ Sexta, est Xenocratis: vtrūq; Xenocras  
& motū & sensum cōnectētis. Inquit enim eā esse nume  
rū seipsum mouētē, numerū quidē: quo faciat eā ex omniū  
principijs cōstare: & vt omnia cognoscat, mouentē addit:  
quia eā principii & originē motus credit, creditq; nume  
ros, rerū principia esse, & vt summarie dicat: qui cogno  
scere & cōtemplari animę propriū crediderūt: eam ex rerū  
principijs conficiunt. & vt de rerum principijs, multi  
tudine, paucitate, corporeo aut incorporeo euariant: ita

12 inter se de animę natura. ¶ Septima, est Thaletis Milesij Thales  
dicentis animā esse aliquid motiuum. Hinc magneticum Milesius.  
lapidem credidit (quodd ferrū moueret) animam habere. Dioge  
nes.

13 ¶ Octaua, est Diogenis eam esse aerem volētis: opinantis  
eū omniū esse subtilissimū, & rerū originē & principium.

14 ¶ Nona, est Heracliti, qui omnia ex vapore calido, calis Heraclit  
doq; halatu gignebat: quem nihil aliud esse q̄ ignem vo  
lebat, omniū subtilissimū, & penē incorporeum & semper  
fluentem. Hinc, animā dixit esse vaporem. ¶ Decima, est

15 Alcmaeonis: animā esse immortale & semper moueri, & Alcmēō.  
q̄simillimā esse soli, lunę, & cōelo (quę sempiterno agi  
tatu ferūtur) volentis. ¶ Vndecima, est Hipponis. Inquit

16 eū Hippon animā esse aquā: quodd omniū semen humidū  
sit. ¶ Duodecima, est Critiæ: animā sanguinē esse sentiens Critias.

17 tis. hoc ideo, quia sentire propriū esse animę iudicabat:  
& non sanguinis beneficio sentire. Et quę exanguia sint,  
sanguineq; priuētur vt ossa, vt dentes, vt vngues: non sen  
tiūt. Et omnes ex tribus, animę diffinitionē quærūt: mo  
tu, sensu, & incorporeo aut subtilissimo, vt id incorporei  
nomen sibi iure quodā, vedicare posse videatur. Et simile  
simili cognosci cōsentiunt omnes: vno Anaxagora exce  
pto. qui intellectus & aliarū rerū, nullū posuit esse simili  
tudinis cōmercium. Hinc omnes, animā ex omnibus con

stant principijs: vt omnia cognoscat. Et qui tantum vnum ponunt principiū, ex vno eam constituunt. & qui plura, ex pluribus. & qui contraria, ex contrarijs, vt Empedocles. Vnde & nomina ducta sunt, nam qui ponunt calidū esse principiū, inde asserunt & τὸ ζῆν, id est ipsum viuere, esse nominatū. quod vita ipsa in feruore & calore consistat. qui verò frigidum: τὸ ψῆν, id est animā, vocata esse, quod euentatione & respiratione egeat. Sed quid de anima senserint antiqui: haecenus satis percursum est.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Fusile argentum, argentū viuum. ¶ Sub voluntate & intellectu, appetitum & phantasiam comprehendimus.

**T**ertium cap. continet duas conclusiones, septē rationes ad primā, & octo ad secundā. ¶ Prima conclusio. 18 Animā, ignē esse & seipsam mouere (vt vult Democritus) impossibile est. ¶ Primo, quia prius demonstratum est, quicquid mouetur, ab alio moueri: nihilq; à seipso moueri. ¶ Secūdo, bifariam dicitur aliquid moueri: aut per se, vt quod in se motum habet: aut per alterum: vt quod cū nō moueatur, in eo est quod mouet, vt nauis sedens in nauis. hęc siquidem, per se mouetur: ille autem, per accidēs. Quæritur ergo, an anima per se moueatur, an per alterum? Si per se: oportet eam augmentatione, diminutione, alteratione, vno aut pluribus horū motū moueri. Quicquid autem aliquo horū motū per se mouetur: in loco est, cinctumq; corpore. Anima igitur, & corporea & in loco est: quod est impossibile. Si dederint per alterum, vt albedo & nigredo: nullus diffitebitur, vipote quæ in eo (quod mouetur) existat, mouetur em̃ corpus. sed eam tunc accidet & cōsequitur, nō moueri: quare nec seipsam mouere. ¶ Tertio, quia quæcūq; sensibiliū mouent, motum secundū naturā & motum violentū eisdem accidere videmus. Itaq; & animæ, motus secundū naturā & violentus accideret, quare & quiesceret, nunc natura, nūc vi. In quod em̃ aliqd natura mouet, & in eo natura quiescit. In quod autē vi, violenter. Sed quis animæ violentus motus, si seipsam moueat? quæ natura quies? quæ, violenta? Hęc ipsi vel effingere volētes nequeant. ¶ Quarto, si anima sit

Solutio  
primæ opinio-  
nis.  
Duplex  
ter aliqd  
moueri.



fit ignis vt ponit Democritus, ignis autem solum sursum moueat: & anima solū sursum mouebitur. Et cū anima, corpus moueat, & ipsum quoque, & animal vnūquodq; natura sursum mouebitur. Sed quid absurdius? Et ita agimus cōtra eos, qui eā ex aliquo aliorū elemētōrē cōflarūt. Nam si terra esset: solū agitarēt deorsum, si aqua: in locum aquæ, & si aer: in aeris locum. ¶ Quinto, si anima seipsam moueat: rationale est cōsimilib⁹ motib⁹ moueri corpus, nam ipsa corpus mouere videtur. Et retroagitur, si anima seipsam moueat, & moueat corp⁹: rationale est animā se talib⁹ agitare motib⁹, quib⁹ & ipsa corpora agitari videmus. Atqui corpora delatione ferri videm⁹. Delatione igitur & loci mutatione ferē anima, quare & exire continget animam & regredi: & animalia mortua iacētia resurgere. Vnich⁹ itaq; ipsis confugium esse videtur: animā per alterū & per accidēs moueri dicere, & cū anima, aliqūd violentia impellitur: & animā quoq; id per accidēs pati. Non igitur per se mouebitur. Cui enim aliquid per se cōuenit, illud per accidēs eidem non conuenit: neq; ediuerso, vt quod est per se bonū: nō est per accidēs & per alterū bonum, & neq; quod per accidēs bonum est: id per se bonū est. Neq; dicere possint, motus sensibilib⁹ peculiare & proprios esse animæ: quibus seipsam moueat, nā sine exterioribus: sensum exercitare non potest. Et ita de appetitu & cæteris dicendum. ¶ Sexto, quia id ipsi fatentur: aiām vt animā moueri, essentiaq; esse motū, quod autē mouet: videmus seorsum à motu stare, quare & si de anima ita futurum sit: stabit seorsum à sua essentia. Sed quo pacto id fiat? Sati⁹ est igitur, cōfiteri ipsam secundum accidēs moueri: & nō per se, motūve eius esse substantiæ. ¶ Septimo, Democritus asserens sphærales atomos, semp agitare corpus, quod nusq; natæ sint manere persimile dicit Philippo Comædiarū scriptori, Dædalū olim ligneolam Venerem fecisse: quæ (fusili argēto infuso) se motaret. Sed quæritur à Democrito: quid causa quietis animalis sit: nūquid asserere poterit semp mobiles atomos, & quæ sese quietare non possint? Et certe non sic moueri videtur animal: sed volūtate & intellectu. Et Timæus propinqu

Philipp⁹  
comicus.  
Dædal⁹.

Democrito assererat, animā scilicet seipsam agitando se  
 mul mouere corp⁹, q̄ corponi sit adiecta, alligataq̄. Inquit  
 em̄ Timæus. cū animæ opifex Deus eā cōdidisset rectam:  
 circūflexit in orbē. quem in geminos secuit: quorum vnus  
 circumdaret, & alter interior haberet. Intericrē rursū cō  
 minuit & secuit in septē: quē sectum septē rursū glome  
 rauit in orbes, quapropter (inquit) cōlū torquet in gyrū:  
 q̄ anima sit circulus. quæ in harmonicos diuisa circulos,  
 & ex his vt elemētis cōflata: suo motu corpus torquet &  
 euoluit. Ex harmonicis siquidē conflata circulis, canorisq̄  
 numeris: quo perdulcē illā semper possideat harmoniam;  
 & quo emodulatos, sempiterno motu afferat, ciatq̄ gy  
 ros. Sed primū Timæus occurrit arguendus: q̄ animam  
 fecerit magnitudinem, & maxime eam quam vult esse ra  
 tionalem & intellectum. Nam hæc de anima mūdi intelle  
 xit: quam vt puram mentē esse intendit, & nō qualis sen  
 sitiuā, qualisve appetitiuā: quæ se per directū foras p̄fun  
 dunt, suosq̄ exercent actus. ¶ Secūda. Intellectus: magni  
 tudo, siue circulus, siue globus (vt vult Timæus) esse nō<sup>19</sup>  
 potest. ¶ Primo. quia omnis magnitudo, continua est: q̄  
 eius particulæ in terminum communem finiunt, in ipsoq̄  
 copulantur. Intellectus autem hoc pacto continuus esse  
 non potest. sed (vt intelligibilia) vnus est: aut omnino im  
 partibilis, aut non vt magnitudo, continuus. ¶ Secundo.  
 quo modo intelliget: cum velit Timæus ipsi opus esse rā  
 tū & appropinquatione rebus, quas sit percepturus. Si  
 qualibet parte intelligat, & partes eius sint puncta: cū ipsa  
 sint infinita, infinita trāsit. Si partes ponis magnitudines:  
 cōtinget ipsum infinites idem intelligere, qd̄ semel intelli  
 gere sufficeret. Si non qualibet parte, sed toto curuamine,  
 totiusq̄ cōtactu: ad quid erunt partium cōtactus? Et quo  
 modo totū tangendo intelliget: cuius nulla parte tangen  
 do intelligat: quo modo intelliget indiuisibile: si indiuisi  
 bili, nō toto curuamine, circuloq̄, & totius cōtactu intel  
 ligit: neq̄ quidē diuisibili: nam diuisibile: indiuisibili attas  
 ctum nō habet. ¶ Tertio. quia intellectus operatio: intelle  
 ctio est. circuli, circulatio. qui sit igit̄, vt intellectus circulus  
 sit, cui⁹ intellectio circulatio sit? ¶ Quarto, circulatio, per

Repro  
 batio Ti  
 mæi.

petua est. At intellectus motiones: finem habent. actiue  
quidem: quia sunt alicuius gratia. Prorueri autem in infi-  
nitum non valent & contemplatrices. Nam hæc aut diffi-  
nitione, aut demonstratione contemplantur. finita autem  
omnis diffinitio, omnisq; demonstratio, hæc ad principium  
non reflectuntur: sed potius secundum rectum procedere  
videntur. Circulatio autem semper ad principium refle-  
ctitur, non est igitur intellectus, circulus: & eius intellectio,  
circulatio. ¶ Quinto, intellectio & mentis operatio, quic-  
ti quam motioni similior est, non igitur circulatio existit.  
¶ Sexto, motus videtur esse ab animæ natura quam sta-  
tus magis alienus. Monstrant hoc temulenti, ægrotantes,  
infantes, & senes. Si igitur continuè & irrequietè moue-  
retur, morus esset ei violentus præter naturam, minusq; sue  
naturæ conueniens semper, quod esse nequit. Et si dixe-  
ris motum esse eius essentiam: relabimur in prædicta in-  
commoda, urgebimq; difficultas, quo intelliget immota, vi-  
deretur enim motum & sola mora deprehendere deberet:  
cuius tamen oppositum constat. ¶ Septimo, consentiunt  
plurimi, melius esse intellectui: liberari corpore, quo tanq̃  
vinculis & carcere clausus detinetur, tanq̃ corpore solu-  
to beator, feliciorque futura sit vita. Laboriosissimum igitur  
(vt sentit Timæus) animam mundi & perfectissimum  
intellectum nunquam à corporis vinculis posse absolui,  
neq; causam assignauit cur cælestes orbes torqueantur in  
gyrum. Et si quærat causam: si intellectus molis & magni-  
tudinis omnis sit expers, cur voluat in circulum? Dicitur  
mus, quia melius est & taliter esse. Fit enim vnumquodq;  
quàm fieri potest optime, sed hæc consideratio, aliena est.  
¶ Octauo, quia dicit Timæus animam se iungere corpori:  
ri: ipsam mouere corpus, & corpus moueri. Neq; diffi-  
nit vilo pacto: quale corpus, qualiterve dispositum, ipsam  
suscepturum sit, perinde atq; sine discrimine in quodlibet mi-  
gret. Persimile Pythagoricorum fabulis: qui quamlibet  
aiam quodlibet corp⁹ ingredi fingunt. ijsq; dicitur similia.  
Morte carent animæ, semperq; priore relicta  
Sede: nouis domibus viuunt, habitantq; receptæ.  
¶ Omnia mutantur, nihil interit, errat, & illinc



Huc venit, hinc illuc: & quoslibet occupat artus  
 Spiritus, eque feris humana in corpora transiit;  
 Inque feras noster, nec tempore deperit villo.  
 Sed ita sentire: nihil aliud est: quam si quis artem fabrilē trans-  
 ire putet in fistulas. Vt enim ars proprijs vtitur instrumen-  
 tis: ita quoque anima proprio vtitur corpore instrumento,  
 videturque vniuscuiusque animantis corpus, propriam sibi  
 vindicare speciem & formam.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Sensoria organa: sensuum organa, vt oculus, vt auris,

Vartū cap. cōtinet tres cōclusiones. quatuor rō-  
 nes ad primā. duas ad scđam. & octo ad tertiā.

¶ Prima cōclusio. Anima nō est (vt sens. rūt an-  
 tiqui) harmonia. ¶ Fuit em̄ antiquorū cōplunb<sup>9</sup> 20

Dicentiū  
 aīam esse  
 harmo-  
 niā repro-  
 batio.

vulgata & apprimē credibilis opinio, nulla dictarū infe-  
 rior animā esse harmoniā, & corporis ex cōtrarijs cōposi-  
 ti cōpositionem, cōmixtionem, cōtēperamentumque: con-  
 traria & aduersa (ne dissoluantur) cōciliāns. Hanc enim  
 cōpositionem, compositorūque proportionem vocāt har-  
 moniā. Et hec in cōmunibus cōgressionibus cōiter repro-  
 bata est opinio, quæ quæ iterū vera nō sit, ostēdimus. ¶ Pri-  
 mo. quia harmonia, proportio quædā est eorum quæ sunt  
 mixta: aut mixtorum cōpositio. hoc ipsi cōcedunt. At ani-  
 ma, neque pportio neque cōpositio est. nō est igitur harmonia.  
 ¶ Secundo. harmoniæ non est mouere. Id aut animæ esse  
 præcipuū, consentiunt omnes, non est igitur harmonia.

¶ Tertio. harmonia potius afferri debet de corporeis vir-  
 tutibus vt sanitate, pulchritudine, robore: quā de ipsa ani-  
 ma. imō ipsi difficile aptari posse videtur. nō est igitur sta-

Dux har-  
 moniæ ac  
 ceptiōes.

tuenda harmonia. ¶ Quarto. harmoniæ duab<sup>9</sup> potissimū  
 significationibus vtimur. Prima magnitudinibus accom-  
 modata est, quæ ita connexæ sint vt nihil inter eas consi-  
 milis naturæ percipiatur ad se in inuicem mouendum, &  
 ad ceteras naturæ functiones exercendas, optima pro-  
 portione nexæ. Secunda dicta est compositorū adinuicē  
 ratio & proportio. Sed animam vt sensitium, appetiti-  
 uum, intellectiuium, nullus vocabit aptam adinuicem ma-  
 gnitudinum (eo qui dictus est modo) collocationē. Neque

cōpositorū proportionem. nā varia est in codē elementorū, compositorūq; proportio. vt alia est carnis, alia ossis, alia nerui. Erunt igitur in quolibet animato corpore plures animæ. Non est igitur anima, harmonia. Et ab Empedocle liceret inquirere (qui singulas corporis partes, carnem, os, neruū: propriā mixtionē & proportionē habere censet) an putet huiusmodi proportionem esse animam: si sic, plane fateat̃ eiusdē esse plures animas: & alio, & alio tempore alias. Si nō, an sit omnīū concordia? & utrū hæc etiam sit ratio: an à ratione & proportionē aliud? Et si nō est proportio singulorū: cur anima dissoluta, talis dissoluitur proportio: & contra, cur proportione dissoluta dissoluitur anima? his dubitationibus vrgēdus esse Empedocles. Sed satis dictum est, animam nō à semoueri, non in circulum, non esse harmoniam: sed eam eo (in quo continetur, moto corpore: secundū alterum & per accidens sit

21 mulagitari. ¶ Secunda conclusio. Non quia animā gaudere, trīstari, confidere, timere, mītescere, irasci, sentire, & intelligere, dicere consuetudinem traximus: animam idcirco oportet moueri. ¶ Primo. Et si gaudere, trīstari, confidere, timere, misereri, irasci, & sentire quodammodo motus cōcedantur: non tñ sunt in anima, sed ab aīa in corporis organis suscepta, in hoc quoddā aliqua passa sint, aut mota, aut alterata. ¶ Secūdo. dicere animā irasci vel timere: perinde est atq; si quis dicat eā texere vel ædificare. Et sanē melius est hominē per animā trīstari, gaudere, cōfiderē, timere, irasci, misereri, aut sentire: qā hi motus non in ea sint. De intellectu aut̃ sec⁹ videt̃: cū ita vt substantia quædā int⁹ inesse videat̃, & nō aboleri, aut corrūpi. cui⁹ intelligētia & cōtemplatio non vanescit, impeditur ve aliquo exteriorē oblat̃so: sed interiorē. Si enim corrumperetur: aboleretur, impediretur ve: hoc maxime fieret ab inualescentia senectæ, in qua omnia sensoria organa labefactari percipimus, rapiq; temporis edacitate. Id autem vitium, in anima nō fit. Si enim senex oculum haberet vt iuuenis, vtiq; videret vt iuuenis. videndi tamē operatio, impeditur corporeo & exteriorē oblat̃so instrumento: & corpore passio. quemadmodum temulētis & ægrotantibus accidit. quæ

Aliq̃ animæ affectiōes sūt in corpore vt ī subiecto.

re intellectus incorruptibilis, impatibilis & aliquid diu-  
nius esse videtur. cuius intelligentia & contemplatio, non nisi  
aliquo interiore iuxto aut indispósito impeditur. & de hoc  
alius futur<sup>9</sup> est sermo. ¶ Tertia. Neque animam, numerum esse. 22

Xenocratis repro-  
batio. seipsum mouentem: recte à Xenocrate assertum, sentiendum est.

¶ Primo: quia ita dicentem sequuntur omnia incómoda, quæ  
animam à se moueri sequuntur asserentes: & alia quedam peculia-  
ria & propria, quæ ipsam numerum esse asserat. ¶ Secundo, quia  
cum quicquid mouetur scitile sit, unitates autem impartibiles:  
quo pacto mouebunt seipsas? ¶ Tercio, dicunt punctum mo-  
tu suo lineam conflare, & lineam motu suo planum. quomodo ergo  
unitas motu suo non efficiat lineam? Quid si ita sit: positio-  
nem habebit, eritque punctus. Est enim punctus: ut unitas  
positionem habet. ¶ Quarto, subtracta numeri unitate: alius  
relinquitur numerus. Subtracta autem parte: anima eadem,  
consimilisque manet. decisa enim plerumque animalia, decisa & quæ  
plantæ viuunt. Non igitur anima: numerus est. ¶ Quinto, ni-  
hil refert unitates, animam constituere essentiam: & ut De-  
mocritus volebat, atomos. Si enim Democriti corpuscu-  
la ut puncta intelligas, quæ tamē molem relinquunt, & uni-  
tates molem: quid prohibet atomorum Democriti partem  
esse mouentem & partem motam? Et in unitatum collectione  
aliquid quod moueat, & aliquid quod moueatur: ut in  
nostra ipsa magnitudine? Et id quod mouebit non quidem  
se, sed aliud: anima potius dicendum erit. Quod enim in  
animali mouet: anima est, non id quod mouetur. quare  
neque id quod mouet & mouetur. ¶ Sexto, unitates ani-  
mam constituentes differentiam habent: & quam habere  
possunt constituendo animam, nisi positionem habeant ut pun-  
cta? Et cum non constituent: positionem careant? & si duo  
puncta sunt simul: quare non infinita simul erunt? & indi-  
uisibile subiectum obtinebunt: quorum enim locus indiuisibilis:  
& ipsa, indiuisibilia sunt. ¶ Septimo, Si anima sit puncta:  
cum omne corpus puncta in se contineat infinita, cur non  
omne corpus habeat animam? ¶ Octauo, dicat quo pacto  
intelligentia puncta separari posse: nisi lineam intelligant ex  
punctis abire compositam atque coalitam, & in puncta diui-  
di, non erit itaque anima, numerus, neque puncta.



QUARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Mens, intellectus. ¶ Moueri, moueri à se de loco ad locum.

Vintū cap. cōtinet quatuor cōclusiones, duas rationes ad primā, octo ad secūdā, vnā quæstionē post quartā. Timæi respōsionē & eius improbat

23 ¶ Prima cōclusio. Anima nō est incorporea eo (quo existimāt) modo: q̄ sit ex corporeo & quidē subtilissimo, qđ incorporeū appellant. ¶ Primo, quia ple<sup>ra</sup> Animam raq; allata huic positioni accidūt incōmoda: & quædam ex corpore alia specialiora. Nam cū anima in toto sentiente corpore reo subtilis sit: si aia sit corpus, duo corpora simul erunt atq; se occupabunt. Sed esto dicas eam esse ex numeris & punctis, sicut cōponi, mul cum vno numero multi erūt numeri, & cū vno puncto simul multa puncta: vt totū corpus animā habeat, nisi dixeris aliquē aliū iterū superuenire numerū. ¶ Secundo. Quia neq; hi, neq; qui animā ponunt esse numerum: non modo animā nō ita posse diffinire videntur, sed nec eius accidentia assignare. Quomodo enim ex his cogitationes, sensus, voluptates, dolores, & cetera talia fieri assignabūt: non facile est, modos cōmentari & fingere. ¶ Secunda.

24 Non opus est animam ex elementis cōstare: quo singulis singula cognoscat. ¶ Arbitratur enim hi res non nisi à similibus rebus cognosci: quare anima ex ipsis rebus cōstituta sit oportet. Id ita nō esse ostendit. ¶ Primo, quia non solū sunt elemēta: sed alia cōplurima, & penē numero infinita. Si igitur ex solis sit elementis: quonam pacto Deum cognoscet: quo hominē, carnem, ossa: non enim hæc sunt elementa: sed ex quadam elementorū adinuicem porportionē (vt cecinit Empedocles) nascūtur, vt ita de osse.

Empedocles.

Sumpsit aquæ partes duplices, tot & aeris, ignis Quatuor ex octo, tellus, hinc ossa dat alba.

Nihil igitur proderit elementa esse in anima: nisi & ipsæ compositiones, rerumq; proportionēs assint. quare si cognoscit os, hominem, lapidem, bonum, nō bonū: & os & homo & lapis & bonū & non bonū erunt in anima. quæ q̄ sint impossibilia, dicto non est opus. ¶ Secundo, cum ea quæ sunt: hæc secundum substantiam dicantur, hæc secundum quantitātē, hæc secundum qualitātē, & ita de cæteris

Empedo  
clis impie  
tas.

prædicamentis: an elementa solarum sint substantiarum? quod si sic: quomodo cognoscet accidentia, proprietatem, qualitatem & similia? an solarum accidentium? Sed dicat tunc, quomodo cognoscet, substantiam, substantiamque compleat atque constituat? An enim elementa substantijs & accidentibus cōiungantur? & id quidem per se ipsum statim impossibile videtur. anima enim, substantia est, & ex principijs quantitatis nascetur quantitas, & non substantia, & ex principijs qualitatis, qualitas. ¶ Tertio. quia absurdum est, simile cognoscere suum simile, & sentire suum simile: & tamen simile non pati à simili, ut volunt. Est enim sentire, pati: & cognoscere similiter. ¶ Quarto. Empedoclis sententia est: coporeis elementis, animam elementorum similia deprehendere. Atqui animalium partes quæ simpliciter terreae sunt: ut ossa, pili, nervi, nihil omnino sentiunt. si tamen vera esset Empedoclis sententia: sentire deberent. ¶ Quinto. unicuique principio maior erit ignoratio quam cognitio. Nam unum solum (ut simile) cognoscet: cetera omnia ignorabit. ¶ Sexto. Empedocles Deum omnium ignorantissimum facit. Nam solus discordiam non cognoscet. quam cetera etiam cognoscet: cum ex omnibus consent. Inquit enim Deum (quæ Sphaeram vocat) ex quatuor elementorum cōmixtione: sola cōueniente cōcordia p̄dijisse. ¶ Septimo. dicat Empedocles, quomodo omnia, animata non sint: cum omnia, aut omnibus aut uno (ut vult) consent elementis. Quodcumque igitur: aut omnia, aut plura, aut unum cognoscere necesse esset. ¶ Octavo. præclarior id est quod continetur, quam id quod continetur ac spargitur. elementa autem potius contineri videntur. & cōditione sequi materiam. Quicquid igitur clarius existimare oportet animam: quæ ut domina, ut rectorix, ut temperatrix dominetur. Et potissimum ipsam mentem longe diuiniorē, & natura dominatricē esse, & elementis priorē. non autem ipsa elementa (ut cōtendunt) esse omnium prima. ¶ Tertia. Nullus antiquorum adhuc de tota anima attigit. 25 Nam qui per motum eam diffinierunt, non plane attigerunt. Sunt enim plerumque animalia quæ sic sunt suæ sedi affixa, atque cōhærentia. ut se nunquam alio transferent. Hæc autem vim motuam non habent: cuius quidē usum nunquam exercet itidē & plātæ. Neque qui per sensum. nam plātæ ut stirps viuere concedunt: sensum tamen expertes sunt. Neque qui per sensum & intelle-

sum. Nam nō modo stirpes & plātas, sed animalū multa, intellectus, rationisq; cognoscim<sup>9</sup> expertia. Neq; ppter eadē: q per sensum & motū. Falsum & id est q<sup>d</sup> de carminibus depromūt Orphei, animā spiritālē: vērō ferri, anhelitūq; attrahi. Nam id plātis, id animalū multis conuenire nō potest. Non em̄ plantæ & animalia respirāt omnia. Et qui eā cōstitutā ex elemētis esse volūt, nō ex omnibus esse cōpositam tenere necesse est. Nam sufficeret altera contrarietas, & ad se & ad suū pernoscēdum contrariū. Est enim rectū: & sui & obliqui iudex & regula. obliquum vero, neq; recti neq; sui iudex est.

- 26 ¶ Quarta. Sententia eorū Animam minimē probanda videtur: qui animā toto perfusam, per mūdi nō mixtamq; vniuerso censuerūt. ¶ Hac de causa Thales mo esse ponē ueri potuit: vt oīa plena dijs assereret. Sed id non videtur. Nam qua ratione igni perfusa & aeri, animal non efficiat<sup>r</sup> cum simpliciorē corporū perfectiores putent aīas. perfusa autē confusis & mixtis corporib<sup>9</sup> animal efficiat. vtrū vo Curantē luerint, cōcedant, ignē & aerē animata esse: id sanē sine ra qui aīam tione dictū apparebit. aut ignē & aerem nō esse animata: mūdi as & tunc quoq; quæ animā habebūt, nō erunt animata. Et seruerūt; falsæ innitebantur rationi: quodd (quā quælibet animalis pars eadē specie existit) pars igit<sup>r</sup> aeris, pars aquæ, animal cōstituens: animata hac ratione sit. quare & aerē & aquā, eadem anima pfusam & animatā esse necesse est. Ita certē dicētes: pluris faciūt nostris, elemētōrū animas, vt immortales, indissolubilesq;: nostras autem, dissolubiles. ¶ Quæ
- 27 ¶ sio. Cum animal vegetet, nutriatur, indolescat, minuatur: cū sentiat, audiat, videat, olfaciat, gustet & tāgat: cū appetat, gaudeat, tristescat, mitescat, irascatur, confidat, metuat, amet, odiat: secūdum locū se agitet, serpat, natet, obambulet, se in aerea volatu sustollat: cū contempletur, intelligat, cōponat, diuidat, ratiocinetur: an omnia hæc à tota profiscant<sup>r</sup> anima: an à diuersis: an hæc ab vna parte, hæc ab altera: illa verò iterum ab alia? ¶ Respōderūt aliqui planē alio vegetare, alio sentire, alio appetere, alio mouere, alio deniq; cōtemplari ac intelligere. Sed quomodo? si plures sint animæ, si sint dissectæ: eas sustineri, contineriq; (ne se dissocient nève effluāt) oportet. Id em̄, corpus efficere nō



potest. quin potius animæ officium est (ne cōcidat, ne defluat) cōtinere. egebūt igit̃ altero cōtinēte: quod (quicquid id fuerit) verius animā dicere licebit. Et de illo cōtinente iterū licet inquirere: an sectū, an diuīsum sit. Quodd si sic egebit iterū altero cōtinente, & hoc abibit in infinitū: aut tādē dabitur vnū, quod verius naturā imitabit̃ animæ. Secūdo. si tota aīa totum corpus cōtinet: si partes habeat discretas, diuīsasq̃, & pars partem continebit. Sed quam obsecro potius continebit intellectus: eis non liceat fingere. ¶ Tertio. defectū plantæ ostēdunt per totum eandem animā inesse: & cōsimilī vita partes viuere, similemq̃ virtutem habere. si furculū, si ramū iterum terra obrueris: alīmentum sumit. Radicem, instrumentū attrahendi: aptius sibi format ac aggenerat. Ita potētīe animalis in animalī nō seperatur. vt sensitiuū à vegetatiuo. vegetatrix verò & plantis & animalibus sola cōmunis inuenitur: in plantis à sensitiua seiuncta, sed in animalī (vt dictum est) nunq̃.

¶ Paraphraseos in primum de Anima, Finis.

PRIMI CAPITIS PARAPHRASEOS  
in secundum de Anima, Annot.

¶ Totus sensus, tota sentiendi potentia. ¶ Pars sensus, particularis sensus: vt visus, vt auditus.



Ecūdus liber de Anima cōtinet quatuordecim capita. Primū caput cōtinet sex diuīssiones. tres cōclusiones. animæ diffinitionē. eius declarationem. & duo corollaria post tertiam cōclusionē. ¶ Prima diuīssio. Eorum 1 quæ sunt: hoc substantia est, illud accidens. ¶ Secūda. Substantiarū: hoc ma- 2

teria est, hoc species & forma, illud verò tertium ex vtrīsq̃ cōpositum. Et materia est potentia. Forma autem, actus & perfectio: per quam est hoc aliquid. Compositum verò ex his constatum, hoc aliquid est. ¶ Tertia. Duplex est 3 actus: hic primus, ille verò secundus. quēadmodum scientia & cōsiderare. ¶ Quarta. Substantiarum, hæ sunt corp- 4 pora: quæ (& præcipuē naturalia. vt sunt ignis, aer, aqua, terra, & ex his composita) substantias nuncupamus. De

Duplicē  
esse actū.

- 5 *statibus enim, nostra determinatio est. hęc aut, corpora non*  
 6 *sunt. Quinta. Corporū, hęc sunt naturalia. & hęc artifi*  
*cialia: quibus naturalia principū præstant. Sexta. Corpor*  
*ū naturalū hęc vita participāt, illa verò vitæ sunt experi*  
*tia. Dicimus em̄ ea vitā habere: quæ per seipsa alimentum*  
*suscipiūt, nutriūtur, augescūt, minuūtur. Vnde fit, vt omne*  
 7 *posita. Prima cōclusio. Anima, substantialis actus est*  
*corporis, in potētia vitā participātis. Nā anima, corp⁹ huius*  
*iusmodi vitā participās nō est. tale em̄ corpus in subiecto*  
*nō est: aīa aut in subiecto est: neq; subiectū ipsum. id enim*  
*materia est. Et aīa substantia est: & nullorū nisi vitā partici*  
*pantiū corporū. Est igitur aīa, substantialis actus corporis,*  
 8 *in potētia vitā participantis. Nihil enim aliud quod ipsa*  
*esse possit: relictum est. Secunda. Aīa, est actus primus.*  
*Nam cū duplex sit actus, hic vt scientia, hic vt cōsyderatio:*  
*anima actus vt scientia est, quia sicut sciētia se habet*  
*ad cōsyderare: ita anima, ad corporis viuētis operatiōes*  
*vt enim scientiā habens, nunc cōsyderat, nunc verò nō,*  
*habitu tamen habet: ita animam habens, nunc vigilat, cæ*  
*teras operationes exercēs: nunc verò supprimeute somno*  
*cessans à sensu & motu, animā habet vt habitu. Atqui sciē*  
 9 *tia, prior est & præuenit cōsyderare. Igitur & aīa, prior*  
*reliqua viuētis corporis operatione. Tertia. Corpus,*  
*animæ moderamen suscipere idoneum: organicum est.*  
*Nam anima, actus primus est & substantialis: corporis,*  
*in potentia vitam habētis. Omne autem tale, organicum*  
*est: quod planē in animalib⁹ licet intueri. vt os ad accipiē*  
*dum cibum, venas ad deferendū, ossa ad sustinendum &*  
*fulciendum corpus. Idem fruticibus & plantis euēnit. ra*  
*dix enim in ipsis vt os habetur. attrahit enim vtrunq; ali*  
*mentū. Fibræ per totū porrectæ: vt animalū venæ, lignū,*  
*vt ossa folia sunt in testularū, folliculorumq; fructuū co*  
 10 *operimentū. folliculi: verò in ipsius operimentū fructus.*  
*est igitur corpus animæ moderandum: organicum. Animi*  
*diffinitio. Ex his licebit hanc communem animæ diffi*  
*initionem elicere. Anima est primus, substantialis actus:*  
*naturalis, organici corporis, in potentia vitam habentis.*

Quæ vita  
participent.

Quid ani  
ma.

Diffinitio  
nis aīę de  
claratio.

Neq; querendū est cur anima & corp<sup>9</sup> simul, vnū sint. vt  
 neq; cur figura & cera, vnū sint. Et vniuersaliter cur mate-  
 ria & quę materię adueniūt. & cū vnū & ens dicat multi-  
 pliciter: vnū & ens actu, principalissimū est. Et dictum est,  
 actus substantialis. nā si dolabra animal esset: species & rō a  
 qua dolabra noīatur, esseq; accipit, act<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> esset & substā-  
 tia, qua nō existēte: nō ampli<sup>9</sup> esset dolabra, nisi noīe tātū  
 & æquiuoce. Est em̄ aīa, talis act<sup>9</sup> naturalis corpis: eā in  
 seipso hntis, sui mot<sup>9</sup> & stat<sup>9</sup> principiū. Itidē si oculus aīal  
 esset: aīa utiq; visus esset, & visus eius actus & substantia,  
 quo quidē absente actu: nō ampli<sup>9</sup> esset oculus nisi æqui-  
 uocē. vt lapideus aut pictus. Vt igitur de parte vt oculo,  
 cōciperes: ita quoq; de toto aīali concipito, vt enim pars  
 sensus ad partē: & totus sensus ad totū sentiēs proportio-  
 nē habet. & sicut visus & pupilla, illic sunt oculus: ita hic  
 aīa & corpus, aīal. & oībus ad suas functiones organis  
 vtitur aīa. ¶ Primū corollarīū. Ex his manifestū esse potest  
 animā, actum, perfectionemq; nō esse feminis, neq; cada-  
 ueris. Nā hoc viuere desijt: illud verō, nondū viuit, non  
 dumq; formatū organis. Et si semē, organicū sit potētia, vi-  
 tamq; potēs accipere: nondū tñ organicū est, in potētia vi-  
 tam vt nutritionē, indolescentiā, diminutionē habēs: qua-  
 le oportet omne viuēs habere. Sicut enim formatae ferrē  
 incisio est actus, & nō inexcisi & nondū formati ferri, &  
 visio formati oculi: ita vita nō huius est quod nōdū viuit,  
 sed in potētia vitā iam actu habentis. ¶ Secundū. Ex his  
 item non est obscurū percipere totam animam non esse à  
 corpore seiunctam, neq; partes: si eam diuiduam conceda-  
 mus. & cuius partes corporis partibus asciscamus (quē  
 admodū visum oculo) earū actus perfectionesq; quādo  
 quidē tota corporis forma ita sese habere corpori videat-  
 ur: vt figura ferrē, & vt visus pupillæ, non tamen ita de  
 omni parte sentire necesse erit. nihil enim prohibere vide-  
 bitur, quandam esse absolutam, separatamq;: & quæ neq;  
 toti copori, neq; parti addita sit vt actus & perfectio,  
 qualis mens & intellectus esse videtur. Nondum tamē id  
 à nobis discussum est, an eius vis ita sit humani corporis  
 perfectio; vt sit tamen à corpore seiunctus & separatus.



quemadmodū gubernator à nauī, cuius tamen perfectio est non adhaerens. Sed hæc de anima in generali, & nondum omnino exactè discussa: hic satis sint & sufficient.

SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Sensus, appetitus, motus, intellectus? vis sensitua, appetitua, motiua, intellectiua. ¶ Tetragonismus: cum altera parte longior in quadratū reducitur. & sit id, cū longioris lateris & breuioris ipsius parallelogrammi altera parte longioris, media linea proportionalis sumitur (vt docet Euclides libro sexto) ex qua constituitur quadratū, vt esto a b figura altera parte longior, cuius longior latus b sit 9, & breuius a sit 4, sumaturq; linea c media proportionalis inter b 9 & a 4, quæ erit 6, ex qua fiat quadratū c d, ducendo eam in se. Dico c d quadratum esse tetragonismum, æqualeq; dato altera parte longiori a b, nam vt vtrūq; 36.

6

c

d 36

4

a

ab 36

¶ Secundū cap. cōtinet quinq; cōclusiones. tres quæstiones, earū solutiones, & vnū corollariū ad tertiā cōclusionē, vnū ad quintā, cū secunda animæ diffinitione, & tria ad tertiā quæstionē. ¶ Prima cōclusio. Ex oper

13 ribus animæ ipsam perquirere, & notā facere: par atq; rationabile est. ¶ Nā incertiora natura, notiora tamen nobis: ducit nos in certiora & notiora naturæ & rationi, ab illisq; ordiendū est. operationes autē animæ, nobis certiores & notiores sunt. Par est igitur ex talibus animam inquirere. Et debemus non modo diffinitione animæ esse contenti, quæ rem declarat esse: sed & eam habere exploratā, quæ & causam adhibeat, vt quid est tetragonismus, diffinitio quod figura sit æquilatera rectāgula figuræ altera parte longiori rectāgulæ equalis: quod sit tetragonismus ostēdit, causam nō adhibēs: & demonstrationis conclusio nem subiens. & diffinitio, quod sit mediæ linæ inuētio: causam adhibet, & qua cōclusionē efficias & demonstrēs.

14 ¶ Secunda conclusio. Anima, principiū est quo viuimus. ¶ Nā animatum ab inanimato vita differt. & quāuis anima multis virib; polleat, sensu, appetitu, motu, & intellectu: vna tñ est quæ solū viuere ministrare dicīt, & hæc vegetabilis nūcupat. cuius opera sunt: alere, augere, minuerē, gignere, & qua viuētia quodāmodo in cōtraria porri

gatur loca. Vnde fit, vt plātē manifestē viuere dinoscātur,  
 arbores cū radices, deorsum in terrā porrigūt: ramos autē  
 in aperto aere in altū extendūt. & hoc est propriū oībus vi-  
 uētibus. nā nō modo sursum alimentū mittūt, augmētūq;  
 suscipiūt: sed & deorsum, omniq; ex parte. & viuūt quā-  
 diu alimentū suscipiūt & nutriātur. Et eo pacto animā pri-  
 cipiū esse quo sentimus, quo mouemur, & quo intelligi-  
 mus ostēderetur. ¶ Tertia. Vis aīe vegetādi, à cēteris ani-  
 mē viribus sciugari pōtialix verō, ab ipsa minimē. Nam  
 plantis vis vegetandi & vita inest: quibus neq; sensus vbi-  
 lū, neq; appetitus, neq; motus, neq; intellectus adest. At  
 aīalis sensum, aut cēterarum viriū vllam: in rebus morta-  
 libus nūq; sine altrice reperiās. ¶ Corollariū. Vnde fit, vt 16  
 viuētia oīa viuere, & principiū habere vitæ à vi vegetatri-  
 ce: nō ab re dicātur. ¶ Quarta. Quicq; esse aīal, ob sensum 17  
 primū nūcupamus. ¶ Nam ea quæ se è sede & loco trans-  
 ferre nequeūt, fruticū more: modo sensum habeant vllū,  
 animalia nūcupamus. tolle autem sensum: non amplius  
 dicimus animalia. est igitur sentiendi vis: animalis princi-  
 piū. ¶ Quinta. Primus sensum omnium, tactus est. Nam 18  
 sicut vis vegetatrix à cēteris separari potest, vt in stirpi-  
 bus, à sensu, appetitu, & reliquis: ita tactus à cēteris sen-  
 sibus sciunctus cernitur, cuius causam aliquando dicturi  
 sumus. Est igitur tactus, omniū sensuū primus. ¶ Corol- 19  
 larium. Vnde fit, vt sicut vis vegetandi viuētium sit prin-  
 cipium: ita tactus, sentiētiū, nullūq; animal sine tactu

Scda ani. reperiri possit vnquā. ¶ Secunda animæ diffinitio. Ex his 20  
 mæ diffi- iterum hanc animæ diffinitionem elicere poterimus. Ani-  
 nitio. ma, est primum principium viuendi, sentiendi, mouendi,

& intelligendi. ¶ Prima questio. An horum singula, vege- 21  
 tandi virtus, sensus, motus, & intellectus, sint anime: an  
 potius animæ partes? ¶ Secunda. Si sint animæ partes: 22  
 an locis & subiecto distinctæ sint: an ratione sola? ¶ Res-  
 pōsio. In aliquibus nihil difficile est videre eandem ani-  
 mam toto corpore perfusam: vt in stirpibus & plantis,  
 quæ diuise in qualibet separata parte eandem & consu-  
 milem vim viuendi retinent, cum tamen diuise non sunt:  
 vnam totius actū habent animam, potentia verō plures.

Diuisse autē sūt actū plures. Ita & de insectorū animālū  
(quæ mutilata viuunt) animabus euenire videt̃: quorum  
partes similē vitā, sensum & motū retinent. & si sensum &  
motū cōcedim⁹, etiā appetitū cōcedere oportet. vbi enim  
sensus adest, & voluptatē & tristitiā adeste necesse est. vbi  
autē hæc, & appetitū. Et nihil hic de intellectu & cōtem-  
plādi virtute intēdim⁹, videt̃ em̃ gen⁹ alterū qđ separabi-  
le sit: sicut incorruptibile à corruptibili. ceteræ autē loco  
abinuicē sciūgi nō possunt: quēadmodū nōnulli putave-  
re. ratione tñ separari, sciūgiq̃, nō est immanifestū. si enim  
aliud est sentire & aliud appetere, sensum & appetitū ra-  
tione duo esse necesse est. & differētix animālū secūdam  
has sumūtur. hæc em̃ habēt omnes: hæc, plures: hæc, vnā,  
& idē circa sensum accidit. nā hæc, omnes sensus habent:  
23 hæc, plures: hæc verò vnū solū. ¶ Tertia quæstio. Cum vt  
duo sunt quib⁹ scimus, vt anima, vt sciētia: & duo quib⁹  
sanamur, vt sanitas, vt corpus: ita duo erunt quibus viuū-  
mus, quibus sentimus, quibus appetimus: vtrum duorū  
illorū est anima? Dicimus animā esse primū actū & princi-  
piū viuendi, sentiendi & appetendi: & ita aliorū, nō qui-  
dem vt subiectū & materia, sed vt species & ratio quēdā,  
quēadmodū sciētia & sanitas species, sunt eorū quæ disci-  
plinę capacia sunt & sanitatis. Actus em̃ agentīū, in passo  
24 apto, idoneo, paratoq̃, recipiūtur. ¶ Primū corollarium.  
Vnde fit vt anima, naturalis corporis & organici species,  
ratio, forma, & actus bene posita sit. Triplici enim existen-  
te substantia: hac materia, hac specie & forma, hac verò to-  
to & cōposito: neq̃ materia & subiectū esse cognita est,  
neq̃ corpus & totū, sed actus ipsum dispositū moderans.  
25 ¶ Secundū. Fit etiā, vt recte senserint nōnulli, animā neq̃  
esse corpus, neq̃ sine corpore. corpus enim non esse, iam  
satis manifestū est, sed ideo nō sine corpore, quia fit in cor-  
26 pore, eius primus & præcipuus actus. ¶ Tertiū. Fit iterū,  
vt qui animā omne corpus ingredi posse putauerūt: indi-  
gne de anima locuti sint. Nā, vt dictum est, vniuscuiusq̃  
actū in potentia existentē: in propria accōmodataq̃ mate-  
ria fieri (& vt fieri nat⁹ est) necesse est. Sed quo modo ani-  
ma sit actus, & quis, & in quo: satis abundatē dictū est.



## TERTII CAPITIS ANNOT.

⌕ Trigonus, triangulus. ⌕ Tetragonus, quadratum.

⌕ Cupedia, cupiditas.

**T**ertiu cap. cōtinet duas cōclusiones. ⌕ Prima con- 27

clusio. ⌕ Potētiarū animæ (quæ sunt quinque, vegetādi virtus, sentiēdi, appetēdi, mouēdi, & intelligēdi) quibusdā insunt oēs, quibusdā multæ, quibusdā

verd vna sola adest. Nam stirpib⁹, vis vegetādi sola adest, animalibus omnibus: vis sentiēdi, cui semper appetitiua

Sēsum & cōiuncta est. Primo, quia appetitus, sunt cupiditas, ira, & appetitū volūtas, cui libet autē animali vel imperfectissimo inest cupedia: nisi ira & volūtas desint, vt em̄ tactus, sensuū abiectissimus & infim⁹ est: ita cupiditas appetitionū abiectissima & infima, sine qua (vt sine tactu) nulla subsistunt animalia. ⌕ Secūdo, cuiusq; inest sensus, illi eidem delectatio & tristitia inest. cui libet autem animali inest sensus, habet em̄ tactū omnia, igitur cui libet animali inest delectatio & tristitia. cui autem hæc insunt, inest appetitus. Est em̄ delectatio: cōuenientis, & delectabilis cupiditas, dolor, contrarij tēdiū. Tertio, quia omne animal sensum habet alimēti, is autem tactus est: qui calidū, frigidū, humidū, & siccū percipit, quib⁹ aluntur animalia. Animalia em̄, calidis, frigidis, humidis, & siccis, alūtur omnia, & quicquid alimēti sensum habet, interdū esurit & sitit, quicquid autē esurit aut sitit, appetit. Est enim esuries, calidi & sicci appetitus. Sitis verd, frigidi & humidī. Et quæcūq; gula præter hæc expetit, ex superfluo & accidēti expetit. Quid sonus: quid color, quid odor, alimento cōducit⁹ omne igitur animal appetit. Quibusdam præter has potentias: virtus mouēdi adest, vt bipedib⁹ & quadrupedibus omnib⁹, quibusdā, intellectus: vt homini, & si quicq; hominē præstabilius est. Homini em̄, intellectus & cæteræ animæ potētæ insunt. Est igitur notum, potētias animæ quibusdā inesse oēs: quibusdā plures: & quibusdā, tantū vnā. ⌕ Secūda cōclu- 28

Animæ ratio, figuræ rationi similitudinē gerit: & aia, & figuræ figuræ. ⌕ Nam sicut datur figuræ cōmunis ratio, cunctis cōuenientē accommodata figuris, quæ nulli figuræ speciei propria est: itidem & animæ, cōmunis data est ratio, omnibus conueniens

Quid tactus alijs menti,

Quid est esuries.

Quid sitis.

Quid sitis.

Quid sitis.

niens animis & quæ nulli propria est. Et sicut præter circulum, triangulū & (quæ deinde sequuntur) particulares figuras nulla figura est: ita præter eas quæ dictæ sunt nulla prorsus est anima. & quemadmodū priores figuræ in posterioribus claudunt, ut trigonus in tetragono: ita vegetatiuum in sensitivo, & priores potentie in posterioribus. & ut figurarū priores à posteriorib⁹ absoluuntur, posteriores vero à priorib⁹ nequaquā: ita licet intueri in animalib⁹. Est enim vegetatiuū sine sensitivo: ut in stirpib⁹. sensitivū verò: sine vegetativo nunquā. Tactus qui sensum primus est, sine alijs sensibus esse potest, auditu, visu, odoris sensu, illi verò sine tactu nunquā. Sūt enim pleraq; animalia: neq; auditum, neq; visum, neq; odorandi sensum habentia. Et quæcunq; se secundū locum mouent sensum habent: non autem cōtra. est enim sensus, prior. & ideo multa sunt animalia, sensum, & non motum, habentia. Et cui intellectus inest (ut homini) omnes insunt. & intellectus, vltim⁹, minimus atq; simplicissimus est: qui quibuscūq; mortalibus adest, & ceteras adesse potentias necesse est. non autem contrā fit: ut cuiusq; aliarū virtutū aliqua assit, huic & ratiocinādi virtus assit. Quare manifestum est, animæ rationem, figuræ rationi similitudinem gerere: & animā figuræ. Et de singularū potentiarū, maximeq; animæ propria atq; accommodata ratione: hætenus dictum est.

#### QVARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Auspicari, ordini, incipere. ¶ Clau⁹, gubernaculū nauis.

**Q**uartum cap. cōtinet septem cōclusiones. vnum corollarium ad quartā. tres rationes ad ipsum. tres alimēti proprietates. vnā dubitationem. & vnū corollarium. & tres alentis & augētis disse-

19 rentias ad quintā. ¶ Prima conclusio. De actibus potentiarum, q̄ de potētijis, prior apta incumbit determinatio.

¶ Nam cōsiderandum est, quid vnaquæq; potentiarum sit, quæve passionēs cōsequant̄ & insint. At actus operationesq; potentiarum: ipsis potētijis nobis priores, notioresq; existunt, ipsorum igitur, q̄ de potētijis, prior incū-

30 bit determinatio. ¶ Secunda. Eadem quoq; ratione, de actuum obiectis q̄ de actibus ipsis, prius determināndum

est. ¶ Nam potentiarum obiecta nobis sunt actibus priora & notiora: vt alimentum, sensibile, appetibile, locus, intelligibile. ¶ Tertia. Inter determinanda; alimentum & generatio primū obtinent determinandi locum. ¶ Nam vis animæ vegetandi, omniū prima est: quæ in omnib<sup>9</sup> inest, sine qua nullæ aliarum insunt, cuius officia sunt alimenta, vt, augere, minuere, & generare. Et horum naturalissimū & præcipuum est, sibi simile generare: omnibus viuentibus (modo sint perfecta, nō capta membris, nō deprauata, neq; spontaneam generationem habentia) cōueniens, vt animali, animal simile generare: & plantæ, similē plantæ.

Generatio tam. Sic em̄ semper secundum suū simile (cum ea ipsa, eadē rationis di<sup>9</sup> in numero manere non possint) perseverat, assimilationē, gnitas. cōdiuionemq; assequunt<sup>r</sup> diuinā, quantū eis concedit<sup>r</sup>: quā appetit omnia, cuiusq; gratia agūt omnia quæ sunt in natura. De alimēto igitur nutritiæ potentiæ obiecto, & generatione, potissimo eius opere & vt aliorū fine: nō ab re

Finis di<sup>9</sup> primū auspicamur determinationis locū. Attamen duplex uisio, est id cuius gratia res fiant. vnum, quo, vt diuinā illa, scilicet piternaq; ratio: quā appetunt omnia, vt diximus, vt quātū vnūquodq; potest: sit æternitatis, fortisq; diuinæ partis ceptus, illud magis, illud verò minus. & id, summū est. Alterum est cui, vt ea ipsa quib<sup>9</sup> hæc diuinitatis imitatio acquiritur, ad quæ attinet & pertinere videtur. Et hoc, infra alterum atq; illi inferius est. ¶ Quarta. Anima, in viuentib<sup>9</sup>, 32 trium causarū formæ, efficientis, atq; finis vicem obtinet. ¶ Speciei quidem & formæ, quia viuere, viuentibus est esse, igitur & anima (quæ est viuēdi causa) ipsis animatis dat esse: & eorū forma existit. Item omnis actus potentiæ: species est & forma, anima autē, actus est potentiæ, est igit<sup>r</sup> forma. Quod efficientis: statim notum est, nam augmentationis motū atq; decrementū præstat. Nihil em̄ natura incrementū, decrementumq; sustinet, quod non alatur, nihil autē alitur, quod nō sit animæ particeps. Et multis (et si nō omnibus) sensum & motū præbet anima, est em̄ sensus, alteratio quædā quæ nullis animæ experib<sup>9</sup> accidere potest vnquā. Ita & neque progressio, & quæcunq; animæ li mutatio à se conueniat. Et quoddā finis & causæ gratia



etius etiā vicem obtineat: cognitū facile est. Nam vt quæ  
mente & rōne fiunt alicuius gratia fiunt: ita & quæ à na-  
tura fiunt: alicuius gratia fieri videtur. Id em̄ in viuētibus  
est aīa. Ipsius enim gratia: & animalū, & plantarū corpo-  
ra, & corporū organa sunt omnia. sed vt cui. dictū est em̄  
duplex esse quod gratia cuius: vt quo, & vt cui. Triū igit̄  
causarū forme, vnde motus, & cuius gratia, vices obtinet  
33 anima. ¶ Corollarīū. Vnde fit, vt Empedocles horum mo- Empedo  
tuū in animalibus causam nō ritē assignauerit. Dicebat, clis cōsu-  
enim, viuētia & plantas deorsum augeri: p̄ terra suapte tatio,  
natura ferat̄ deorsum. & ramos & palmites sursum exten-  
di & augeri: hoc faciente igne, sursum illos rapiente, incre-  
mentūq; præstante. ¶ Sed hæc nō bene dicta esse patet.  
¶ Primo. quia in stirpib⁹ & plantis male sursum & deor-  
sum assignat. Nam quod est os & caput in animali: radix  
est in arbore. Os autē sursum est animalis. igitur & radix  
arboris. Cōsimilia em̄ ipsīs correspondent opera. Quare  
rami & palmites, ē regiōe radice quæ sursum est sunt plā-  
te deorsum. Neq; putare oportet omniū sursum & deor-  
sum secundū vniuersi loca (quæ nos sursum & deorsum  
nuncupamus) esse deputanda. ¶ Secūdo. dicat Empedo-  
cles quid terrā & ignem tam diuersorum & dissonantiū  
conatuū, retinet, quo minus in sua loca euolent, & disti-  
pentur viuētia: Nihil præter animam cōuenienter assigna-  
re posse videtur, quod si ita fecerit, animā præcipuum esse  
augmentī & decremētī efficiēs, assignabit. ¶ Tertio. quia  
inualida est ratio qua suspicati sunt complures, ignem in  
viuentibus esse augmentī causam: q̄ elementorum ignis  
vel maximē solus ali, nutririq; videatur. Hinc opinionem  
traxere: viuētia ab ipso igne cremenū suūq; nutritionis  
causam ducere. Sed hoc verum non est: q̄uis calor augē-  
mentationi & nutritioni coadiuuat, eoq; vtatur anima vt  
instrumento. Nam ignis augmentum in infinitū fit: quo-  
usq; fuerit cōbustibile. non autem animalis augmentatio:  
sed omniū natura constantium magnitudinis & augmen-  
ti terminus est & ratio. huiusce autem rei officium est ani-  
mæ & speciei: potius quā ignis atq; materiæ. Sed vt pro-  
positum exequamur: de virtutis nutritiæ & generatiæ

stant principijs : vt omnia cognoscat. Et qui tātum vnum ponunt principiū, ex vno eam constituunt. & qui plura, ex pluribus. & qui contraria, ex contrarijs, vt Empedocles. Vnde & nomina ducta sunt. nam qui ponunt calidū esse principiū, inde asserunt & τὸ ζῆν, id est ipsum viuere, esse nominatū. quod vita ipsa in feruore & calore consistat. qui verò frigidum: τὸ ψῆν, id est animā, vocata esse, quod euentatione & respiratione cgeat. Sed quid de anima senserint antiqui: hactenus satis percursum est.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Fustile argentum, argentū viuum. ¶ Sub voluntate & intellectu, appetitum & phantasiam comprehendimus.

**T**ertiu cap. cōtinet duas cōclusiones, septē rationes ad primā, & octo ad secundā. ¶ Prima conclusio. 18 Animā, ignē esse & seipsam mouere (vt vult Democritus) impossibile est. ¶ Primo. quia prius demonstratum est, quicquid mouetur, ab alio moueri: nihilq; à seipso moueri. ¶ Secūdo. bifariam dicit aliquid moueri: aut per se, vt quod in se motum habet: aut per alterum: vt quod cū nō moueatur, in eo est quod mouet. vt nauta sedens in naui. hæc siquidem, per se mouetur: ille autem, per accidēs. Quæritur ergo, an anima per se moueatur, an per alterum? Si per se: oportet eam augmentatione, diminutione, alteratione, vno aut pluribus horū motuū moueri. Quicquid autem aliquo horū motuū per se mouetur: in loco est, cinctumq; corpore. Anima igitur, & corporea & in loco est: quod est impossibile. Si dederint per alterum, vt albedo & nigredo: nullus diffitebitur, utpote quæ in eo (quod mouetur) existat. mouetur em̄ corpus. sed eam tunc accidet & cōsequitur, nō moueri: quare nec seipsam mouere. ¶ Tertio. quia quæcūq; sensibiliū mouent, motum secundū naturā & motum violentū eisdem accidere videmus. Itaq; & animæ, motus secundū naturā & violentus accideret. quare & quiesceret, nunc natura, nūc vi. In quod em̄ aliqd natura mouet, & in eo natura quiescit. In quod autē vi, violenter. Sed quis animæ violentus motus, si seipsam moueat? quæ natura quies? quæ, violenta? Hæc ipsi vel effingere volētes nequeant. ¶ Quarto. si anima sit

fit ignis vt ponit Democritus, ignis autem solum sursum moueat: & anima solū sursum mouebitur. Et cū anima, corpus moueat; & ipsum quoque, & animal vnūquodq; natura sursum mouebitur. Sed quid absurdius? Et ita agimus cōtra eos, qui eā ex aliquo aliorū elemētōrū cōflarūt. Nam si terra esset; solū agitareē deorsum. si aqua; in locum aquæ. & si aer; in aeris locum. ¶ Quinto. si anima seipsam moueat; rationabile est cōsimilib⁹ motib⁹ moueri corpus. nam ipsa corpus mouere videtur. Et retroagitur. si anima seipsam moueat, & moueat corp⁹; rationabile est animā se talib⁹ agitare motib⁹, quib⁹ & ipsa corpora agitari videmus. Atqui corpora delatione ferri videm⁹. Delatione igitur & loci mutatione ferit anima. quare & exire continget animam & regredi; & animalia mortua iacētia resurgere. Vnicū itaq; ipsis confugium esse videtur; animā per alterū & per accidēs moueri dicere. & cū anima, aliquid violentia impellitur: & animā quoq; id per accidens pati. Non igitur per se mouebitur. Cui enim aliquid per se cōuenit, illud per accidens eidem non conuenit: neq; ediuerso. vt quod est per se bonū; nō est per accidens & per alterū bonum. & neq; quod per accidēs bonum est: id per se bonū est. Neq; dicere possint, motus sensibilibus peculiare & proprios esse animæ; quibus seipsam moueat, nā sine exterioribus; sensum exercitare non potest. Et ita de appetitu & ceteris dicendum. ¶ Sexto. quia id ipsi fatentur: aiā vt animā moueri, essentiaq; esse motū. quod autē mouet: videmus seorsum à motu stare. quare & si de anima ita futurum sit: stabit seorsum à sua essentia. Sed quo pacto id fiat? Satiū est igitur, cōfiteri ipsam secundum accidens moueri: & nō per se, motūve eius esse substantiæ. ¶ Septimo. Democritus asserens sphærales atomos, semp agitare corpus, quod nusq; natæ sint manere persimile dicit Philippo Comædiarū scriptori, Dædalū olim ligneolam Venerem fecisse: quæ (fusili argēto infuso) se motaret. Sed quæritur à Democrito: quid causa quietis animalis sit? nūquid asserre poterit semp mobiles atomos, & quæ sese quietare non possint? Et certe non sic moueri videtur animal; sed volūtate & intellectu. Et Timæus propinqu

Philipp⁹  
comicus.  
Dædal⁹.



pilla. Et ita de auditu, odoratu, & tactu, & intellectu suo modo. ¶ Sensus esse in actu, est ipsum actu sentire.

**Q** Vintū cap. cōtinet duas cōclusiones. duas quæstiones. earū solutionē. tria corollaria post scđam cōclusionē. & duos modos potētiæ post scđm corollariū. ¶ Prima cōclusio. De sensu incumbit determinatio. ¶ Nā sentiēdi virtus, vim vegetādi sequit̃, post quā etiā cōior habet̃. Et prius de sensu in cōi: deinde de vnoquoq; sensu, agendū est. ¶ Fit sensus cū mouet̃ sentiēs, cumq; aliquid patit̃. ¶ Nā sensus, alteratio quēdā esse videt̃. Et an passio à simili, an à dissimili fiat, à nobis prius determinatū est: quodāmodo fieri ab vtroq;. Nam id qđ patitur, potentia tale est: quale id quod facit, actu. in principio siquidē dissimile: finito, cōpletoq; actu simile. ¶ Dux quæstiones. ¶ Prima. Cur sensus sua organa & sentiendi instrumenta nō sentiat: cū sint ex quatuor elementis (vt ex tera quæ sentit) cōtemperata. ¶ Secūda. Cur sine exterioribus sensibilibus nō fiat sensatio. ¶ Responsio. sensus nō est in actu per seipsum: sed in potentia. sicut cōbustibile nō per seipsum actu est: seipsum enim combureret: neq; exte ro cōbustiūo vt igne cōburente egeret. Ideo sensus, neq; se, neq; sua sensoria p̃cipit: neq; sine exteriorē sensibili qđp̃ a sensu p̃cipit̃. ¶ Primū corollariū. Hinc fit, vt sentire dupliciter dicatur. hoc, vt potētia: quēadmodū dormiens, ibiud vt actu: cū iam p̃æsto adest rei sensatio. Ita audire, videre, odorare, & sensus auditus, visus, odoratus & cetera alia, cōsimiliter dupliciter dicūtur. vt potentia & actu. Et cū diximus sensum fieri cū mouetur sentiēs, & cū quid patitur: id nos ipsi intelligi volumus de sensu qui est actu, & non vt potentia. Et nos moueri pati, & operari: hic vt eisdem vtimur. Est enim motus, propriē operatio quēdā & actus: sed imperfectus, vt prius aliquādo diximus. ¶ Secundū corollariū. Vnde est sentiēs vt à dissimili pati, & vt à simili. Nā cum in principio patitur: dissimile est. cum

Qudd bi verō iam passum est: simile. ¶ Duo modi potētiæ. Ad faciā quic huc potentia (vt exactius determinemus) dupliciter dicit̃ est i po citur. Primo enim dicitur aliquid in potentia vt sciens: quia sit tale suapte natura, vt sit scientiæ capax. Secundo,

quia iam scientiā ipsam habeat, sciendiq; habitū: vt Geo-  
metriā. Et hi modi lōge inter se differūt. Nā primi, exiliter  
atq; tenuiter sciētes dicunt. vt quia apti nati vt tales cū-  
dāt: & vt materia, qui nō cū velint operent: sed qui alteras  
rōe disciplinæ, nōnunq; etiā ex cōtrario habitu indigeāt.  
Secūdi magis: vt q cū velint operent, nisi speciale superue-  
nerit impedimētū: neq; tali alteratione egeant scientiæ: sed  
sola operatione. Et in primis non solum est passio: sed plex  
rūq; contrarij corruptio atq; abiectio. In secūdis autē, simp-  
plex passio & perfectio quxdā. Saluat em̄ sciens habitū.  
& hoc modo potentia: cū cōtempletur actu. & nō modo  
saluatur: sed perficitur & nihil corrūpitur, abijciturq; neq;  
proprie est alterari: aut est alterū alterandi genus à primo.  
Absurdum enim videbitur sapientem cū cōtempletur, &  
prudētem cum (vt rectē vitam instituat) consideret: altes-  
rari dicere. & nō artificem cū aliquid artis moliatur, vt do-  
mificator cum ædificet. Et qui sapientiæ aut prudētiæ ha-  
bitum possidet, si ipsis vtatur, nō aliā q̄ sapientis pruden-  
tisve denominationē sortitur. Sed qui à docente & actu  
sciente scientiam capit: denominationē capit. quare nō al-  
teratur habitu considerans, aut duo alterationis erūt mo-  
di, vt dictum est. Est & aliquid in actu, vt sciens actu. qui  
maxime sciens est: cum sciens actu cōsiderat. Consimili  
penē modo de sensibus accidit: vt aliquid dicatur bifariā  
potentiā sentiens. Primo, vt semen, quod natum est & à  
natura institutum: vt ex eo fiat sentiens, vt animal. Secun-  
do, vt iam factum animal, potentiā sentiendi habens, per  
similem sciendi habitū. Et cū sensibile actu apprehendit:  
maximè dicitur actu sentiens. & actu sentire assimilatur:  
contemplari. Hoc tamen interest. q̄ quæ actum sentiendi  
præstant: extera sunt, & sentiendi extrinseca, vt audibile,  
visibile, odorabile. Quæ autē contemplandi actum: inter-  
na contemplanti, nec iniuriā quidem. quia quæ actū sen-  
tiendi præstant, singularia sunt & extra. quæ autem sciens  
47 tiā: vniuersalia, quæ quodāmodo sunt in anima. ¶ Ter-  
tium corollarium. Vnde fit, vt intelligere & considerare  
em̄ volumus, in nostra sit situm potestate, non autē sentire:  
sed ipsum sensibile adesse: necesse est. Sed de his amplius

Quod bi-  
fariā. q̄  
quam est  
potentiā  
sentiens.

determinandis : alius futurus est locus. Et satis dictum sit quomodo potētia nō diciť vno modo. Sed sicut puer potētia militās: quia possit militare, natusq; sit ad militiā, & sicut maturā aetate nactus: potētia militans. Sed q̄ illis potētiæ varietatibus nō sunt imposita noīa: promiscuē vtrūmur in vtriusq; iisdē nominibus, vt alterari, vt pati, quāuis nō ppriē potētia sentiens (vr adulta aetate militās) sentiendi actū exercendo: dicatur alterari & pati. Et sentiens, tale est potentia: quale quod sentitur, actu. quemadmodū dictum est. patitur autē nō simile, passum autē, simile euadit.

## SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ Sensus, sensus exterior.

Extū cap. cōtinet duas diuisiones. & duas sensibiliū per se, & per accidens differentias. ¶ Prima diuisio, 48  
**Q**uid sensibile proprium. Sensibiliū quēdā sunt per se: & quēdā, per accidēs. ¶ Secūda. Sensibiliū per se, hæc sunt ppria: hæc vtrūq; 49  
 rō pluribus sensibus cōia. Sensibile propriū est, quod ab vno & nullo alio sensu sentiri potest: & circa quod rite sensui obiectū non contingit sensum errare, vt circa sonū: auditum, circa colorem: visum, circa odorem: odorandi sensum, circa saporem: gustū, circa caliditatem, frigiditatem, humiditatem & siccitatem, tactū, habet enim has plures sentiendi differentias tactus: circa quas iudicat, vt ceteri circa suas, & nō errat. Non em̄ errat visus iudicando esse colorem: & auditus, esse sonū. Sed errare potest, quid co-

**Q**uid sensoratū sit, vbi sit, quid sonū edit, & vbi. Communia sunt; sensibile cō: quæ nullus sensuū sibi vt propria vendicat. & sunt hæc, mune. numerus, magnitudo, figura, tēpus, motus, & quies, quæ pluribus sunt communia sensibus. motus enim, & tactu

Sensibilis percipitur & aspectu. ¶ Differentiæ sensibilis per se & per 50  
 per se & accidens. Differunt sensibile per se & per accidens. Nam p accidēs sensibile per se sentiendo: patitur sensus, vt colorem videns discrimē. do: patitur visus. Non autē sensibile per accidēs, vt huiusmodi, vt Dīaris filius, cum sit albus, sensibile est per accidens: q̄ ei albedo insit, non autē vt Dīaris filius, quodve talem subeat rationem. Et sensibilia per se propria: ppriē sentiunt. Et ad ea persentienda, vniuscuiusq; sensu subtiliātia, cōmoda, aptaq; maximē natura instituitur.



## SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Diaphanes, siue vt quidam dicunt, diaphanum: perspicuum, transparent, translucent.

Septimū cap. cōtinet nouē cōclusiones. vnū corollarium, diffinitionē perspicui & luminis ad tertiā, duas rationes & vnū corollarium ad quintā, & duas ad octauam. ¶ Prima cōclusio. Color est visibile. Nam cui<sup>9</sup>

51 sensibilis visus est, illud est visibile. visus autē, est coloris. est igit<sup>r</sup> visibile. Et nō modo color, visibile: sed & pleraq<sup>3</sup> alia quæ nomine carent, vt ex determinatione dilucebit.

52 ¶ Secunda cōclusio. Color per se visibile est, nō ratione. ¶ Per se quidē, quia ex se speciē præbet, qua videat<sup>r</sup>. Non ratione, quia absoluta res est: quæ ad visum nō refertur, vt visibile, quæ licet nunq<sup>m</sup> cōspecta: planē tamen cōsistet,

53 critq<sup>3</sup> color. ¶ Tertia. Color sine lumine videri nō potest. Nam colorem ita diffiniūt. Est qui suapte natura mouet, actu perspicui. Actū autē perspicui (quod diaphanes vocant) sine lumine nō est. Non itaq<sup>3</sup> cōtingit, colorē, sine lumine videri. ¶ Corollarium. Vnde fit, vt de lumine & perspicuo prius determinādū sit. Perspicui em̄, quod suapte natura visibile nō est: sed alieno visibili. vt cœlū, aer, aqua, & pleraq<sup>3</sup> solida corpora. Aer em̄ vt aer, & aqua vt aqua: visibilis nō est, sed illius ratione quodd in ipsis recipitur visibile. & lumen est actus perspicui, vt perspicui est. Est enim

54 lumen, quasi perspicuorū color. ¶ Quarta. Quæ potentia perspicua sunt, tenebræ aliquæ sunt. quæ autem semp<sup>r</sup> actu perlucēt: nunq<sup>m</sup>. ¶ Nam quæ potētia perspicua sunt aliquæ actu perlucēt lumine collustrata, & perspicua sunt actu. aliquādo aut nō perlucēt: lumine carētia. Sunt igitur aliquæ tenebræ. tenebras enim dicimus: luminis in perspicuo carentiam. Quæ autē semper actu perspicua sunt: semper lumen possident collustrans. non igitur tenebræ sunt vnq<sup>m</sup>.

55 ¶ Quinta. Et si corpora lucida vt ignis, sol & astra, lumē præstāt in perspicuo, suæ lucis speciē: non tamē lumē, aut ignis, aut sol, aut astrū, aut ab illis corporib<sup>9</sup> defluxus esse potest. ¶ Primo, quia si quod illorū esset, aut quidam (vt aiunt) defluxus ab illis: corpus esset, q<sup>d</sup> cū sit toti perspicuo præsens: duo corpora simul erūt, atq<sup>3</sup> se simul occupabūt.

Quid p<sup>r</sup>  
priē co  
lor.

Quid p<sup>r</sup>  
spicuum.

Quid lus  
men.

Quid te  
nebræ.

quod fieri nō potest. ¶ Secundo. quia tenebræ, sunt lumi-  
 nis priuatio: nō autē ignis, solis, astri, aut corporum desti-  
 Empedo xus. ¶ Corollarium. Vnde fit, vt Empedocles absurde satis 56  
 clis cōfus censuerit, lumen inter terrā & cōtinētis cœli ambitū ferri,  
 tatio, nosq; interdū latere. ¶ Nam dignaret venia: si paruo latū  
 spacio latere diceret. sed in tāto (quātū ortu claudit & oc-  
 casu) spacio, idem sibi cōcedi, magnū postulat: & nō a ra-  
 tionis cōpote pfecto admittendū. ¶ Sexta. Perspicuū colo- 57  
 ribus vacat: & vt de se, inuisibile est. ¶ Nam qd' sonos ca-  
 pit, de se sonis est vacuū: & qd' odores, inodorū. tale autē  
 perspicuū ad colores, cū potētia sit: quale aer, ad potentia  
 sonū. perspicuū igit, colorib' vacabit: eritq; vt de se, inuisi-  
 bile. ¶ Septima. Et si proprius vniuscuiusq; rei color vi- 58  
 deatur in lumine: nō tamen omnia visibilia spectantur in  
 Aliqua lumine. ¶ Nam nōnulla sunt, quæ nō in lumine sed in te-  
 solū in te nebris cient, efficiūtq; sensum. vt ignita, fungi, quorūdam  
 nebris vi animalū cornua, piscium capita, squamæ, oculi, putres an-  
 deri. borū trunci, carie, situq; maridi, quorum nō est vnum no-  
 men: quo simul ea complecti possumus. Et quam ob cau-  
 sam in tenebris & nō interdū fulgeant: postea dicturi su-  
 Democri mus. ¶ Octaua. Non rectē Democritus putauit, si totū 59  
 ti confu quo cernimus spaciū vacuū esset: expedientius, acutiusq;  
 tatio, singula videri. adeo vt medio intersite vacuo: formicā in  
 cœlo a nobis exactissimē ac expeditissimē videret. ¶ Pri-  
 mo. quia id cognitū est: quod in lumine spectatur, colore  
 esse. natura enim eius est mouere. actu perspicuū, vt aer:  
 qui cū sit oculo attiguus, mouet oculum. hoc indicio co-  
 gnitum. qudd si colorem habens, supra oculum posueris:  
 non videbit oculus. Sed cū fuerit mediū, actu perspicuū.  
 Actus autem perspicui, lumen est. Existente igitur vacuo  
 medio spacio: nullus percipietur color. Perperam itaq;  
 opinatus est Democritus: res singulas tunc expedientius  
 acutiusq; videri. ¶ Secūdo. fit visio: cum sensus afficitur.  
 ipse autē, colore qui videtur affici nequit. afficitur igitur a  
 medio. Ipso igitur existente inani: nō fieret visio. quare nō  
 modo existēte medio vacuo, non exactius videretur: sed  
 ne oīno quidem videretur. Et idē subit iudiciū: de sono,  
 & odore, sapore, & tāgibili. Ea siquidem, supra auditus,

odoratus, gustus, & tactus sedes locata: sensum non efficiunt, sed medio (vt sentiatur) hæc oīa egent. In sono enim: mediū est aer, in colore: perspicuū, in odore: innominatū est, & est aer & aqua, aliqua cōi passione affecta. Aquatiles em̄ animantes sensum odoris obtinent, & cætera quæ in terra degunt respirantia: quæ sine respiratione olfacere nequeunt. Quid in saporibus, quid in tangibilibus sit mediū, & eorū quæ modo tetigimus causas: posterius adjiciemus. ¶ Nona. Sunt nō nulla quorū color & in lumine & in tenebris se prodit. ¶ Nam flām̄ mouent actu perspicuū: aliorū colorum naturam imitando. quare interdiu se produnt: & mediū ipsam afficiūt, redduntq; actu perspicuū: quare noctu iterum se manifestant. Ex his itaq; notū est, quod intenditur, & visibilem has esse differētiās: hæc solo lumine, hæc solis tenebris, hæc verō vtrorūq; naturam imitata, & lumine & tenebris deprehendi.

Triplex  
visibiliū  
differētia.

# OCTAVI CAPITIS ANNOT.

¶ Gurgulio: guttur, spiritalis fistula, ac arteria vocalis.

¶ Ctauū cap. cōtinet vnā diuisionē. vndecim cōclusiones. vnū corollariū ad primā. duas ad septimā. vnā quæstionē. responsionē: & sonorū differētiās post nonā. vocis diffinitionē post vndecimā.

- 61 ¶ Diuisio. Duplex est sonus. Vnus, actu: alter verō, potentia. nā sunt quæ plaga illata actu sonū edūt: vt æs & quæcūq; plana & leuia corpora: & hic sonus actu dicitur. Quid sonus actu. Sunt verō quæ actu pulsa non sunt: pulsa tamen sonare possunt. vt nominata: & eorum sonus potētia nominatur. Quid sonus potētia. sunt deinceps quæ neq; actu, neq; potentia sonū habent.
- 62 ¶ vt spongia, lana, pili. ¶ Prima conclusio. Sonus actu (si percipi debeat) fit inter corpus sonā & auditū. ¶ Nam fit actu sonus: alicuius ad aliquid attactu (percutio em̄ ædit sonum) & in aliquo semper. exauditurq; cum de re quæ sonat ad aurem delatus: medium opplet spaciū.
- 63 ¶ Corollariū. Quo fit, vt vno solo existente corpore: non eliciatur sonus. ¶ Nā aliud est verberans, & aliud verberatum atq; percutsum. Fit enim sonus, alicuius ad aliquid attactu & in aliquo. ¶ Secunda. Sonus non fit sine motu. Nā percutio nō fit sine motu. sonus aut, nō fit sine ictu &



percussione. Nō fit igitur sonus, sine motu. ¶ Tertia. Nō 65  
 ex quorūcūq; corporū percussione, eliditur sonus. ¶ Nā,  
 vt diximus, lana, & pili collisa, nō perstrepunt, efficiunt ve  
 sonū: sed corpora dura, leuia & cōcaua. Leuia qdē: qudd  
 integrē magis feriantur, incolumiorq; aer, minusq; fractus  
 perducit ad auditū. cōcaua verò, qudd refractione cōplu  
 res post primū cōgemināt ictus. cū aer motus ac agitatus,  
 liberē exilire nō possit. ¶ Quarta. Sonus & in aere & in 66  
 aqua edit: sed in aqua subobscuri. Et in aere & in aqua  
 edi, notū est. Sūt em̄ hęc, media inter sonās & auditū. Et  
 qudd subobscurior in aqua, hoc ideo est quia sopit, hebes  
 scitq; in ea. ¶ Quinta. Et si aer, sonior sit aqua: nō sufficit 67  
 tñ ad soni editionē, neq; sola aqua. ¶ Nā (vt dictū est) req  
 rūtur solida corpora: & vt ad aerē ictus fiat, priusq; diffun  
 datur. Quapropter aer aliquo vt virga, cito & vehemēter  
 percussus sonat: tūc duorū, & percussi & mediij, fungēs of  
 ficio. tūc em̄ plaga, motioq; percutiētis velocitate: diffusio  
 nē anticipat aeris. quēadmodū si quis arenæ cumulū cadē  
 tē velociter cedat: eiusdemq; casum velocitate præueniat.

¶ Sexta. Cū fit sonus: semper redditur echo, et si nō semp 68  
 audiat. ¶ Echo est soni reflexio: aere ob vas aut locū  
 Quid echo. ipsum circundantē (vt pila repulsa) resiliēte. Et quod sem  
 per reddatur: patet. Nā ita fit in sono: sicut in lumine. atqui  
 lumē semper repercutitur: alioquin nō vbiq; vt in vmbra  
 fieret lumen: sed extra locū illū in quo solis radij pertingūt  
 summæ essent tenebræ. hoc aut, falsum. Fit igitur semper  
 & soni repercussio: quare redditur echo. Et qudd nō sem  
 per audiat: idē vt de lumine proditur indicīū. Nam nō  
 ab oībus sic refringitur lumen, vt semper appareat: sed in  
 terdū iacitur vmbra vbi minimē lumen percipitur, sed ad  
 eam terminatur sensibile lumē. Sic echo nō semper reddi  
 tur sensibilis: sed cum à solidis, concauis, & planis excep  
 ptus refringitur sonus. ¶ Septima. Nō lōge distat à verò 69  
 qudd antiqui audiēdi facultatē vacuo attribuerūt. ¶ Nā  
 ad audiendū: aer maximē proprius, aptusq; videtur. Fa  
 citq; audire percussio leui: cum vnus & cōtinuus fuerit ad  
 auditum vsq; agitatu perlatus. Aer autem: eorū opinione  
 inane erat & vacuum. Nō igitur longe distabant à verò.

- 70 ¶ Primū corollariū. Nimirū igit̃ auditui cōnaturalis, con-  
genitusq; aer inest. ¶ Sic em̃ exteriore aere moto: intern⁹
- 71 aer excitus meliōrē pręstat audiēdi facultatē. ¶ Secundū.  
Fit etiā iure: vt non omni ex parte animal audire debeat.  
¶ Nā nō ubiq; trāsīt aer, neq; talē natiuū & congenēū ha-  
bet aerē: ad quē agitāt⁹ exterior perferat̃. sicut neq; ubiq;  
72 animal humidū habet pupillē. ¶ Octaua. aer, p se insonus  
est. ¶ Quia facilē dissipāt, dissipāt, & omni corpori vltro  
cedit. Si tñ arctior fiat illisio, diffundiq; phibeatur: elicitur  
73 (vt dictū est) son⁹. ¶ Nona. Intern⁹ aer aurib⁹ insitus, im-  
mobilis est. Hoc em̃ ideo est, quodd oēs motuū differētias  
exactē percipiat. Nō tamē omnino immobilis est: sed plā-  
cidē trāquillēq; agitat⁹, citra turbā aliquā, aurisq; obstre-  
pitum. Hinc, mēbrana cōtectus & cōuolutus est: & auris  
iter inflexuosum atq; anfractuosum factū est, ne lædatur,  
ne turbetur, à suāve trāquillitate dimoueat̃. Et in aqua  
audimus: cū viarum anfractus difficultate defenditur, ne  
aurē subeat. Cū verō subit: organū indisponit, & nō am-  
pli⁹ audimus. Et cū mēbrana (qua cōtegīt cōgenitus aer)  
læditur: auditio impeditur, perinde atq; læsa cuticula pu-  
pillā obuoluētē, prępeditur visio. & argumētū incolumis  
auditus est: si auri aliquo (vt manu) cōtra admoto: insoni-  
tus & tinnitus quidā aeris (vt cornu sonantis) obaudiat̃.  
Ille tamē sonus, nō est insito aeri propri⁹: sed alien⁹. Hinc  
antiqui, nos inani & vacuo audire (quodd illo aere inters-  
no: determinatoq; egeamus) iterū rrahēre potuerunt opī-  
74 nionem. ¶ Quæstio. An verberās, an verberatū sonet: an  
vt rūq; sed alio modo? ¶ Responso. Sonus, eius est quod  
illo motu agitāt & resilit: cū corpora leuia feriūt̃. Debet  
enim quod verberat̃, planū esse & æquale: vt inde vniuer-  
sus aer, totus cōcussus resiliat. Nam non omne verberans  
& verberatū (vt dictū est) reddūt sonū. vt si acū acu collis-  
75 seris, sonū nō elicies. ¶ Differentiæ sonorū actu, hæ sunt, Actu so-  
norū dif-  
ferentiæ.  
acutum, & graue. Sicut enim colores, nō sine lumine per-  
cipiūt̃: ita neq; hæ sonorū differentiæ, sine sono actu, quē  
à tāgibilibus ad sonos trāsferuntur. Nam sicut tangibile  
acutū, cito tactum pungit & penetrat: ita sonus acutus,  
celeriter auditum mouet quasi pungens. Et vt obtusum

tangibile, tardè tactum vt rudens obtundit: ita grauis sonus, auditū, nō tamen graue & acutum, idem sunt quod tardum & velox: sed tarditate & celeritate pariuntur. Et obtusum: lentū efficere videtur motum, acutū verò & gracile: concitatio rē. Sed de sono hactenus, nunc de voce agrediendū est. ¶ Decima conclusio. Vox, solius est animā 76  
tis: etsi non omniū. ¶ Nam nulla inanimata vocem fundit, etsi vocis nomen nōnullis attribuitur instrumentis, vt tibix, lyrixq; hoc propriè non est, sed similitudine quadam ad id quod propriè vox est, quod imitentur eiusmodi soni:

Aliqua nī: vocis humanæ sonoritatem & allocutionem. Et sunt aīalia nō pleraq; animalia (vt exanguia & sanguine prædita vt pisces) quæ vocem non eliciunt. Et id sanè nō sine ratione vocem. euenit, nā sonus, motus aeris est, exanguibus aut, nulla est pellendi aeris facultas, & pisces, aerē nō attrahunt: vtpote

Quot ad qui in aquis degūt. Et pisces, quos amnis Achelous nū  
vocē edū trit: sonitū attritu brāchiarū adūt. ¶ Undecima. Vox, son<sup>9</sup> 77  
dam req<sup>9</sup> est aīalis: sed neq; oīs, neq; ab omni corporis parte. ¶ Nā  
runtur, manus collisæ strepitū adūt: qui nō est vox, sed ad gignē

dā vocē hęc requirūtur: percutiēs, p̄cussū, & in quo, hoc enim aer est, non oīs: sed is spūs, quem vicario ordine, anhelitu accipimus & reddimus. Et quemadmodū lingux duplex est officiū. Primū, est gustandi: ad vitæ necessitatē, quapropter in oībus hoc obtinet officiū. Secūdū, est vt loquelæ sit vsu: ita spīritus quem anhelitu ducimus, & alternatim emitimus: duplex est vsus. Primus, est ad internū temperandū calorem, necessarius quidem, cuius causa ex alio requiritur loco. Secūdus, est ad effingēdā vocē: boni quidē gratia, & non ad vitæ necessitatē. Mentis em̄ interpretatio: nimirū boni gratia adhibita est, & ei cōmoda, aptaq; tradita sunt instrumēta: fauces & pulmones. Nō sine ratione igitur ea sola animalia, vocē eliciunt: quæ respirant & aerem attrahunt. Et hæc, ea ex parte exteris sunt calidiora, vt quæ aere egeant attractio, ad præcordiorū calore temperandū, & quoquo pacto refrigerandū. ¶ Diffi

Quid  
vox. nitio. Ex his, vocis diffinitionem elicere facile est. Vox, est sonus aeris a b anima respirati: percussū ad vocalem arteriam, cum ali cuius significationis imaginatione. Non em̄



satis esset. respirati aeris percussio, emissio, vt tussis: sed ad gurgulionē percussio fiat oportet, & cū quadam intentio, ne, affectio nēve significādi. Et quod necessaria sit ad gurgulionem & sonantē arteriam, aeris percussio: hinc sumitur indicium. quod non cōiungit expirantem & respirantem: vocem vnquā emittere. sed aerem continere oportet: & ita internum concutere. hinc item fit cognitum: cur pisces sint sine voce. nam gurgulionem non habēt. Et hoc: quia nō respirāt. & qui eos respirare arbitrantur: peccant. Sed cur non respirant: alio differendum est loco.

### NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Sensorium, organū. ¶ Olfactus, odorandi sensus, odoratus. ¶ Suffitu, fumo, suffumigio. ¶ Bitumen ex mari mortuo lacu Syrix trahitur. quod & asphaltus dicitur.

**N** Onū cap. cōtinet quatuor conclusionēs, quatuor rationes ad primā, duas ad secundā cū corollario primæ, tres modos inodorabilis post tertiā, vnā quæstionē. eius respōsionē, tres rationes quod nō  
 79 respirātia odorāt. & vnū corollariū post quartā. ¶ Prima cōclusio. De odore & odorabili, nō vsque adeo (vt de diētis) facilis & prōpta determinatio est. ¶ Primo. quia nō est ita facile deprehēdere qd sit odor; sicut quid color, qd lumē, quid perspicuū, quid sonus. Hoc enim ideo euenit: quod olfactū per debile habemus. Odorat em̄ prauē homo: & multis animalib⁹, vt canib⁹, vulturijs, hoc sensu inferior est. ¶ Secūdo. quia nos nō sine delectatione aut fastidio: odorū differētiās percipim⁹. hoc autē, in visu & auditu nō accidit. Et ideo hic sensus: hominī dat⁹ esse videt⁹ ad mensurā. nō vt odores quales in se sint, percipiam⁹: sed quales ad nos perueniūt. Itaq; difficilior ipsorū deprehensio est. ¶ Tertio. quia odorū sensoriū minus cognitū, exploratūq; habemus. ¶ Quarto. Ita hoīes, odores ipsos cōprehēdere videtur, quib⁹ odorādi sensoriū obiectū est: vt animalia duos oculos habentia apprehendunt colores. Atqui consentaneū videt⁹ huiusmodi durorū oculorū animalia: non oēs sentire colores, sed eos qui ipsis terrore, tristitiāq; ingerāt, quīve voluptate afficiāt. quare neq; hoīes,  
 80 quoscūq; dijudicabunt odores; ¶ Secunda. Et si odoris

difficilis sit nature deprehensio: ex saporū tamen similitudine nobis ad hoc patebit aditus. ¶ Primo. quia certū gustū habemus: quod gustus quidā sit tactus. homo autem, certissimū habeat tactum. Et cum homo à cæteris in reliquis superetur sensibus: in hoc vno euincit superatq; omnia.

Homo  
animaliū  
pruden-  
tissimū.

¶ Corollarium. Hinc fit, vt homo animalium prudētissimum cognoscat. ¶ Attractu em̄, metis aptitudo aut ineptitudo deprehēditur. Duros em̄ carne, metis hebetis & ineptos: molles verò, bene aptos esse dicimus. ¶ Secūdo. quia ex saporū nominib; odorib; nomina indim; vt em̄ saporū, hūc dulcē nominamus, hūc amarū, pingue, acrē, acutū: ita quoq; odorū (tracta similitudine) hūc dulcē dicimus atq; hunc amarū, pingue, acrē, acutū. Et quandoq; in odore & gustu, similes cōueniunt denominationes, vt in melle & croco. mellis em̄ odor, dulcis: & dulcis mellis sapor. aliquā verò, discrepāt. ¶ Tertia. Olfact; odorabilis est & inodorabilis. Nam vt de visu, auditu, & reliquis sensibus: ita & de odoratu. visus autē: est visibilis & inuisibilis, auditus: audibilis & inaudibilis. Eiusdē em̄ sensus est, cognoscere sui sensibilis præsentiā & eius absentia. præsentiā quidem per se absentia verò, per accidēs. est igit; olfactus: odorabilis & inodorabilis.

Tres mo-  
di inodo-  
rabilis.

¶ Tres modi inodorabilis. Inodorabile, multis modis dicit; ¶ Primo. quod oīno odorē non habet, odorariq; natū nō est. vt color. ¶ Secūdo. qd; debilem & vix sensibilem habet odorē. ¶ Tertio. quod prauū, tetrumq; habet odorē. ¶ Quarta. Aer & aqua: olfaciendi sunt media. In aere, de nobis cōstat. In aqua verò: & sanguine prædita & nō prædita illud mōstrant. quia eminus alimenti odorē percipientia properāt ad illud sumendum adnatare. ¶ Quæstio. An oīa quæ sunt odorum capacia: cōsimili modo odorētur. ¶ Respon̄sio. nō omnium cōsimilis est odorandi modus. nam animalia respirantia. spiritū trahendo odorantur. Cuius hæc sunt indicia. Si spiritum detinet homo aut expirat: neq; eminus neq; cōminus (etiā si rem olentē in ipsius nares fundās) sentit. Si enim in odorandi sede atq; sensorio: id per palā est. nam omnium sensuū cōmune est: sensibili sensorio supraposito, nō sentire. Insecta aut animalia & quæ sanguine carent vt apes: hoc pacto cum

non respirent ) odorare non possunt. Odorantur tamen.

¶ Primo. quia cōueniunt longe ad odoriferorū pastum. Habēt igit̃ aliū prāter quinq; (qui assignati sunt) sensum: aut olfactu odores discernunt. non autē habent alium. habent igitur olfactum. Sensus em̃ tam bene q̃ male oletis: nimirum olfactus existit. ¶ Secūdo. grauiū odorū suffitu (vt bituminis & sulfuris fumo) corrumpuntur: sicut & homo. Odorantur igitur nō respirantia: & alio q̃ spiritus attractione, modo. ¶ Tertio. q̃a vt animalū oculi diuersi sunt. horū enim, sunt molles: & hęc, palpebras pro oculi munimēto habent. quibus nō apertis, deuelatisq; nō contingit animal videre. Horū verd, duri sunt oculi: quæ hoc genere folliculorū cooperulorumq; carent. Et semper colores apertos & occurrentes habent. Ita hunc in modum, diuersi sunt odoratus. Nam in respirātibz, ad opertus & recōditus est. quem cū spiritū ducimus: aperimus, ampliat̃is viarum meatibus. Non respirantium verd, apertus: & persimilis duris animalium oculis. Itaq; s̃mper habent occurrentes & in aperto odores. non autem respirantia: nisi spiritum ducendo sensoriū reuelent ac aperiant. ¶ Co

86 rollarium. Hinc fit, vt respirantia: in aqua non odorentur.

¶ Nam in aqua respirare nequeunt. Et est odor, siccus: sicut sapor, humidus. Hinc res cum adolentur, incenduntur, calefcunt: suauius fragrant. & cum res nō percipitur olfactu: talis est odorandi sensus potētia, qualis ipsa sit actu. Cum autem olfactu percipiuntur actu: & talis sensus est actu. Et de odore & odorabili hætenus.

#### DECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Potulentū: quicquid in vsum potandi est præparatum.

**D**ecimū cap. cōtinet quatuor cōclusiones. duas rationes. & duo corollaria ad primā. vnum corollarium ad secūdā. & species saporum ad quartam.

¶ Prima cōclusio. Gustabile, quiddā tāgibile est.

87 Primo. quia quod nō extrinseco medio, sed solū sentitur intraneo: tāgibile est. Gustabile autē, nō extraneo, sed solo sentitur intraneo. Est igitur quiddam tangibile. ¶ Secundo. quia illud in quo, vt in materia, consistit sapor, & sine quo sentiri non potest: est humor. Humor autem, solius



tactus est, est igitur gustabile, quiddam tãgibile. ¶ **Primũ**  
 corollarium. Quo fit, vt existẽtes in aqua, saporem, vt dulce, 88  
 deprehẽdam⁹: nõ qa aqua gustãdi sit mediũ, sed quoddã sa-  
 por humori permixtus sit, quẽadmodũ in liquore quẽ bi-  
 bimus. ¶ **Necq̃** simile est vt de colore, sono, & odore. Nõ  
 em̃ ideo p̃ aerẽ aut aquã percipiũtur, quia immisceant⁹: sed  
 quia hæc sunt media ipsis (vt ad organa deferãtur) apta.  
 Sine em̃ aliquo à sensu abiuncto: visus, audit⁹, odoratus,  
 sensationẽ explere nequeũt, quod facit gustus. ¶ **Secũdũ**, 89  
 fit etiam, vt quicquid gustandi sensum afficit: humidũ sit,  
 aut actũ, aut potentia. ¶ **Nam** absq̃ humore ( vt dictũ  
 est) nihil afficit saporis sensum. Et sunt quẽdã humida po-  
 tentia: & quæ statim ad actũ sunt reducta, vt sal cũ primũ  
 admotus fuerit linguæ, statim liquefcit, linguamq̃ hume-  
 rat. ¶ **Secunda**. Gustus, gustabilis est & ingustabilis, 90  
 ¶ **Nam** id ita fit in ceteris sensibus, vt visus, visibilis est,  
 vt coloris: & inuisibilis, vt tenebrarũ, quas reputat inuisi-  
 biles. & auditus, audibilis, vt soni: & inaudibilis, vt silentij,  
 & odorat⁹, odorabilis, vt odoris, & inodorabilis, vt odo-

Inuisibile re priuatũ. Et sicut inuisibile trib⁹ modis dicitur, quod nõ  
 trib⁹ modis est aptum videri: vt sonus, quod debiliter videtur, quod  
 dis dici prauẽ, vt quod excellẽtia visum offendar, aut corrumpat,  
 pariter & & inaudibile, tribus, quod audiri nequit vt color, quod  
 inaudibile, debiliter, qd̃ prauẽ. Et inodorabile, tribus, qui dicti sunt.  
 Ingesta. Ita ingustabile tribus dicitur, quod gustari nequit, quod  
 bilis modis debilem obtinet sapore, & quod tetrũ prauumq̃, vt enim  
 di tres, moderatũ, naturæ amicũ est & gustum saluat: ita prauum  
 & excellẽs, ipsum corrumpit. ¶ **Tertiã**. Omne potulẽtum: 91  
 & tactui & gustui, cõmune est. ¶ **Tactui** quidem: quia sit  
 actũ humidũ, gustui verd⁹: q̃ sapore præditum. ¶ **Quarta**.  
 Gustandi natura institutũ sensorium: neq̃ actũ debet esse 92  
 humidum, neq̃ tale vt humido dilui, diffundiq̃, nequeat.  
 ¶ **Nam** debet esse, potentia tale: quale gustabile actũ est,  
 sine humore autem, nõ sentitur gustabile. ¶ **Corollarium**.  
 Hinc fit, vt cũ lingua nimium arefcit, nimiumve humeat 93  
 (quod id ægrotãtibus sæpe accidit) gustare nequeat.  
 Saporum ¶ **Ægrotantib⁹** em̃ sæpe omnia accidit amara videri: q̃  
 specie, lingua amaro sit humore infecta. ¶ **Species** saporũ sunt, 94

dulce, amarū; contrariā, consequens dulce: pinguis, consequens amarum; falsus, medix sunt, acris, austerum, suaue, acutum, acerbum, acidum: vt species colorum digestæ. Et gustandi sensorium (vt iam dictum est) tale est potentia, quale gustabile actu, faciens autem ipsum tale: gustabile. Et de gustu & gustabili hæc tenus.

# VNDECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Plures sensus dicuntur: à pluribus & diuersis organo. A quo su-  
rum temperamētis. Requirit enim quilibet vnam mo- mēda est  
deratam, modificatamq; sentiendi mediocritatem. sensuum

**V**Ndecimū cap. cōtinet duas quæstiones, post quas pluralitas  
tres cōclusiones, duo corollaria ad secundā, vnam  
quæstionē, eius rñsionē, tactus ad alios sensus com-  
parationem, & vnū corollariū post terciā. ¶ Prima

95 quæstio. An vnus, an plures sint sensus tactus? ¶ Secūda.  
96 Quid sensoriū tactus? An caro in carnē hñtibus: & in ex-  
teris quod carni rñdet: æmulumq; est? An aliud quicq; in-

97 termediū interius latens? ¶ Prima conclusio. Plures sunt  
sensus tactus. ¶ Nam oīs sensus vnus, vnus est cōtrario-  
tatis, vt visus, albi & nigri, auditus, acuti & grauis, odora-  
tus & gustus, dulcis & amari. Tactus verò plurium: vt ca-  
lidi, frigidi, hñdi & sicci, grauis, leuis, mollis & duri. Sunt  
igitur plures tangendi sensus. Neq; sufficere videtur solu-  
tio quam adhibent: visus & auditus consimiliter plures  
esse contrarietates, vt in voce non solū acutum & graue  
cōtraria sunt: sed magnitudo, paruitas, lenitudo & asperi-  
tas vocis, & ita in colore. ¶ Sed vt de tactu, simile nō est.  
Nam magnitudo, paruitas, lenitas, asperitas translatitiæ  
in voce sunt: vox grauis & acuta. Et hæc translatitiæ oī-  
bus sensibus applicari possunt: cōtinenturq; in visu & au-  
ditu sub eodē sensus obiecto, vt sub sono, sub colore. Ita  
aut de calido, frigido, humido & sicco dicere nō possum?

98 ¶ Secūda cōclusio. Caro nō est sensoriū tactus sed sentien-  
di mediū. ¶ Nam sensibile sensui suprapositū nunq; sen-  
titur, carni autem suprapositum tangibile, sentitur. Non  
est igitur caro: tangendi sensorium. Porro sensibile omne:  
medio quodam sentitur, carni autem suprapositum tan-  
gibile sentitur, & non est caro, sensorium, est igitur sensu-

Obiectio tiēdi mediū. Et nihil est id quo molitur efficere carnē esse  
 nis solu, sensoriū tactū? q̄ carne cōtacta illico perſentia ē. Ita em̄ ſie  
 tio, ret ipſa tenui linteolo aut mēbrana cōuoluta. Nullus autē  
 idcirco dubitauerit mēbranā eſſe tīgēdi ſensoriū: ita neq̄  
 de carne addubitandū eſt. ſed in toto corpore vt tegmen  
 ſensoriorū tactus, potius exiſtimanda eſt. quæ quidē ſen  
 ſoria, plura ſunt (vt plures tactus) q̄uis latentia ſenſum.  
 quemadmodū ſi cōgenitus aer, vt auris, intelligatur natu  
 ra totus noſtrū corpus cingens & circundans: eadem faci  
 litate putare poſſemus nos eodē organo, ſonos, colores,  
 & odores deprehendere, q̄ eorū deliteſcerent organa, eſ  
 ſetq̄ idem cōgenitus aer: audiendi, vidēdi, odorandi me  
 diū. Vt enim illic plures ſenſus, viſus, audit⁹, olfactus, gu  
 ſtus, & plura eorū ſensoria: ita & hic ſub eodem velamine  
 plures tactus & tangendi ſedes & machinamenta. ¶ Pri  
 mum corollariū. Vnde fit, vt mediū tangēdi: aer aut aqua 99  
 eſſe nō debuerit. ¶ Nam corpus animatū: ſolidū & firmū  
 eſſe debet. Et cum tactus intra corpus latitet: debet igitur  
 eſſe mixtum ex ipſis quæ firmū, cōſtans & deſluxibile mi  
 nus efficiunt, vt terra cæteris cōmixta, qualis eſt caro, aut  
 quod carnis vicem obtinet. ¶ Secundū corollariū. Quo 100  
 fit iterū, vt ſi quis ignea aut aerea ſtatuerit animalia: diffici  
 le ſit qnq̄ ſenſus & eorū ſensoria in ipſis collocare. ¶ Ter 101  
 tia. Argumento lingue, plures prodūtur eſſe tactus. ¶ Nā  
 eadem in parte & intraneo medio: omnia tīgibilia & gu  
 ſtabilia ſentit. Eſt tamen alius ſenſus tangibilis: & alius, ſa  
 poris. Si igitur toto corpore ſic promiſcue tīgibilia & gu  
 ſtabilia perciperemus: poſſent guſtus & tactus vnus ſen  
 ſus videri: vt calidi, frigidi, hūidi, & ſicci vnus tactus. mo  
 do autem, quia non ita guſtus & tactus toto copore con  
 iuncti ſunt: manifeſtum eſt, eos eſſe plures ſenſus, ita & ta  
 ctus, plures (eſſi toto corpore coniuncti ſint) intelligere  
 oportet. ¶ Quæſtio. An tactio ſimiliter vt viſio, auditio, 102  
 & olfactio fiat: medio ſcilicet interueniēte extraneo? ¶ Re  
 ſponſio. Mollium corporum, vt aeris, vt aquæ (quæ nū  
 lo interhianſe in medio carnem ſuis extremis attingunt) ſit  
 bene tactio nullo interueniente extraneo medio. Durorū  
 verò corporum aliquid (cum tanguntur) interiaceret mo



diū. Nam ea aut tangimus in aere, aut in aqua. Atqui vis  
 demus nos in aqua sic ea tangere non posse: quin semper  
 medius humor percipiatur: ipsumq; tangendo excludere non  
 possumus: quin medius interstesq; (extremis non manentibus  
 siccis) habeatur. Quod si in aqua ita fuerit: tantomodo  
 nus subtiliorem aerem nobis licebit excludere mediū, &  
 illa in aere sine medio tangere. tametsi in aere ob ipsius in  
 sensibilitatē magis sensum lateat. ¶ Et quāvis ita sit vt nos  
 firma & dura (interueniente medio) tangamus: tactus ta-  
 men in hoc à visu, auditu, & odoratu differt. q̄ hi, emi-  
 nus sua sensibilia suo medio apprehendunt. ille verò, cor-  
 minus & pene nihil distante, sic vt medium (quemadmo-  
 dum de membranula diximus) lateat. Et in visu, auditu,  
 & odoratu spaciū afficitur: & species defert. tangendo  
 autem, non id necessarium est: sed intraneum medium si-  
 mul cum extraneo afficitur. quod quidē (q̄a afficiatur, &  
 non quia huiusmodi exterum mediū) tangitur. sed vtrūq; simul  
 affici contingit. Quemadmodū percussus clypeus gerulū,  
 non percutit: sed vtrūq; simul percuti accidit. ¶ Corollarium.  
 Vnde fit, vt quemadmodū aer & aqua sese habent ad vi-  
 sum, auditum, & olfactum: ita caro & lingua ad tangen-  
 di sensorium. ¶ Et in ceteris videtur tactus alios imitari  
 sensus: vt quemadmodū in alijs sensibus, sensibile supra-  
 positum nullum parit sensum, vt album suprapositū oculo  
 nullam visionem: ita est & in tactu. Hinc sub carne ta-  
 ctus sedem delitere oportet. quandoquidem res tangibi-  
 les carni superpositæ, sese præstant perceptibiles. Et res tan-  
 gibiles sunt: calidum, frigidum, humidum, & siccum: quæ  
 prius simplicium corporum differētiās locauimus. & sen-  
 sorium tactu, tale potentia esse debet: quale sit actu ipsum  
 tangibile. Hinc tactus æque calida, æque algida, æque le-  
 uia, & aspera non sentit: sed extrema, superabundantias  
 atq; defectus. Est enim mediocritas quædam. & medium  
 extremorum iudex est. Et qui omne calidum & omne fri-  
 gidū percepturus sit: calidi & frigidi actu sit expers opor-  
 tet: potentia futurus & calidum & frigidum. Quemad-  
 modum visus album aut nigrum percepturus: neq; actu  
 album, neq; nigrum existit. Et sicut visus est visibilis & in

Tactus à  
 visu, audi-  
 tu, & odo-  
 ratu dis-  
 crimen.

uisibilis, & cæteri suorum oppositorum: ita tactus, tangibilis est & intangibilis. Et sicut inuisibilis, & aliorum insensibilium, tres sunt modi: itidem intangibile, tripartitum est, quod tangi non potest: ut vox, quod debiliter tangitur: ut aer, quod prauè: ut ignis tactum corrumpens. Sed de tactu, & quolibet in particulari sensu: hoc pacto paucis restrictum & diffinitum sit.

# DVODECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Esse, rationes.

**D**Vodecimum cap. continet duas conclusiones, unam corollarium, unam questionem, eius responsionem, ad secundam. ¶ Prima conclusio. Id sensum commune est: rerum formas, sine materia suscipere. ¶ Nā sicut sigillum, sigillive effigiem, formabilis cera sine ferro, ære, aut auro recipit: eo pacto patitur sensus, ab eo quod colorem habet, quod sonum, quod odorem, quod saporem, & non ut vnum quodque est: sed ut tale, talemque habens speciem. Et quousque hæc, idem sint: ipsorum tamen esse, diuersa sunt. Quousque etiam sensorum, magnitudo quædam sit: esse tamen, magnitudini non idem. non enim sentit ut magnitudo, magnitudinemve habens: sed ut rationem, potentiamque sentiendi. ¶ Secunda conclusio. Sensibilium exuperationes & excellentiæ: sensum corrumpunt. ¶ Nam huiusmodi sensibilium fortes motiones: sensoriorum rationem atque temperamentum dissoluit. Est enim sensus, ut concentus quidam. Fidibus enim vehementius pulsus, canora confunditur, disperitque harmonia: temperatumque omne ab intemperato dissoluitur. ¶ Corollarium. Vnde nimirum cognosci potest: cur planta (etsi quandam animæ partem obtineat: & tangibilibus afficiatur, caleseat, frigescat, humectentur, arescant) non sentiant. Nā homo (quæ ad sentiendum requiritur) mediocritate non habent: neque rerum sensibiliū formas sine materia apprehendunt, sed eas cum materia obtinent. ¶ Quæstio. An aliud à sensu pati possit à sensibili: ut aliud à visu: patiat à colore, aliud ab auditu, à sono, aliud ab olfactu: ab odore, & ita in cæ-

Duobus teris? ¶ Responsio. A sensibili ut sensibile est, quemadmodum modis quæ dum à visibili ut visibile, ab audibili ut audibile, odoratumque pati àibili ut odorabile: nihil aliud à sensu patitur. Non enim à sensibili, colore ut visibile est, quicquam, nisi visus, patitur. Est enim

Excellent  
sensibile  
corrumpit  
sensum.

104

105

106

107

color, vt visibile, prout est à visu perceptibile. Itidem à sono vt audibile est: solus auditus patitur. Quod autem tot nitro discinduntur ligna & lapides: hoc nō facit sonus, sed spiritus cum sono elusus. Et ita de odore & sapore. Patitur tamen planē ab ipsis, non vt sensibilia sunt: sed vt sunt affectiones, passionēve quædam. vt aer aliquid passus spirat & olet, odoratuq; capitur. Hinc fit, vt videre, audire, olfacere, gustare, tangere: non sit, his passionibus affici atq; pati, sed ipsis aliquid affectum sentire.

¶ Paraphraseos in secundum de Anima, Finis.

PRIMI CAPITIS PARAPHRASEOS in tertium de Anima, Annot.

¶ Sedes sentiendi organum. ¶ Magnitudo, res magnitudinem habens.



Iertius liber de Anima cōtinet tredecim capita. Primū duas cōclusionēs. vnū corollariū ad primā, vnā quæstionē, & eius respōsiōnē ad secūdā.

¶ Prima conclusio. Nullus præter quinque visum, auditū, olfactū, gustū & tactū, aliū superesse existimāndus est sensus. ¶ Primo, q̃a nos, oēs sensus habemus: & nos, solos quinque nominatos habemus.

Quinque sensus ex teriores res suffice

res. Tametsi em̃ plures tactus posuerimus. quia tamen omnia tangibilia vt tangibilia sunt, tactu percipimus, illos vnus sensus noie censemus. non est igitur aliū à positis quinque superesse existimāndus sensus. ¶ Secūdo. Si aliquis sensus nobis abesset: & aliquod nobis sentiendi organū abesse oporteret. At verò nobis nullū deficere apparet. Nam organi corpus, vno aut pluribus elemētis cōstat. Ex humore autem, cōstat pupilla & visus, ex aere, auditus, olfactus verò, p̃miscuus: nūc ex hoc, nūc ex altero est. nā aquatiliū odoratus ex aqua: exterorū, ex aere. ignis, nullius est: sed omnīū cōmunis, omnibusq; contēperatus habet. q̃ nihil præditū sensu, calore vacet. Ex terra etiā nullū est organū: q̃ ineptissima sit ad sentiendū: maxime tamē tactui est im̃mixta. nullū igitur videtur nobis deficere sentiendi organum. ¶ Corollariū. Hinc fit, vt extra aerem & aquā nullū



sit sentiendi organum. Aquatilib<sup>9</sup> enim ad percipiendos colores, sonos, & odores sufficit aqua: & terrestribus, aer. Et vtrūq; vtriusq; cōmune est & idoneū. & nō modo homines omnibus sensib<sup>9</sup> & omnīū sensuū sedibus pollēt: sed & animalia pfecta omnia & nō aliquo mēbro capta imō & talpa oculos habere vidēt sub cute latētes. si igitur prāter quatuor elemēta & quæ ex his concreta sunt, nihil sensibilem existat: nullus pfecto sensus, nullaq; sentiendi sedes deficere vidēt.

Sensibilia  
cōia.

¶ Quarta. Non existimare oportet; vllū deficere sensum, cōmunibus sensibilibus deprehendendis aptum: eaq; quolibet positorū sensuum per accidens deprehēdi. ¶ Cōmunia sensibilia sunt, vnus, numerus, magnitudo, figura: motus & quies: quæ falsum est à quolibet positorū sensuum per accidēs deprehēdi. Nam magnitudo visui speciem suā imprimit, oculumq; mouet: quare & figura. Est enim figura magnitudo quædam. Et vnusquisq; sensuum: vnum & numerū proprii sensibiles, continui priuatione dinoscit. & motus, vt magnitudo cognoscitur. & quies: motus priuatione. Non itaq; deest: quo sensibilia cōmunia per se cognoscantur. Non necessarius igitur quicunq; alius pro ipsis deprehendendis assignaretur sensus: & haud secus atq; ab eo deprehenduntur.

Quicq; p  
accidens:  
duplici  
ter sentis  
ri.

Non igit alius existimāndus est deficere sensus. Vnde quæ per accidēs sentimus: forma, specieq; sensum non afficiūt. Fitq; id duobus modis. Primo. quomodo dicimus non sentire Cleonis filiū: non quia filius sit Cleonis, sed quia albus sit, cui accidit esse Cleonis filius. Secūdo. quomodo singulis sensus, sensibilia reliquorū sensuū sentire dicerentur. non quidē ipsorū ratione: sed quia omnes in vno cōmuni (de quo futurus est sermo) cōueniūt. Exempli causa, aliquis fel flauū vidit: quod seorsum gustauit & inuenit amarū. ideo viso atq; inspecto flauo: putat esse amarū. Et huiusmodi iudiciū non tam visus est: q̄ cōmunis interioris sensus. nō em̄ est aut gustus aut visus, talia vnū aut plura esse iudicare, discrimenq; internoscere. Clare igit dī lucet plures sensus q̄ quinq; esse nō posse. ¶ Quæstio. Sed quæret aliquis. Cur natura plures ordinauerit sensus, non vno sensu cōtenta; quo omnia sensibilia vt cōia discernere

ret. ¶ Nos huic quæstioni hanc adhibemus responsionē, Cur sint Quo sensibilibium differentiarū nobis perspectiores, exploras plures tioresq; habeantur: & quo sensibilia propria magis à cōsensu, mūibus cognoscantur differre, sitq; distinctionū rerum maior certitudo. Si enim solus esset visus, & hic albi: magis nos lateret albedinis & magnitudinis diuersitas (quia se mutud sequuntur) quā cū alio quoquā sensu magnitudinem percipimus, quo non percipimus albedinē. ita si omniū esset vnus sensus: non vsque adeo explorata esset eorum diuersitas, & hæc vel sola ratio sufficere potest.

## SECVNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Idem esse, actu sonum & auditionem: de sono intellige citra materiam in auditu suscepto, & non de eo qui foris euagatur. ¶ Sensus, sensatio, visus, visio, auditus, auditio. ¶ Sensus actu: nomen actus, vt auditus actu. ¶ Sensus potentia: nomen potentiarū. ¶ Indiuisibile, indiuisibile numero, vnum numero. ¶ Ratio, proportio.

**S**ecūdam cap. cōtinet sex cōclusiones, duo corollaria ad secūdam, vñ corollariū ad quartā: vñ instantiā, & eius solutionē ad sextā. ¶ Prima cōclusio. Dubitatio existit nec immerito: cū sentim⁹ nos videre, & audivere, an id eodē sensu percipiam⁹: an alio? ¶ Nā si alio dixeris: eiusdē obiecti duos sensus facies, eū scilicet qui primo obiectū (vt colorē) intuetur: & eū qui primū sensum, colorē intueri iudicabit, qui vt primus: colorē apprehēdet. Fieri em̄ nequit, vt sensus aliquis, visum, colorē apprehendere iudicet: qui pariter nō apprehēdat & colorē. & ita de auditu & cæteris. Et si fuerit alius, vt posuisti: cur non erit iterū qui de ipso secundo iudicet? & iterum alius qui de tertio: & hoc abeat in infinitū? aut tādē decumbatur in aliquo: qui seipsum cognoscat, quod si sic: cur prim⁹ eadē ratiōe seipsum nō sentiebat? Sed esto dicas modo nos nō alio sensu sentire: vt videre, & percipere nos videre. Primo, hoc ingeret difficultatē, quod idē sensus sentiet seipsum. Secundo, quod à visu percipitur, color est aut colore affectum, est em̄ color, eius propriū obiectū. si igit̄ percipit se videre: & eius visionem, colorē, aut coloratū esse oportet. Tertio, nō eodē modo semp̄ discernit visus. Nam discernit

nit lumen: specie suscipiendo, tenebras itidē discernit: sed nihil suscipiēdo. Nonne igit̃ sentit se sentire tenebras: cū nihil sentiat? Hæc nimirū dubitationē ingerūt: qđ potissimū hac in parte sit sentiēdū. ¶ Secūda. quod sentit, vt qđ cor 6 lorē perspicit: aliquo pacto sensibili vt colore delibutum affectumq; est. Nam instrumētū omne quo sensus administrat̃: sensibiliū formas (vt iā dictū est) sine materia recipit, vt colorē, vt sonū, vt odorē, circa materiā. Est igit̃ qđ sentit: quodāmodo sensibili delibutū atq; affectū. ¶ Primum corollariū. Hinc euenit, vt sensibilib⁹ remotis, sensationes 7 in sensib⁹ aliquādiu pdurare videant̃. ¶ Nam huiusmodi species citra materiam susceptæ: aliquādiu absentib⁹ suis obiectis residues pmanēt, sitq; (his pdurātib⁹) sensatio. Nā rei sensibilis actio, sensatioq; vna eademq; est, esse autem, non idem. vt idem, actu sonus, & auditus actu. nō autem ididico de auditu potētia (sit enī, vt qui talē auditū habeat nō audiat) & neq; de sono potentia. quod enim talē sonū habet: non idcirco sonū elicit. cum autem aliquid sonum elicit, auditusq; sit actu: alterū sonationem, & alterū auditionem dicimus. ¶ Secūdum corollariū. Fit iterū vt sonus actu & auditio: in eo sint quod patitur, & quod potentia tale est. Nam motus, actio & passio: in eo est quod patitur ac mouetur. Et sonus actu siue sonatio: sonantis est actio. Auditus verō actu siue auditio: eius quod audire potest, passio. Sunt igit̃ sonus actu, & auditio, in eo qđ patit̃, & qđ potētia tale est. Agētis enī & mouētis operatio, in eo sit quod mouetur. Quo fit, vt quod mouet: non oporteat motu moueri. ¶ Tertia. Veteres naturæ interpretes haud 8 fanē asseruerūt, colorē sine visu, & sonū sine auditu (& ita

Duplicē in ceteris) esse nō posse. ¶ Nam cū sensus sit duplex: actu, eē sensum & potētia. ita sensibile duplex est: actu, & potētia. Et quili pariter & bet in particulari sensus, itidē duplex: & particulare sensibile, duplex. vt visus actu, visus potētia, audit⁹ actu, audit⁹ tus potētia, olfactus actu, olfactus potētia. ita de gustu & tactu. Sensibilib⁹ verō aliquibus noīa posita sunt. vt in auditu: son⁹ & sonatio. in olfactu: odor & odoratio. In visu nō habem⁹ quomodo à calore nomē actus deriuem⁹: nec in gustu nomen gustus à sapore. Modo, quāuis actu sensu

Qudd ab  
fente sens  
sibili fiat  
sensatio.



bile, sine sensu esse nō possit: id tñ de sensibili potētia, vt colore, odore, sapore, perperā assereretur. Nō itaq; simplici tereorū sententia, sensibile sine sensu esse non posse, propria

9 banda est. ¶ Quarta. Qui sensus, rationes quasdam, proportionales, harmoniasq; asserunt, haud irrationabiliter loqui videtur. ¶ Nā cū vocū sint harmonix & cōcentus, colorū: picturæ: odorū: pigmenta atq; fragrantie, & sensus vt auditus nūc sit sonus, nūc verò nō: aliquādo sit cōcentus & ratio. & ita de visu, odoratu, & cæteris. Et cum ea quæ moderamen, proportionemq; excellūt: sensus corrūpant, vt exuperās graue & acutū: auditū, nimīū splendidū, & tenebrosū: visum, vehementer & grauiter olens siue dulce siue amarū: olfactū, nō ab re dictū esse videtur: sensus,

10 rationes quasdam, proportionalesq; esse. ¶ Corollarium. Quapropter sensibilia syncera atq; simplicia (vt simplex acutum, graue, dulce, salsum) cū adinuicem miscentur, bonaq; proportionē temperātur: sensui iocundiora, atq; delectabiliora sunt. vt auditui delectabilior cōcentus: q̄ simplex graue aut acutū. Et tactui: calido, frigido, humido, & sicco temperatū, rationemq; habēs: amicū est & iocundū. Simplex aut aut calidum aut frigidū: non. Sensus

11 enim in quadā ratiōe, proportionēve consistit: quā exuperantia dolorem asserens, corrumpit. ¶ Quinta. Alterū sensum qui diuersorū sensuū sensibilem differentias diiudicat: esse oportet. ¶ Nam vnusquisq; sensuū (de quibus haecenus egimus) est vnus sensibilis obiecti: cuius differentias in sua sede discernit ac iudicat. vt visus: albi & nigri. auditus: acuti & grauis. olfactus & gustus: dulcis & amari. Atqui sensibilia, albū & dulce: vi quadā sentim<sup>9</sup> differre. nō aut visu. nā dulce non apprehendit. neq; gustu: quia non apprehendit album, est igitur alter sensus illorū discerniculum & differentiā apprehendens: vt sensibilia sensu (quāmodū rationabile est) internoſci, discerniq; dicantur. Estq; is sensus: interior, occultiorq; q̄ tangēdi sedes. Malè itaq; putaretur, vltimā carnem esse tangēdi sedem, quæ tangendo discerneret. ¶ Sexta. Sicut vnus sensus est, qui iudicat albū differre à nigro: ita & vnum sensum (qui huiusmodi differentias discernit) esse oportet. ¶ Nam si

diuerſe ſint vires, quare altera hoc apphēdat, altera verò il-  
 lud: nullū diſcimē inter ſenſibilia cōſtituere poterūt. nō ſe-  
 cus aſi tu clā me aliqd pceperis, ego vero clā te alter pce-  
 perim: nō fieri pōt vt ab vtroq; noſtrorū, neq; ſimul, neq;  
 ſeorſum que apphēſa ſunt cognoſcātur, diuerſa ac euariā-  
 tia. Sed vnū eūdēq;, q; vtrūq; cognoſcat, eſſe oportet. Neq;  
 igit ſenſibilia à diuerſis ſenſib⁹ apphēſa: ſed ea diſcernēs  
 & iudicās eſſe diuerſa, vnū eſſe oportet. Sicut igit vn⁹ ſen-  
 ſus iudicat albū à nigro diſſerre: ita & q; iudicat albū diſ-  
 ſerre à dulci, vn⁹ erit. Et nō modo ſenſus ille, vn⁹ eſt: ſed &  
 ſimul tpe diuerſorū affert iudiciū. & duo vt pulchrum &  
 amarū, malū & bonū iudicat: nunc eſſe diuerſa, & nō per  
 accidēs, quia nūc dicat: eſſe diuerſa. ſed dicit eſſe nūc diuer-  
 ſa. Quo fit, vt vnus inſeparabilis, & tpe inſeparabili: di-  
 uerſa diſcernat. ¶ Sed inſtabis. Impoſſibile eſt, idem & in-  
 diuiſibile, & tpe indiuiſibili, motibus agitari contrarijs:  
 dulce aut & amarū ſenſum mouēt motibus cōtrarijs, pari-

**Obiectio** ter & albū & nigrū. Non igitur ſimul illa iudicat. ¶ **Dic-**  
**nis ſolu-** mus ſenſum vnum eſſe & numero impartiabile: & tēpus  
**tio,** in quo ſentit: ipſum tamen rōne eſſe diuerſum, & ſic vno  
 modo vt nūero: indiuiſibilis eſt. altero verò modo, vt rō-  
 ne: diuiſibilis. Sed hoc nō ſatis eſt. Nā idem numero (etiā  
 rōne multa ſit, varieq; diuiſibilis) ſimul albū, pariter & ni-  
 grū eſſe nō pōt. ¶ Proinde ipſum numero inſeparabile, in  
 diuiſibile, & vnū eſſe dicimus, ſimilemq; circuli centro: ad  
 quod vndequaq; ex circūferētia, lineę dirigūtur. Ita quoq;  
 is ſenſus (quē cōem & aliorū principē noiare poſſumus)  
 aliorū ſenſuū vt centrum eſt, & vndequaq; ex vnoquoq;  
 ſenſu, ſenſibiles ad ipſum diriguntur lineę. qui vnus &  
 idem manens: apphēdit, dijudicat, & diſcernit. Quō em̄  
 diuiſibilis, diuerſas apphēdēs lineas: vt varia & diuer-  
 ſa apphēdit. quo verò vnus, & numero indiuiſibilis: ea-  
 dem planē vt vnus apphēdit, & apphēſa diſtinguit.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

**Quid po-** ¶ Semper vera potentia dicitur: quę ſemper ſux opera-  
**tentia ve-** tioni, rei correfpondentiā habet. ¶ **Falſa:** cum rei cor-  
**ra.** ſpondentia deſt. ¶ **Senſus,** ſenſus exterior. ¶ **Phospho-**  
 tos, lumen, inde deducitur phantaſia.

**T**ertiu cap. cōtinet vnā quæstionē, antiquorū respō-  
sionē, tres cōclusiones: tres rationes ad primā par-  
tē primæ. & duas rōnes ad secundā, quinq; ad pri-  
mā partē tertiæ. & duas rōnes, vnum corollarium.

Phātafix diffinitionē, declarationē, duo corollaria, differē-  
tiā sensus & phātafix. & quæ aīalia natura phātafix regit.

**13** tur post quartā partē eiusdē. ¶ Quæstio. Cū anima motu  
secundū locū, sensu, discretionē, & intellectu maximē di-  
scernatur an intellectus à sensu discrimen patiatur. ¶ Et  
planē antiquorū sentētia est, ipsa nō distare, & intelligere,  
sapere & sentire: idē esse. Canit enim Empedocles,  
Sic homini vt reliquis augetur adusq; voluntas;  
Hinc homini semper mens & sapientia crescit.  
Et Homerus.

Talem animum planē mortalibus esse necesse est,

Qualem quotidie: primo Deus efficit ortu.

Et hi, intelligere & sapere perinde atq; sentire: credūt esse  
corporis, & simile (vt superius dictum est) suum pernosce

**14** re simile, ¶ Prima conclusio. Non idem est, sensus & in-  
tellectus: neq; cognitionis sufficientē causam adhibuerūt.

¶ Nam cum animal plus sit in errore q̄ sciētia: dicere des-  
buerunt vnde error & deceptio cognoscendarum rerum

nascatur. & siue negauerint esse deceptionem vllam, dise-  
rintq; quæ apparēt omnia, vera esse, siue deceptionem fa-

teantur ex dissimiliū contactu: absonū utrūq; videbitur.

nā qui vnū contrariorū cognoscit: cognosce & alterum,

& qui circa vnū errat, errabit & circa alterū. Contrariorū

enim sciētia eadē, idemq; error habetur. & quidd alterum

sit sensus & intellectus: statim cognitū est. ¶ Primo, quia

omnibus animalibus adest sensus: intellectus verd, per q̄

paucis. ¶ Secūdo, intelligēdo: rectē percipimus & non re-  
ctē, & eiusmodi recta perceptio: prudētia, scientia, & opī-

natio vera dicitur. nō recta verd cōtrarijs nominibus. At

propriū est sensus: vt semper sit verus, & omnibus aī-  
stis animalibus, ratiocinatio autem, plerūq; falsa est.

¶ Terrio, cuiuscūq; intellectus adest, eidem adest & ratio-  
cinādi virtus, & cui illa nō adest, neq; eidē intellectus ad-  
erit. Atqui cōplura sunt animalia quibus ratiocinādi vir-

Sensus &  
intellectus  
differūt.



Phātaſiā tus abeſt. aberit igitur & intellectus. Non itaq; idem erit, ab exiſti- ſenſus & intellectus, ſentire & intelligere. ¶ Secunda con-  
 matione cluſio. Imaginatio (quā & phātaſiam nūcupamus) ab exi-  
 diſſerre. ſtimatione altera eſt. ¶ Primo. quia imaginatio, in noſtra  
 poteſtate ſita eſt. vt cū volumus: quæ lubet eſſingam⁹. quē  
 admodū facere ſolēt qui pro ſaluāda memoria imagines,  
 ſimulacraq; qualia volunt, & quādo volūt, ſibi præſentia  
 ſingūt. Exiſtimare verd, minimē in noſtra ſitū eſt ptāte cū  
 volumus: ſed cū id aut verū, aut falſum eſſe deprehēdim⁹.  
 ¶ Secūdo. cū exiſtimamus malū aliquod aut terribile no-  
 bis futurū: cōturbamur. & ſi ediuerſo bonū aliquod aut  
 præſidiū: cōtrario motu mouemur, atq; confidimus. Sed  
 cū talia imaginamur, ſingimusq; præſentia: nō hūc in mo-  
 dū turbamur, paſſionib; ſue afficimur, pinde vt neq; no-  
 bis talia repræſentante pictura moueremur. Nō eſt igitur  
 phātaſia, exiſtimatio. cuius prudētia, ſciētia, opinio vera,  
 & eorū cōtraria: ſpecies ſunt & differētix. de qbus exactē  
 diſſerēdi alius requiritur locus. ¶ Tertiā cōcluſio. Imagis  
 natio: neq; ſenſus, ſciētia, intellectus, neq; opinio eſt. ¶ Nā  
 imaginationē, qua phātaſmata ſimulacraq; rerū ſola in no-  
 bis efformamus, & nō alia quacūq; nominis trāſlatione,  
 ſumimus. Quæ quodd nō ſit ſenſus, oſtēditur. Quia ſenſus:  
 aut potētia, aut operatio eſt. vt viſus, & viſio. At imagina-  
 tio: neutrū horū eſt. Senſus em̄ potentia nō eſt: quia is ſem-  
 per a deſt. nō aut: imaginatio. Neq; quidem ſenſus actu &  
 operatio. ¶ Primo: quia inquiete & ſomno, imaginatio  
 a deſt: non aut ſenſus operatio. ¶ Secūdo. oībus animalib;  
 bus operatio ſenſus cōuenit: non aut imaginatio, vt apī,  
 formice, vel vermi. ¶ Tercio. operationes ſenſuū ſemper  
 veræ ſunt. imaginationes verd, plurimū falſæ. ¶ Quarto.  
 cū exactē circa præſentia ſenſibilia intēdimus, atq; ea per-  
 fectiſſimē ſentimus, nō dicim⁹ nos imaginari: ſed ipſis aut  
 abſentibus aut eminus & dubiē apparētibus. non eſt igit  
 ſenſus. ¶ Quinto. quia clauſis oculis, iā viſa imaginamur:  
 quæ tñ neq; videmus, neq; alio quoq; ſenſu ſentimus. Nō  
 eſt igitur imaginatio: ſenſus. Et quodd non ſit ſcientia aut  
 intellectus, ſic cognoscitur. Scientia nanq; & intellectus:  
 ſolorum ſunt verorum. Atq; imaginatio & phātaſia, vt

plurimū falsorū est. Neq; quidē erit opinio. ¶ Primo. quia opinionē sequit̃ assensus & fides: nō autē; imaginationē.

¶ Secūdo. opinio psuasioni annectit̃: psuasio autē; rationi. Est em̃ opinio, quædā cū ratione assensio. Nō aut̃ de imaginatione ita est. Feris em̃ quibusdā imaginatio inest: quib

- 17 bus nulla præstō adest ratio. ¶ Corollarium. Vnde fit, vt imaginatio nō sit semp̃ sensui cōiūcta, semp̃ve cōiūcta opinioni: aut vtriusq; sensus & opinionis cōnexio. nā illa sensus & opinionis cōnexio, eiisdē esset obiecti. Fieri em̃ nequiret vt esset diuersorū: vt opinio boni & sensus albi. Sed pfecto hæc cōplexio accidit. Nam eiisdē rei plerūq; accidit opinionē sensui discrepare, & verā esse: sensus iudicio existēte falso. vt videtur sol pedaneus: & opinatur sol maior terra. & verē quidē. quæ igit̃ ex hac opinione vera & sensu falso cōnexio erit: Si fieri debeat: aut re salua q̃sp̃ verā sui reiiciet opinionē, aut opinioni nouæ assentiet sensus. quæ si prima manet: eiisdē nō modo erit vera & falsa

- 18 opinio, sed eadem vera & falsa. ¶ Phantasiæ & imaginationis diffinitio. Cum imaginatio nihil eorum (quæ dicta sunt) esse possit: talis ei aptari poterit diffinitio. Imaginatio, motus est à sensu actu, in cōmuni sentiēdi potestate factus. Cum enim sensus mouetur à sensibili, sensus motus mouet interiorē potestātē simili quo mouetur motu, atq; simile vestigiū ex apta interioris potētix dispositione impressum relinquit. & talē interioris potētix motū, phantasiā nūcupamus.

Quid  
phantasia.

- 19 ¶ Primū corollarium. Hinc perspcctū est, phantasiā sine sensu fieri non posse: sed eā sensum habentibus & sentientibus, accidere. ¶ Secundū. Fit etiā, vt phantasiarū vera sit aliqua: & aliqua, falsa. ¶ Nā pendet ex sensu: qui priorū obiectorū semper verus est, aut vt paucissimū falsus. & qui circa proprijs sensibilibus accidetia, vt numerum, magnitudinē & cōmunia sensibilia: plerūq; fallitur atq; errat. Sensus enim, iudicando esse album, non mentitur. sed iudicando hoc vel illud esse album, vnum vel plura, magnum vel paruum, longē vel propē: etiam crebro decipitur. quare & aliqua phantasia, vera erit: & trib⁹ mod⁹ aliqua, falsa. Et accidit eam in tribus esse falsam. Primo, dis iudicando propria; vt album in absentia & longē à tem⁹ falsam,

Phantasiā

pore sensus. Secūdo. iudicando hoc vel illud esse album; Tertio. iudicando de cōmunibus, propria sensibilia consequentibus. ¶ Et in his tribus differt à sensu. Nam sensus illorum solum præsens, & quasi in prospectu est. Phantasia verò: & præsentiū, & absentiū. & magis circa absentia errat, atq; fallax est. Et quia visus, perspicacissimus sensus est, qui sine lumine percipere non potest: hæc interior potentia, eiusq; operatio, à lumine nomen phantasia sortita est. est enim, vt latēs interior oculus & sensus. Et vt finem verbis faciamus, quia imagines diu seruat, estq; sicut perpetuus sensus: pleraq; animalia, illa vi ducuntur, suasq; exercent operationes, quia superiorem non habent, vt belux. Alia verò animalia, vt homines, qui superior rem habent virtutem: aliquādo etiam ob impedimentum, vt morbum, aut somnium, phantasia rapiuntur, imaginationemq; sequuntur. Sed quid phantasia, & quomodo do animalibus accidat: satis dictum putetur.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Esse, species, forma, ratio, qd' quid erat esse. ¶ Ea quæ rationes sunt: ipsa cōcreta, tota, atq; cōposita. ¶ Magnitudo: res magnitudine prædita: vt caro, os, neruus. ¶ Speculatiua sciētia, intellectio. ¶ Scibile actu, intelligibile actu.

**Q**uartū cap. cōtinet quinque cōclusiones. vnū corollariū ad secūdā. duo ad terciā. vnū corollarium. duas quæstiones, & earū solutiones ad quintā. ¶ Prima cōclusio. Cōsiderādū se offert de parte animæ qua contēplamur, cōsultam<sup>9</sup> atq; discernim<sup>9</sup>: an à cæteris loco & magnitudine disclusa sit, quomodo fiat intelligere: quòve pacto ab imaginatiōe differat. ¶ Nam tātūlo determinato: penē vis illi<sup>9</sup> animæ natura deprehensa erit, quā præ cæteris cognoscere opere precium est. ¶ Secūda. Intellect<sup>9</sup> ab intelligibili patitur. ¶ Nam vt sensus ad sensibile: & intellectus ad intelligibile pari pportione respōdet. Patitur autē (vt iam cognitū est) sensus à sensibili. Patitur igitur & intellectus ab intelligibili. ¶ Corollarium. Quo fit, vt eius id impassibile existat: illud verò passibile, specierū susceptiuū, & potentia tale, qualia sunt actu intelligibilia. Nam vt sensus ad sensibilia; ita intellectus



et ad intelligibilia. Sensus autē, id impatibile est, sensationis effectiuū, id verò, passibile sensationis susceptiuum.

- 23 **Tertia.** Neq; male p̄bādū est Anaxagoræ dictū: intellectum esse immixtū, nullāq; natura speciē certā, determinatam, p̄cipuamq; habere. **Recta** **Anaxagoræ snia.** Sic enim fiet vt facillime oīa cognoscat: qui omnīū species potentia retinet, nullā intus p̄p̄iā retinēs, quæ extraneas & aduētitiās excludat. Intus p̄fecto apparēs, phiberet extraneū: alijsq; obstrueret aditum.
- 24 **Primū corollarium.** Vnde fit iterū, vt cū ante intelligere nihil eorū actu habeat quæ intelligit (est enim purus immixtusq;) duplicis se p̄dat esse naturæ: cuius hæc agēs, hæc passibilis nuncupari potest, & de eo loquor quo aīa intelligit atq; cōtemplatur, & nō de imaginandi virtute: ad quā nō nunq̄ intellectus trāsfertur vocabulū.
- 25 **Secundū corollarium.** Quo rursus recte euenit: vt intellectus nō etū suas admisceatur corpori. **Intelle** Nam eius instrumētū, organumq; ī organo (quia corporeū) nūc calidū, nunc frigidū, vt sensuū orga corporeo na, fieret, essentq; talia intellectiōibus impedimēto: perin operatio de atq; plerunq; sensibile sensationibus, nihil autē tale est: nes non sed, quemadmodū nonnulli probē dixerunt animā locū, exercere, sedemq; esse specierum, non totam: sed intellectiuam qua possibilis est, & non quidē actu natura: sed potētia, vt dictum est.
- 26 **Quarta.** Non est sensus & intellectus, similis passibilitas. **Intelle** Nā sensus maiore sensibili occupat⁹, vt fortī colore, sono, aut odore: alia nō videt, audit, aut odorat. Intellectus autem, etsi excellentius quicq̄ contemplatus fuerit: non minus intelligit infima. Et id certē organorum diuersitas p̄stare videtur: q̄ sensus non sine corpore sentiat, intellectus vero separatus sit, suas in corporeo functiones atq; operatiōes absoluēs. Et intellectus cū factus fuerit in actu, vt sciens (hoc enim tūc est per se cōtemplari & cōsiderare, potest) seipsum potest intelligere: qui tātū adhuc sit in potentia, completior tamen, absolutiorq; est, atq; bona dispositione iutus. At priusq̄ quicq̄ inuenerit
- 27 aut didicerit: non ita fieri potest. **Quinta.** Sensus & intellectus iudicandi virtus: altera & altera est. **Intelle** Nam sensus iudicat calidum, frigidum, & ea quorum ratio quædam est, intellectus autem non modo illa: sed eorum esse

atq; essentias. Aliud enim est magnitudo: & aliud, magnitudinis esse. vt aliud, aqua: & aliud, aquæ esse. & caro: & carnis esse. & simus: & esse simi. & ita in multis alijs. at nō in omnib<sup>9</sup>: sed in quibusdam idem est. Et intellectus esse carnis & carnem vt alio aut aliter se habente discernit: sicut circūflexa linea se se aliter habet ad seipsam rectam: aut vt alio esse carnis, req; ipsa à carne separato. & ita in alijs. Et in ijs in quibus abstractione vtimur, vt in recto & curuo: duplici intellectu vtimur. vna vt in simo: & vt simul cum continuo & materia apprehēdimus. altera verò, sine materia. est enim alterū: qđ quid erat esse recti: & rectū. Et cū intellectu totū cōcretū & cōpositū intelligit: intellectio, vt cōposita & vt dualitas est. cum verò formam: simplex, & vt vnitas. & ad primam & cōpositiorem intellectu adnuculo sensus vtitur: secundam verò propria virtute nixus operat<sup>r</sup>. ¶ Corollarium. Vnde fit, vt quo modo res se<sup>18</sup> parabiles sint: eo modo eas cōtempletur. si enim omnino abiunctæ sint: omnino materiā à sua contemplatione reiicit, si non re ipsa: neq; re ipsa seiūctas intelligit, sed sola ratione atq; cogitatione præcidit. ¶ Prima quæstio. Si intellectus simplex est & impassibilis, nullam speciem & formā (vt dixit Anaxagoras) retinēs: cū intelligere sit quodam pati, quomodo intelliget igitur? ¶ Responso. Vtriusq; & agere & pati, ipse intellectus aliquid cōmune. vt em̄ agens, agit: & vt passibilis, patitur. ¶ Secūda quæstio. An intellectus sit intelligibilis? si enim seipsum per se & sine specie intelligat: cur & de alijs non ita futurum sit? & alia per se intelligat? Si verò mixtus, speciemq; habens se intelligit: igitur aliquid habebit quod ipsum (sicut cætera) facit intelligibilem. ¶ Responso. Diximus ipsum prius secundum aliquid pati: & esse potentia quodammodo intelligibilia, actu verò priusq; intelligat, nihil. Quemadmodum tabula: in qua nihil actu scriptū est. Hinc ipsum (vt cætera intelligibilia) intelligibile esse dicimus. Et in seiūctis à materia idem est intellectus & quod intelligitur: vt idem spectatiua scientia & actu scibile. Non tamē semper noster intellectus intelligit: nam non semper factus est in actu vt sciens, & per se considerandi virtutem habens.

In ijs verò formis quæ materiæ addiæ sunt & coniunges; non idem esse potest intellectus & quod intelligitur, est enim intellectus sine materia. Talium tamè vt intelligibilium potentia, intellectus est; & earum vnaquæq; reuera erit intelligibile.

# QVINTI CAPITIS ANNOT.

Intellectus potentia, intellectus possibilis, passibilis, patiens. Abiunctus: à materia. Impassibilis: quia nihil vnq; in se recipit. Immixtus, nullam rerū speciem in se tenens, hoc enim impassibilitatem cōsequitur. Id verè est: cui? substantia fluxa nō est, dissolubilis atq; deficiēs vnq;. Intellectus qui vere est: intellectus rationalis. Intellectus quo reminiscimur: intellectus sensualis, imaginatio.

**Q** Vintū cap. cōtinet vnā conclusionē, septē intellectus agentis proprietates, & vnā vtriq; & agentis & patientis cōem, vnā quæstionē, & eius solutionē. Cōclusio. Intellectus, duas actus & potentia obtinet differentias. Nam quæcunq; natura fuit: eorū aliquid vt materia est, ad omnia quæ in illo genere fiunt, potentia, aliquid verò forma; illorū (quæ fiunt) effectiū principii. Ita igitur erit in anima, atq; has aptare cōueniet differentias. Est enim intellectus hic, in omnia fieri & omniū intelligibiliū potentia: vt in sensibilibus omniū sensibiliū materia, hic verò, in omnia facere, intelligibiliūq; omnium effectiū principium, vt omnium rerum naturalium formæ & actus. & hunc, intellectum agentem nūcupamus: illum verò, intellectū potētiæ. Et intellectus agēs, rerum notiones in intellectu potētiæ inducit: vt habitus & species, & vt lumen. Quomodo enim lumen existētes colores actu facit, ita intellectus agēs susceptis materialibus & singularibus notionib⁹, eas distinguit, distinctasq; apparere facit. Et notiones vniuersales, nunc has, nunc illas efformat: quæ nunq; sine ipso (vt neq; sine lumine colorum varietas) apparerēt. Septem intellectus agentis proprietates. Est abiunctus, impassibilis, immixtus, eius substantia est actus, intellectu potētiæ honorabilior est (est enim agēs, honorabilius patiente: & species & forma, honorabilior materia) idem intelligēs & intelligibilis: vt

Intellectū  
ex actu &  
potētiā cō  
stitui.

Intellect⁹  
agētis p<sup>o</sup>  
prietate.



scientia actu & quod scitur, est intellectu potentie tempore posterior, q̄ nō q̄primū est intellectus potentie: intelligat, & cū tunc non intelligat: postea intelligit tamen oīno posterior est: neq; quidem tēpore. Nam substantia semper adest, actione verò non semper. Et intellectus solum id separabile est: quod verè est, atq; id solū immortale atq; perpetuum. ¶ **Quæstio.** Cur post mortem nō reminiscimur? 33  
 ¶ **Responsio.** Intellectus qui separatur: verè est impassibilis, nullaq; dissolubilis morte. is verò quo reminiscimur, & sine quo anima non reminiscitur (modo cum liceat vocare intellectum) passivus est, morteq; dissolubilis. Hinc merito post mortem non reminiscimur.

#### EX TI CAPITIS ANNOT.

¶ **Verum & falsum,** propositionum passionēs. ¶ **Intellectus potentia,** intellectus actus. ¶ **Tempus** indiuisibile, atomus, indiuisibile temporis.

**Prima in intellectu operatio.** Extū cap. continet duas operationes intellectus, tres modos indiuisibilis, & vnū corollarū. ¶ **Dux intellectus operationes.** ¶ **Prima.** Primū intelligit simplicia, quæ decē prædicamentorū gñibus sunt digesta: circa quæ nō est verū aut falsum. ¶ **Secūda.** Est simplicium compositio: vt ex quibus fiat vnum. Componit enim simplicia intellectus, non sicut aceruum: sed taliter vt ex ipsis simplicibus notionibus dissociatis atq; discollectis vnum efficiat, similisq; est ei membrorum compositioni, quam Empedocles cecinit à cōcordia factam. Sicut enim apud Empedoclem non omne membrorum in vnum congestum componit animal: ita neq; omnis notionum congeries facit compositionem. Et hæc compositio, vera est: vt qua componitur diameter asymmetro, hæc verò, falsa: vt qua componit diametrum symmetro. Et iterum compositio, hæc præteritorum est: qua intellectus res ipsas factas, genitusq; intelligit. Hæc præsentium: qua res ipsas intelligit vt præsentēs, & quasi præsentī coassistentes atomo. Hæc verò, futurorum: qua res tanq̄ gignendæ & futuræ concipiuntur, vt intellectus apprehendit q̄ Cleon fuit albus, Cleon est albus, quòdve futurus est albus. Et quæ hoc modo coniuncta sunt; contingit negatiue diu

dere omnia, atq; ita intelligere. Cleon nō fuit albus, non  
 est albus, nō erit albus. Est em̄ negatio, diuulsiōni, diuisio  
 35 niq; simillima, & affirmatio, cōpositioni. ¶ Tres indiuisibiles  
 bilis modi. Primo. Indiuifibile est, qd' neq; actu, neq; potē  
 tia diuidi potest. Secūdo. Quod actu indiuifibile est potē  
 tia verd, diuifibile. vt linea, superficies, corpus: & om  
 ne continuū. Tertio. Dicitur indiuifibile; nō secundū quā  
 titatē, sed secundū speciē, vt homo. Et cū intellectus intel  
 ligat indiuifibilia primo, vt immateriales formas: vtrunq;  
 & intellectus & tēpus indiuifibilia sunt. Et cum indiuifib  
 iles secundo, vt longitudinē: tunc actu indiuifibilis est in  
 tellectus: & tempus, indiuifibile. Non enim magnitudi  
 nis hanc partem prius, & illam posterius intelligit: sed totā  
 tam simul. nam tunc non vnam: sed plures intelligeret ma  
 gnitudines. si tamen eam diuellit: pariter diuelleret & tem  
 pus, & in tempore intelliget. Et indiuifibilia tertio: intelli  
 git notione animę indiuifibili, & tempore indiuifibili. Et  
 non intelligimus quomodo voces & vocabula diuiduē  
 proferūt, per accidens tamen intellectiōnem diuiduam  
 esse & non suapte natura, sed vocabuli culpa (quod cum  
 mora, vocisq; protractione effertur) concedere: nihil ap  
 pareat incommodū. Et cū in omni magnitudine & quod  
 secari pōt, insit aliquid impartibile, quod separari nō pos  
 test, & quod vnum & continuum esse efficit, vt pūctus lō  
 gitudinē vnā, & nūc tēpus vnum: huiusmodi impartibi  
 lia vt priuationes apprehendit intellectus. quemadmodū  
 malum & nigrum ex suis quodammodo apprehendit cō  
 36 trarijs. ¶ Corollarium. Quo fit, vt intellectus noster potē  
 tia sit cognoscens. Nam si quis est potentix non nixus,  
 suoq; iunctus contrario (potentia enim actui quodāmo  
 do contraria est) is semper seipsum cognoscit. & eius sub  
 stantia maxime actus est, & propriē maximeq; separatus:  
 rerum priuationes, contraria, & informia haud intelligēs:  
 perinde atq; si oculum fingas semper videntem, & audie  
 tum semper audientem, nunquam hic silentium percipit,  
 ille verd tenebras persentiet nunquā. est igitur intellectus  
 qui priuationes apprehendit, & contrarium ex contrario  
 potentix nixus, suoq; quodammodo iunctus contrario:

Et sicut oculus circa propriū visibile non errat : ita neq̃ intellectus fallitur cum quid simpliciu tractat, vt form as sine materia. At si enunciat, vt si affirmat alterū de altero: sæpe ipsum falli contingit, falsumq̃ dicere. Quemadmodum oculum iudicando hoc vel illud esse album: persepe falli contingit.

# SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

**P**upilla, oculi sphærule per quam visio completur.

Sensus &  
intellectus  
conuenientia,

**S**eptimū cap. cōtinet decē sensus & intellectus conuenientias, atq; cōparationes. ¶ Decē sensus & intellectus cōuenientia, atq; cōparationes. Et si intellectus lōge dignitate sensum antecedit: multa tñ cū sensu cōmercia 36

multasq; conuenientias tenet. ¶ Prima. Sicut sensus potentia, actu sensu tēpore prior est, & idē sensibile actu, & actu sensus: ita intellectus potentia, intellectum actu tempore preuenit, & idem scibile actu, actuq; scientia. ¶ Secunda. Quemadmodū sensus neq; propriē passio, alteratio, motusue est (nam motus, actus est imperfectus. actio aut sensus: absoluta semper, perfectaq; habetur) ita neq; intellectus, passio, alteratio, aut motus est, sed perfectio quædā.

¶ Tertia. Sicut sensus aliquando simplex, vt flauum apprehendit: aliquādo verd alterū cū altero nescit, vt cū flauum apprehendit pariter & dulce: ita intellectus interdū simplicem rei essentiam intelligit, interdū verd eam cū altero nescit, & dicit eam pulchram aut bonam esse. ¶ Quarta. Sicut sensus cū solam flauitē apprehendit, neq; appetit, neq; fugit: cum verd coapprehendit dulce aut amarū, protinus appetit, aut fugit: hūc in modū intellectus solam sanitatis essentia neq; prosequit, neq; fugit, sed simul atq; sanitatem cū bonitate iunxerit: prosequitur. Quantū enim voluptas in sensu: tantū bonitas operatur in intellectu. & quantum in sensu dolor, tantū potest in intellectu malitia, vt enim sensus voluptate trahitur, refugitq; dolore: ita intellectus, bonitate rapit, malitiamq; repellit. ¶ Quinta. Sicut in sensu appetituum aut fugitiuum, a sensitiuo aut a se inuicem seiuncta non sunt sed esse, solaq; ratio altera est: itidem & in intellectu, prosecutiuum, refugitiuumq;. ¶ Sexta. Quemadmodum cum sensus



sensibilia vt voluptaria apprehendit, prosequitur: cū ve-  
rò tristia atq; dolorifica, fugit: ita quoq; cum intellectu-  
ali animæ quædam simulacra (quæ phantasmata dicuntur)  
assunt, quæ cum bonitate aut malitia affirmando aut  
negando necit, toties aut prosequitur, aut fugit. neq; em̃  
sine phāsmate intelligit anima. ¶ Septima. Sicut aer mo-  
tus mouet pupillam, & pupilla interiore & abditū sensu-  
sum, & aer motus mouet auditum. & auditus cōsimiliter  
eūdē introrsus sensum, qui subiecto vnus est & in medio  
cōstitutus vt centrū, ratione tamē multa (est enim ille: qui  
prius positus est, discrimen albi & dulcis apprehendere. &  
nō modo duorū, sed & triū & quatuor & quinq; sensuū:  
sensibiliū discrimina dijudicat) ita ad phāsmata intel-  
ctus sese habet. Nihil em̃ refert, iudicare nō similia: & ius-  
dicare cōtraria, vt si ita a albū ad b nigrum, sicut c albū ad  
d dulce & apprehendens a & b idem subiecto sit: ita ap-  
prehendens c & d idem subiecto erit. & ita transmutato  
apprehendendi modo. ¶ Octaua. Sicut sensus, simulacris  
vitur seruatis, & mouetur animal absentibus sensibilibus:  
ita intellectus saluatis phantasmatibus, inuenitq; in ipsis  
quod psequatur aut fugiat. Et sæpe ex præteritis aut præ-  
sentibus futura coniectat: deliberatq; prosequi aut fugere.  
Et hic intellectus, qui modo psecutionem, modo fugam  
molitur: practicus, actiuus, ac administratiuus nominat̃. **Quid in-**  
tellectus  
practicus.  
Contemplatiuus verò nihil mouet: ipsa rei apprehensione,  
conspeditioneq; cōtentus. ¶ Nona. Sicut voluptas & dor-  
lor ad sensum, bonum & malum ad intellectum actiuū:  
ita se habet veritas & falsitas ad ipsum contemplatiuum.  
¶ Decima. Sicut sensus non separatē cognoscit, ita intel-  
ctus aliqua vt simum secūdum q̃ simū intelligit non sepa-  
ratē. non enim similitatem à naso præcidere potest: quādo  
quidem nasum in suo esse, suaq; diffinitione claudat. est  
enim simitas, nasi cauitas. Mathematica tamen & in quib-  
us vitur abstractione: aliter intelligit. Tametsi enim re  
ipsa, Mathematica separata non sint: ea tamen vt cogita-  
tione & intelligentia separata, sine materia respicit. Et o-  
mnino intellectus qui purus actus est: absolutissima, atq;  
abstractissima intelligit. Vtrum autem intellectus qui non

**Quid so-**  
mitas,

omnino separatus est, aliquid intelligat earum formarum  
quæ omnino à materiæ consortio immunes sunt & abso-  
lute: alius & alio loco futurus est sermo.

# OCTAVI CAPITIS ANNOT.

¶ Sensibilia, quæ sensui sunt peruiā. ¶ Intelligibilia, quæ  
capiuntur intelligētia. ¶ Actū scientia, intellectio. ¶ Res  
actu scitæ, quæ in anima existentes, actu sunt deprehē-  
sæ. ¶ Res actu scitæ, actu scibilia: ut actu sensus & actu  
sensibilia. ¶ Sensum esse sensibilia, & animam omnia: est  
sensem, actu sensibilia in se continere, sensibilibusq; simi-  
litudine indui: & animam rerum omnium notiones & si-  
mulacra continere, & ut omnium indui, informariq; simi-  
litudine, quæ res ipsas, eam quodāmodo videri & appa-  
rere facit. ¶ Phantasmatis, phantasmatibus.

¶ Certe cap. cōtinet tres cōclusiones, & unū corollariū ad secundā. ¶ Prima cōclusio. Anima, quodāmodo omnia est. ¶ Nā omnia, aut sensibilia, aut intelligibilia sunt: quæ oīa sunt scibilia, intelle-

Quid  
actu sciens  
tia.

actuq; apprehensibilia. Atqui actu scientia: nihil aliud est q̃  
res ipsæ actu scitæ, ut sensus actu: nihil aliud est q̃ ipsa actu  
sensibilia. Est igitur anima, quodāmodo omnia: ut sensus  
sensibilia. Quod adhuc ut clari⁹ diluceat: sensus & sciētia  
diducuntur in potentiā & actū. Potentiā quidem: cū nō in  
opera & functione sunt, in actū verò: cū suā exercēt ope-  
rationē. Et cū sensus est in potentiā: res sensibiles (quæ sen-  
sibilia dicimus) est potentiā. & sensus, sensitivum dicitur. &  
cum est actu: illa est actu. Ita cum anima est in potentiā:  
res intelligibiles potentiā est, & potens scire dicitur. &  
res ipsæ dicuntur scibilia. Cum verò est actu: est ipsa intelli-  
gibilia actu. ¶ Secūda cōclusio. Anima, res ipsæ cū mater-  
ria non existit. ¶ Nam anima quodāmodo est oīa, necesse  
igitur est, aut ipsa sit cū materia: aut ipsorū circa materiā  
species & formæ. nō autem est ea ipsa cū materia: ut neq;  
sensus, cū materia, sensibilia. Lapis enim nō est in aīa: sed  
animæ lapidis species, est igitur citra materiā oīa. ¶ Corollarium.  
ad manū Quo sit, ut anima sicut manus habeatur. Ut em̃ man⁹, or  
compara ganū organorū est: & qua omnibus utimur instrumentis.  
tio. Ita anima species specierū est, & qua omnib⁹ utimur spe-

ciebus & formis. itidem & sensus, species sensibilibus est.  
 41 ¶ Tertia, Rerum sensibiliū & quæ sine magnitudine non  
 percipiunt, sensibiles species à materia separata: intelligi-  
 bilia sunt. ¶ Nam huiusmodi sensibiliū siue habitus, siue  
 passionēs & abstractorū atq; Mathematicorū vt lineæ, sus-  
 perficieī, circuli, trianguli, intellectui habentur: vt sensibi-  
 lia sensibus. Hac de causa si defuerint sensibiliū sensus, vt  
 linearū & magnitudinū: neq; discet, neq; intelliget, fieri ve  
 Geometer poterit vnquā. & ita si defuerit sensus aliorum  
 sensibilibus. Talia enim cum speculetur intellectus: necesse  
 est pariter phantasma aliquod speculari. Phantasmata em̄  
 sicut sensibilia sunt: præter hoc quod præter materiā exis-  
 tunt. Sed ab affirmatione & negatione differunt, quod  
 affirmationes & negationes, veræ aut falsæ intellectus  
 cōplexiones sunt: non autē phātasinata. Hinc neq; phan-  
 tasmata, primæ sensibilibus intellectiones sunt: ex quibus  
 constant affirmationes & negationes. nō tamē hæ primæ  
 intellectus notiones: sine phantasmatis existunt.

#### NONI CAPITIS ANNOT.

¶ Cupiditas, animositas, voluntas: vis cupiendi, irascen-  
 di, & volendi. ¶ Motus, motus secundum locum eius  
 quod à se mouetur.

42 **N**Onū cap. cōtinet sex cōclusiōes, quatuor ratioēs  
 ad secundā, duas ad terciā, & tres ad secundā partē  
 sextæ. ¶ Prima cōclusio. Nūc de mouēdi potētia  
 determinādi se apt<sup>9</sup> offert locus. Nam aīa duab<sup>9</sup> Animam  
 potissimū differētijs discernitur atq; diffinitur: cognitiōne à cæteris  
 videlicet & motu. De ea verò quæ cognitionem explicet, formis in  
 quæ sensum, intellectū, discretionemq; cōtinet: iam amplē duobus  
 diffuseq; disseruimus. De motu igitur & de loco in locū differre,  
 mouēdi facultate: nunc opportunus determinādi se præ-  
 bere videt<sup>r</sup> locus. Et de ipsa quæstio est an pars sit animæ,  
 à cæteris animæ partibus magnitudine, subiecto, locoq;  
 differēs, atq; disclusa, an ratione sola: an tota sit anima. Et  
 si pars sit, iterū an sit vulgararū animæ partū, quæ nunc  
 pari solent concupiscibilis, irascibilis, & rationalis: an alia  
 43 quælibet. ¶ Secūda. Anima nō est trib<sup>9</sup> partib<sup>9</sup> concupiscibi-  
 bili, irascibili, & rōnali discrepta, diuisa: vt volūt aliqui, diuisio.



¶ Primo. quibus discriminibus cupiditas, animositas, atque ratio differat: liceret ob cōsimilia & cōsimiles differendi occasiones, animā in infinitas partes secare. ¶ Secūdo, quia videntur alix animæ potentix, amplius quā hæ tres, distare. Nam vegetatiua virtus (quæ & plātis, & animalibus cōis est) plus videt̃ à trib⁹ ijs differre: quā ipse inter se. Et sentiēdi virtus similiter, quā neque rōnalē, neque irrationalem faciliē putare possis. In has autē: animā nō partiunt̃ & secant. Minus igitur & in tres prædictas eam ipsam secari debere, putādum est. ¶ Tertio. Non modo sensus, sed & imaginandi virtus ab his distare videt̃: & tamen si anima in has tres partes esset dissecta, imaginariā virtutē, aut cōcupiscēdi facultatē, aut irascēdi, aut volendi esse oporteret. Sed dicāt, quam illarū efficiant. ¶ Quarto. appetendi virtus, altera potētia ratiōe esse: ab omnib⁹ cōcederet̃. Atqui hāc sequestrare, diuellere, & præcidere: incōueniēs videt̃: quod tamē fieri necesse foret: & eius vna partiū in cōcupiscibili, vna in irascibili, & vna in rationali abiret. Sunt enim cōcupiscētia, ira, volūtas, appetitus, nō est igit̃ hoc partito secanda aia: sed has partes (quæadmodū cæteras) sola ratione distare, sciūctasquē esse, putare oportet. Sed nūc qd moueat animal, disquirēdū est, & alio quoque loco de spiratione & respiratione, somno & vigilia futurā determinationē relinquem⁹. ¶ Tertia cōclusio. Vegetatiua virtus animal nō mouet. ¶ Rati enim sunt nonnulli altricem potentiam mouere: ob augmentū & diminuentum, quæ ab ipsa proficiuntur. Sed id nō ita esse ostēdimus. ¶ Primo. quia semp de loco ad locū motus: alicuius fit gratia, cū imaginatione, prosecutione, vel fuga, modo, spōre & nō coacta vi fiat. At nutritiua virtus, & imaginatione caret, & (qui sensum & imaginationem sequitur) appetitū. Nō igit̃ vegetatiua virtus, animal mouet. ¶ Secūdo. Stimulibus inest vegetatiua virtus. si igit̃ ipsa esset motiua: ipsis natura aliquod tribuisset organū, ad se de loco in locum transferēdū. Nihil enim in natura, sine vfu, & ociosum. Id autē facultatū non comperitur. Non mouet igitur vegetatiua virtus. ¶ Quarta. Sensualis virtus: animal nō mouet. ¶ Nam pleraque animalia sensum habent: quibus virtus

motiua nō adest. Fecisset enim ipsis natura ad illum exequendum instrumēta: si nihil frustra facit, & in necessarijs non deficit. nisi fortē orbata, laceffita & mutila excipias, qualia nō sunt hęc: vt quę augmentū & decrementū suū  
 46 mant, pariter & generent. Non igitur sensitiua virtus: motiua est. ¶ Quinta. Virtus appetitiua, motiua nō est. ¶ Eadem cum superiori, ratio duci potest, & concupiscētes & irascentes vt continentes: nō sequūtur appetitū. & minus  
 47 rationales: sed intellectū, rationemq; sequūtur. Intellectus autē (vt modo probabit) nō mouet. ¶ Sexta. Motus, a virtute intellectiua nō proficiscit. ¶ Nā duplex est intellectus? intellectus? Duplex  
 contemplatiuus & actiuius. sed eorū neuter mouet. Contemplatiuus em̄ nō mouet: quia de singularib; prosequēdis fugiēdisve nihil cōsiderat. mor? autē, psequētis aut fugiētis est. Neq; quidē actiu?: et si prosequēdis fugiēdisve vis illa consultatrix pręsit. ¶ Primo. quia sępe cum vis illa quę nō cōtēplatur, aliquid horrendū & fuga dignū intelligat, ita vt cor tremat, inhorrescāt pili: nō tamen mouet. Et cū aliquid prosequendū videat, vt pars altera voluptate prosequendi trahatur: plerūq; tamen nō mouet. ¶ Secūdo. qā frequēt vsu euenit, vt cum ratio pręcipiat aliqua fugere: nō moueamur. aut aliqua prosequi: itidem non prosequamur. sed spreto rationis imperio, quocunq; cōcupiscentia trahit sequamur, vt incontinentes facere solent. ¶ Tertio. Medicus nō semper sanat: et si medēdi sciētiā habeat. Et eques nō semper equitat: et si equestre possideat disciplinā. Itidem neq; prudēs consultās semper mouebit: quasi alterius sit propriū mouere q̄ sciētię & cōsultationis, & sciendi, cōsultādive facultatis. Nō igit vis intellectiua, mouet.

#### DECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Recta, quę suā naturā sequēdo: prudētię limites nō excedūt. ¶ Recta & nō recta, quę illis sua natura nō astringūt: tertia recta gūtur: et si aliquādo illos limites obseruēt. ¶ Specie, rōne. ¶ Rōnalis imaginatio, intellectus? ¶ Sēsualis vero, phātasia.

48 **D**Ecimum caput continet quatuor conclusiones. vnum corollarium. vnam quæstionem, cum A quo altero corollario ad tertiam. & vnum corollarium ad quartam. ¶ Prima conclusio, Hęc duo, vterur.

intellectus & appetitus, animal mouet. ¶ Sub intellectu:  
phantasia & imaginationē comprehendimus. Nā hoies  
plurima ex parte: imaginatione potius q̄ disciplina & cō  
silio reguntur. Et cetera aīalia (quia prudentia carent) for  
lius phantasie vsū habent. Et nos de intellectu practico  
intelligim⁹: qui à contemplatiuo, sine differt. nam contēplati  
ui finis, sola veritatis inspectio est: practici verò & admi  
nistratiui, appetitio atq; prosecutio. Et quodd hęc duo mo  
ueant: patet. Nam omnis appetitus propter aliquid est:  
aut prosequendum aut fugiendū. Et cuius appetitus: hoc  
principiū est practici, consultatiuiq; intellectus. vltimū em̄  
& in quod resoluitur actionis principiū. Igitur cum acti  
ua cognoscēs virtus mouet: appetitū rei gratia mouet. nō  
igit sine appetitu monere pōt. Non imerito igit hęc duo  
intellectus & appetitus aīal mouet. ¶ Secūda intellectus 49  
& appetitus vt vnū mouēs mouet. ¶ Nā vnū est quod vt  
obiectū mouet, appetibile scilicet. est em̄ principiū. & illi⁹  
gratia intellectus nō sine appetitu mouet. sunt igit vnū  
mouēs. Si em̄ vt duo mouerēt: nō secundum cōm vtriusq;  
speciē motus mouerēt: sed hoc vna specie, illud altera. q̄  
nō sit. Cū em̄ rō mouet: cōsimiliter volūtas mouet. Est em̄  
volūtas, appetitus. nō tñ cum appetitus mouet: rōnē mo  
uere oportet. Nā concupiscentia & ira, appetitus sunt: qui  
sine ratione (vt cū imaginatione) tñ mouere possunt. Hoc  
tamen inter rōnem & voluntatem parte ex vna: phantas  
sia & appetitum parte ex altera, intēst. quodd rōnalis in  
tellectus & volūtas, semper recta sunt: phantasia verò &  
appetitus, recta & nō recta. ¶ Tertiā. Nō omne bonū, ap  
petitum mouet ad animal mouendū. ¶ Nam appetibile 50  
ita mouet appetitū. Appetibile autē hic dicimus, quod bo  
num est, aut bonum apparet, contingēs, & in nostra pote  
state. non autē omne bonū: tale est. Non igitur omne bo  
num, appetitum ciēt ad animal mouendū. ¶ Corollarīū. Si  
Hinc fit, vt iterum non æqua fuisse dinoscatur tripartita  
animæ diuisio, in concupiscibile, irascibile, & rationalem.  
Nā appetitiua vna est: quæ cum practico intellectu, aut  
cum imaginatione animal mouet, nō itaq; hoc pacto fuit  
anima secunda: sed si secunda fuisset, longē in plures par

Quid ap  
petibile.



ticulas (vt dictum est) secūda fuisset, vt vegetatiuā, sensitīuā, appetitiuā, intellectiūā, cōtemplatiuā, & actiūā: quæ plus differre adinuicē videtur, q̄ cōcupiscibilis & irascibi-

52 **¶ Quæstio.** Si appetitiua virtus, vna sit in nobis: quo pacto cūenit, nos appetitus sentire cōtrarios? **¶ Respon-**  
**sio.** Sicut potentia sentiēdi vna est, quinq; diuersis vsa sensuū functionibus: ita appetēdi virtus vna est, in tres diffusa actus, cōcupiscentiā, iram, atq; rationē. Et quoties ratio aduersatur, cōtraq; it cupiditatibus, & iræ: hos cōtrarios

53 **¶ Quot sūt**  
 appetitus in nobis experimur. **¶ Corollarium.** Quo fit, vt species hæc appetitiū dissensio, his solis animātib⁹ accidat, quæ appetēdi, intellectum habent & tēporum discretionē. Nam concupiscentiā, cū præsens delectabile, & quod tiuillet, attēdit: tanquam summū bonum sit, scelerī manus dat victas, quia nihil de futuro præuidet. intellectus verò futurum prospiciens exitum atq; finē: ipsam retrahit, suoq; renititur vitio. Et hinc, illa appetituum in nobis dinoscit pugna.

54 **¶ Quarta.** Vnum est specie monens quod non mouetur: & vnum specie quod mouet & mouetur. **¶ Nam** primū est appetibile: quod appetitum ciet, pellitq;, & nō mouetur. Secundū est appetitus, qui (vt dictum est) ab appetibili mediante intellectu aut imaginatione excitatur: qui &

55 mouet animal. **¶ Corollarium.** Hinc fit, vt ad parandum **Ad motū**  
 motum, quatuor requirantur. mouens, quod & primum animalis  
 immobile: vt bonum. mouens, quod & idem mouetur: ad se qua  
 vt appetitiū. quod mouetur, vt animal. & quo mouetur: tuor re  
 vt sensibile & corporeū organum. de quo in eo loco (qui quiri,  
 de operibus, corporis & animæ communibus) diligētius considerādum est. huiusmodi enim corporeum organū: tubera, vertebra, cōcauaq;, ad commissuras & compages tenet. Est & iunctura communis parti quiescētī & motæ, ratione dissidens: reuoluiturq; vna pars in alterius concauo, & motus ille pulsu & tractu completur. Estq; aliquid circa quod reuoluitur (vt in circulo quiescens. Sed hætenus satis dictum est, quo modo appetitiū (quod nō sine imaginatione est) vt tale: animal mouet. & imaginationē intelligim⁹, aut rationale, quæ in hominib⁹ reperitur: aut sensuale, quæ & in hominib⁹ & i alijs cōspicitur animātib⁹.

## VNDECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Appetitus in nobis qui cum ratione & syllogismo habetur: est voluntas, quæ & appetitus rationalis nominatur. ¶ Qui verò præter opinionem & syllogismum in nobis est: concupiscibilis & irascibilis est. quem & appetitum sensualem, irrationalem, brutumq; dicere consueuerunt.

VNdecimū cap. cōtinet tres quæstiones, & earū solutiones. ¶ Prima quæstio. A quo imperfecta animalia ut muscæ & vermes (quibus diximus prius non adesse phantasiam) moueantur? ¶ Rōsio. Sicut illa indeterminatū habent & vagū motū: ita indeterminatā imaginationē habent & appetitū. perfectam enim phantasiam eis adesse negauimus. Videtur em̄ ipsis letitia & tristitia inesse: quare & concupiscentia & appetitus. quibus etiā imaginationē, phantasiamq; indeterminatā inesse concedimus. ¶ Secunda. Cū imaginatio sensualis cæteris animalibus quæ se mouent insit, hominibus verò & sensu

lis & rōnalis: quæ harum an sensualis an rationalis mouet in homine? ¶ Responsio. Cum doceri volumus ex duabus quantitatibus vtra earum fuerit maior: certa constitutaq; utimur mēsurā, ut palmo aut cubito, ut huiusce rei cernitudinē experiamur. Ita duobus propositis, cupientes cognoscere utrū eligibilius sit: nos aliquid vni ut delectabile aut vtile loco mensuræ (ad quam ea conferamus) cōstituerē oportet. Et in nobis appetitus vnus cum ratione & syllogismo habetur: est & vnus qui est præter opinionem & syllogismū, & vehementior & valentior debiliore rapit & superat: hinc sæpe euenit, ut rationalis moueat irrationalem: cū vehementior fuerit. Euenit item & sæpe, versavice irrationalem mouere rationalem, atq; secū rapere: cū ipse vehemētiore fuerit. non quidem quoddā debiliore suum motū deferat: sed alterius fortiore & validiore motu rapitur. Quemadmodū in sphaeris coelestibus, sphaera (quæ vltimum coeli ambitum coercet) orbes planetarū, motus pernitate & velocitate præcellens secum rapit: suos tamen in contrarium circuitus efficiunt. Ita est & in nobis. Hoc tamen interest, quoddā in mundo semper in motus vincit: qui natura eminentior & nobilior est, &

de pugna  
rationis &  
appetitus

alios secum rapit. vt is qui primo & supremo attribuitur circulo. In homine verò sit plerūq; vt natura superius præstantiusq; ab inferiori superetur, vincatur, atq; rapiatur. vt incontinentium cōstat argumēto. & tribus cognoscantur agitari motibus, inferioris, superioris, & quodāmodo tertio raptus. ¶ Tertia quæstio. Cum duplex sit existimatio siue apprehensio: hæc vniuersalis. vt omne liberalitatis opus, honestè sit & fieri debet, hæc verò particularis. vt huic Philosophiæ operam studiosè nauanti & quidē indigenti erogare: liberalitatis opus est, quæ harum, motū imperat. ¶ Responso. Vtraq; sed vniuersalis minus, vt quæ stando, quiescendoq; magis, moueat: & ab actione remotior. Particularis verò magis: vt quæ actioni vicinior, propinquiorq; immineat.

#### DVODECIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Incorruptibile animal addit: propter eos qui cælum imò verius mundū, animal esse asserūt, cui tamē nullū sensum tribuūt: vt Timæus. Ait em̄. Nec oculis indigebat: quia nihil extra (quod cerni posset) relictū erat. Nec auribus: cū nihil superesset foris, quod audiretur. nec erāt aere circūfusa externa mundi: vt respirationem requireret. nec membris quidē talibus opus erat: per quæ noua alimenta susciperet, aut decocti cibi excrementa emitteret.

¶ Vodecimū cap. cōtinet sex cōclusiones. vnum corollariū ad quintā. Et quomodo animalia à lōge sentiant post sextā. ¶ Prima conclusio. Quicquid viuit: à generationis initio ad suū vsq; obitū, interitumq; vegetatricē animam retinere necesse est. ¶ Nam omne tale, à suæ generationis initio ad statū (modo impedimentū tollatur) augefcit, statū habet: post quem ad obitum vsq; minuitur. Id autem, sine alimento fieri nequit. Inest igitur ipsis suo toto durationis tempore vegetatrix anima. ¶ Secūda. Non omnibus viuētibus præsto adesse sensum necesse est. Nam plantis non adest: etsi vitā possideant. Earū enim corpus, nimis simplex, terreū, & ad sentiendū ineptū. Non igitur habent tactum. quo non habito: vt cæteri deficiant, necesse est. sine enī tactu: sensum vllum haberi impossibile est. ¶ Tertia. Omne animal sensu



sum habet. ¶ Nam omnia quæ natura subsistunt propter aliqd sunt, & natura nihil temere & frustra facit. habebunt igitur sensum, quæ p̄grediuntur, & quæ se de loco in locū trāsserūt: vt cibū à longe sibi quæritet & acquirāt. alioqui sine carebūt, aliq̄ nō poterūt. Et pariter sensum habebunt quæ sedi nixa aliqd se trāsseri nequeūt: vt cōiūctū discernēt alimētū. Neq̄ licet dicere corruptibile animal motu p̄xeditū, intellectu habere sufficere ad discernendū: & sensum nō habere. Neq̄ qdē incorruptibile. nā aut id sic meli⁹ eēt corpori aut animæ. nō autē animæ: q̄ nō melius sine ipso intelligit. neq̄ itidē corpori, qd̄ propter sensus animalib⁹ datū esse videtur. ¶ Quarta. Animalis corp⁹, simplex esse, 62 impossibile est. ¶ Nam si simplex esset: tactū non haberet. tactum autem, ipsum habere necesse est. nō igitur corpus simplex: sed cōpositū mixtumq̄ habet. ¶ Quinta. Tactus 63 maximē animali necessarius est. ¶ Nam cū animal, corporeum sit: ipsum p̄xima cōtigere corpora, necesse est. oportuit igitur ipsum muniri tangendi facultate: qua salubria ab officientibus discernere queat, salutemq̄ suam efficiat. alioqui vitam nō saluat. sit enim tactus, per quiddā internum. Quomodo igitur dignosceret animal ea quæ plunt, vt p̄sequatur: & ea quæ officiunt, nocentq̄: vt fugiat, sine tactu: quo p̄xidio destituta animalia: vt statim depereāt necesse est. De visu autem, auditu, & odoratu, non ita fit: sed medio quodā hauriuntur extraneo. ¶ Corollarium. Hinc fit, vt gustus quodammodo animali sit necessarius. ¶ Nam gustus, vt tactus quidam est: & alimentū tangere necesse est. est igitur (vt tactus) quodāmodo necessarius. ¶ Sexta cōclusio. Visus auditus, & odorandi sensus: non 64

Cur tact⁹ sunt vt tactus, necessarij. ¶ Tactū em̄ & gustū dixim⁹ ani⁹ & gustus mali necessarij: qd̄ tactus, alimētū sit sensus, sine quo nō sint i ani⁹ cōtingit animal esse posse. nō autē de visu, auditu, aut odorandi sensu ita est. Color enim, sonus, & odor: alimētū nō præstant, augmentū & decrementū, & natura pleraq̄ ani⁹ malium his sensib⁹ nō muniuit: sed boni gratia aliquibus ipsos addidit, & potissimū progressiuis, quæ à lōgē victū quæritāt. Nec mirū. nam hoc horū sensuum p̄xidio, ipsa saluari necesse est: neq̄ ad suā salutē tactus munitio suffi-  
ceret

65 ceret. ¶ Et si quæras, quomodo à longe sentiant: vt vis  
 66 deant, audiant, odorentur. ¶ Dicimus sensibile, medium  
 mouere: mediū verò motū, ciere mouereq; sensum: perins  
 de atq; si mouens, aliquid pellat: quod pulsum, alterum  
 pellat, sicut primū mouens à nullo pellitur: & vltimū pul  
 sum solum pellitur, & non pellit, mediā verò, nunc plura,  
 nunc pauciora: & pellunt & pelluntur, sic in sensatione,  
 hoc excepto, q̄ in huiusmodi sensus alteratione: vnum  
 manens, & in eodem loco, alterat, pellens autem, locum  
 mutat. Quemadmodū cū ceræ sigillum imprimis: quātum  
 pellendo cera cedit, sigilli vestigium profundē tenet, vbi  
 verò nō cedit, vt lapis: nō retinet, ita & aqua & aer: & ma  
 xime aer, vnus & idem manēs patitur, & sensum mouet.  
 Et ita dicere, satius videtur: q̄ putare, dū videmus, oport  
 tere radios ab oculis egredi, qui à colore & figura passi, Quod  
 & densitate percussi, ad oculum redeant. At leuis & cōt sensatio  
 planatus aer, vnus infractusq; manēs, colorib⁹ & figuris fit int⁹ su  
 affectus: melius dicetur visum icere, & sensum coloris &  
 figurę facere, haud secus q̄ si sigillum ad finem vsq; ingre  
 deretur ceræ: illic sigilli vestigium relinquens.

#### DECIMITERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Corpus simplex est, quod vnus solius haberet elemen Quid cor  
 ti temperamentum. pus sim

67 **D**ecimūtertium cap. cōtinet tres cōclusiones. & vnū plex.  
 corollariū ad secūdā. ¶ Prima cōclusio. Animalis  
 corpus, simplex esse, impossibile est. ¶ Simplex in  
 telligo: igneū, aereū, aqueū, aut terreum. Nam sine  
 tactu, animal esse nō potest: neq; aliorum sensuum vllum  
 habere. Atqui tactus, simplicis corporis esse nō potest, et si  
 visus, auditus, odoratus possint, vt aquei & aerei, p quæ  
 vt media sentire faciūt, tactus enim per intraneum, & tan  
 gendo: ipsa ignea, aerea, aquea, & terrea sentit. Hinc ta Sensum ta  
 ctus nomē, ei inditū est. Animalis igitur corpus, simplex et⁹ à tãgē  
 esse non potest. At tibi forte videri posset: terreum esse do dici.  
 posse, sed sane ita esse nequit. Nam tactus, susceptiuus est  
 omnium tangibilium vt medietas quedam. & non solum  
 differentiarum terræ: sed calidi, frigidi, humidi, & sicci, &  
 omnium tangi possibilium. Hinc ossa, pili, & plantæ, non

sentiant: quia terrea sunt. ¶ Secunda. Animalia tactu 68  
 priuata, mori necesse est. Nam sine eo (vt diximus) neq;  
 animal esse potest: neq; sensuum vilis, and cum sit ille sensus:  
 animal esse necesse est. & cum sit animal: hunc solum  
 sensuum haberi pariter oportet. ¶ Corollarium. Hinc fit, 69  
 vt excellentiæ sensibilibus aliorum sensuum, non animal  
 corrumpant, sed solum sensum: nisi per accidens. excellen-  
 tiæ vero tangibilium: & tactum & ipsum animal per se  
 corrumpunt. Excellens enim sonus vt tonitrus, animal non  
 corrumpit, sed auditum: nisi per accidens. vt cum spiritus  
 simul cum sono elisi percussio, animal exanimet. Neq; ex-  
 cellens, visibile, animal corrumpit, sed visum: nisi per acci-  
 dens. vt cum visu sic terrore afficitur animal vt è vita emi-  
 gret, secedatq; & ita de odore & sapore. At excellentiæ tan-  
 gibilium, calidum, frigidum, humidum, siccum, molle, &  
 durum: tactum per se corrumpunt & animal. non enim  
 corruptio tactu: animal superuiuere cōtingit. & omnis sen-  
 sibilis superexcellentiā, sensum corrumpit. ¶ Tertia. Solus 70  
 tactus animali adesse necessarius est: alij verd, propter be-

Cur tact<sup>9</sup> ne esse. ¶ Nam solus tactus, animali (vt uiuat) haberi est  
 animali ē necessarius: & alij corrupti non interimunt animal. qui  
 additus: q; ob bene esse animali sint concessi: statim cognitum est.  
 Cur visus Visus enim additus est: quo vitam in aere, aut aqua, aut  
 Cur audi aliquo perspicuo sibi vēdicet, auditus: quo ei aliquid in-  
 tus. dicetur. odoratus: quo odore à lōge percepto ad alimen-  
 Cur odor tum se conuertat. gustus: quo iocundum sit ei alimentum,  
 ratus. & triste refugiat. Postremo lingua adhibita est: vt saporis  
 Cur gust<sup>9</sup> discernat, vocesq; effingat. Est itaq; notum, solum tactum  
 Cur lin<sup>9</sup> ad esse animali necessarium, esse tributum: ceteros verd,  
 gua. non ad esse, sed ob bene esse.

¶ Paraphraseos in tertium de Anima, Finis.

IACOBI FABRI STAPVLENSIS

in Aristotelis Librum de Sensu &

Sensibili, Paraphrasis.

PRIMI CAPITIS PARAPHRASIS

seos in Librum de sensu & sensato, Annot.

¶ Color, proprium & per se à visu perceptibile. ¶ Sym-  
 bolum, signum, significatiuum.





Iber de sensu & sensato cōplectitur  
septē cap. Primum, tres cōclusiones:  
duo corollaria ad primā. & vnū ad  
tertiā. ¶ Prima cōclusio. Qm̄ de aīa  
& virtutibus eius vt ab ipsa pfiscit̄  
tur, determinationē fecimus: his sup  
positis, de reliquis & ijs quæ minus  
explicauim⁹ tā cōibus q̄ pprijs, de

terminationē facere expediet. ¶ Nā de ijs quæ in aīalibus  
sunt & corpori & aīe cōia (quæ in ijs qui sunt de aīa non  
exactē satis determinata sunt: aut quæ illic tacta nō sunt)  
apta post cōsiderationē de aīa, incumbit determinatio.

Talia aut̄ sunt sensus, memoria, animæ & corpori cōia, &  
ferē oībus aīalibus: quemadmodū appetitus, cōcupiscen  
tia, ira, delectatio, tristitia. & hæ quatuor numero passio  
nū cōiugationes: somnus, vigilia, iuuetus, senectus, aspira  
tio, respiratio, mors & vita: de quibus nihil illic tactū est.

Expediet igitur de ipsis determinatiōem facere: & quid  
vnūquodq; eorū sit: vt quid memoria: quid somnus, vigi  
lia, iuuentus, senectus, aspiratio, respiratio, quid mors, qd

2 vita, & cur vnūquodq; accidat: videre. ¶ Primū corolla  
riū. Hanc ob causam. Naturalis Philosophi: sanitatis &  
ægritudinis est principia inuenire. Sūt em̄ hæ cōes passio  
nes: solis aīalibus cōuenientes. Nā sanitatē & ægritudinē

3 vita carētib⁹ fieri impossibile est. ¶ Secundū corollariū.

Et hinc fit, vt Medicorū q̄ plurimi auidiuscule Physicā ar  
tem prosequantur & quærant. Nā vbi naturales finiunt: or  
diuntur Medici. & ex ijs quæ de natura sunt: sua sumit prin  
cipia Medicina. ¶ Secūda. Omnia quæ dicta sunt: corpo  
4 ri & aīe cōia sunt. ¶ Nā aut hæc sensus sunt habit⁹: vt me  
moriam, aut passiones quæ sensibus fiunt: vt somnus & vi  
gilia, aut animal & pariter corpus & animā saluant: vt res  
piratio, iuuetus, vita & sanitas. aut corruptiones sunt &  
priuationes: vt respirationis ablatio, senectus, mors, ægri  
tudo. Sūt igitur hæc omnia, corpori & animæ cōia. Quid  
em̄ sit sensus, ppter quid accidat, quodq; corporis sit (vt  
qui corporeo indiget sensorio) & quod aīe: satis, appri  
mēq; superius dictū est. Dictū etiā est, gustū & tactū, sen

Cur medi  
ci physicā  
quærant.

suū maxime necessariōs animalibus esse tactum quidē: q̄  
aīal saluetur à corripentibus tāgilibus. gustū verò, pro  
pter escā. est em̄ sapor, ad nutritiuā partē ordinatus. is em̄  
sensus iocundū amplectitur alimētū: triste autē & horidū  
refugit & abominatur, & alios sensus, auditū, visum &  
odoratū (qui per exteriora media fiunt) ipsis animātibus  
cōcessos diximus: quo à longe alimentū dinoscentes, sibi  
melius prouideant. At visus & auditus in aīalibus intel  
lectu & prouidētia præditis (qualis est homo) altioris bo  
ni vt disciplinæ & prudētiæ gratia sunt. Nā plurimas dis  
ferentiās ostendunt: ex quibus cōtēplatio cōfurgit, & cir

Visum ad  
plura per  
se valere.

ca agibilia, humanasq; actiones discretio, de quibus hæc  
adhuc adjiciamus. ¶ Tertia conclusio. Visus ad plura per  
se dinoscēda & ad necessaria: secūdū se melior, prōptiorq;  
habetur, auditus autē per accidens. ¶ Nam visus multimo  
das, multiformesq; rerū differētiās. & ad vitā necessarias,  
per se monstrat. Nā oīa corpora colore participant, & sen  
sibilia cōia, magis hoc sensu percipimus. Auditus autē so  
los sonos & vocū varietates per se ostendit: quæ pauca  
sunt. Soni em̄ paucis cōueniūt, & voces per pauca eliciūt.

Auditum  
p. accides  
se pluriū.

Visus igit ad plura per se dinoscēda & ad necessaria: se  
cundū se melior, aptiorq; habetur. Sed q̄ auditus ad plus  
ra per accidens valeat: hinc cognoscitur. Nā auditus & di  
sciplinæ, & prudētiæ plurimū confert. Sermo em̄ solius au  
ditus est, ex quo omniū paritur disciplina: & nō modo so  
norū & colorū, nō quidem secūdū se, sed secūdū acci  
dens. Constat siquidē sermo ex nominibus: quorū vnum  
quodq; symbolū est atq; signū. Vt enim vox vnicuiq; rei  
sit signū apte imponi cognoscitur, est igitur auditus, per ac  
cidens pluriū. ¶ Corollarium. Vnde fit, vt à natiuitate ex  
ci, sapiētiōres euadāt à natiuitate surdis atq; mutis. Est em̄  
(vt dictū est) auditus, sensus discipline. Sed de his hæten?

## SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ De fluxu, atomorum resolutio.

Secundum caput continet quinque conclusiones. duas  
rationes ad secundam. duas rationes ad secundam  
partem tertie. & vnum corollarium ad quartam.

¶ Prima conclusio. De organorum sensuum natura

incumbit determinatio. ¶ Nā antiqui ea aptabāt elementa. Sed cū elementa sint quatuor, sensus verò quinq̃: hoc ipsis ingessit difficultatē, cuiā quintū sensum aptare possent. Viden dū vtiq̃ expediet, an equa eorū aptatio fuerit.

¶ Secunda. Nō probāda est eorū sentētia: qui vīsum, ignē esse posuerūt, vt Timæi & Empedoclis. quoddā constricto Timæi & & moto oculo: videat̃ oculus vt ignis fulgere. ¶ Primo. Empedoclis repro- quia si ignis ille quē ponūt in oculo, visibile esset: eadem rōne videri deberet oculo quiescēte, atq̃ oculo moto. aut batio.

causam adducant, cur potius illic, quā tunc. Non autē ita videtur. nam sentientem, & videntem non lateret. nō est igitur ignis. ¶ Sed instabūt. cur ipso moto igitur appareret fulgor. & ipso quiescente non? Facilis & prompta res clusio.

sponsio est, causam huius non esse ignem: sed quoddā leuia corpota mota vt aqua, nata sunt in tenebris fulgere, non quidem lucē emittere. Ita pupilla oculi quæ in medio oculo nigra apparet, hūc in modū leuis est: in tenebris mota & constricta fulget. & pars à parte deprehēditur: quēadmodū in refractione solet. & hinc duo aut plura videre apparet. ¶ Secūdo. dicūt ipso igne exeūte (quēadmodū lumine à lucerna) nos videre. ergo videre deberemus in tenebris. Et potissimū ignis ille in tenebris deberet nobis, q̃ in luce, patētor & apertior fieri. q̃quidē paruus ignis se magis i tenebris prodere soleat: vt torris, vt flamma. Id autē sub tenebrarū opacitate minime adhuc contigisse conspectum est. Non est igitur oculus, ignis: neq̃ ab eo talis ignis egreditur. Neq̃ satis respondet Timæus, q̃ ignis ille in tenebris extinguitur. Quia alios ignes in tenebris extingui non videmus: sed extinguitur ignis humido & frigido. Est enim calidus & siccus. Et si ignis ille tenebrarum occurſu disperiret extinctus: tanto magis per diem in aqua & in glacie (in quibus alia ignita extingui maxime perspiciuntur) extingueretur. nunc autem nihil tale euenit. non igitur respōdet Timæus sufficiēter. ¶ Et Empedocles ferē consimiliter sentit: duplicem tamen videndi modum tangit. Primum, q̃ fiat visio egrediente lumine, quemadmodum (inquit) noctibus hybernis iter meditantis lucernam accendit: paratq̃ vt omnium ventorum



impetuis à lucerna arceat, circūducta lucernæ tenui mēbra  
na. Dispergūt etenim ventorum flamina, flāmas. Et quāto  
lumen hoc velamine circūseptū, se magis diffuderit: clarī  
illustrat. Ita natiuo lumine circūquaq; pupillę orbē fuso: q̃  
se aliquādo fortius effusum extra profert & egerit, nosq;  
ita videre asserit. Secundū verò modum ponit: nos scilicet  
corpora quę videtur, eorū defluxibus intueri. ¶ Tertia,  
Democritus oculū natura esse aqueū rite sensit: visionem  
tamen illius esse fulgorem nō bene putauit. ¶ Quod em̃  
pupilla, aquea sit: multa produnt indicia. Primū, quia ipsa  
fossa, multę defluūt aquę. Secundū, quia oculi de proxim  
mo, recenterq; formati: frigiditate & claritate cætera mem  
bra excellent. quod aquę naturę, maxime congruere vis  
detur. Tertium, est circa pupillam albugo pinguis & adi  
posa animalibus sanguine præditis & palpebris oculos  
obuelantibus cōcessa, ingeniose factum à natura: ne pu  
pillę humidū coaguletur: geleturq;. Hinc rigente frigore,  
palpebris contentū nunq; frigere sentimus. & cæteris ani  
malibus dura oculorum coopercula ad ipsius pupillę pro  
tectionem natura tribuisse videtur. Sed quidd non bene

Quidd vi dixerit visionem esse fulgorem: patet. ¶ Primo, quia visio  
sio nō fit est quædam in vidente facta passio. Fulgor autem accidit  
fulgor. q̃ oculus leuis sit, sitq; facta refractio. Non igitur visio est  
huiusmodi fulgor. Sed de ijs quę refractione apparent;  
nondum videtur naturam ab ipsis fuisse deprehensam.  
¶ Secundo, si visio fulgor esset: cur circa alia corpora cir  
ca quę fulgor emicat, etiam nō est visio? & ex consequen  
ti, cur illa non videant: sed solus oculus? Accidit itaq; vi  
dere: non quia pupilla fulgeat, aut quia sit aqua, sed quia  
perspicua, colorum speciebus suscipiendis apta. Et licet  
perspicuum esse commune sit & aeri & aquę: aqua ta  
men durabilior, permanētioreq; est. Hinc potius aqueam  
naturę benignitate possidemus pupillam. ¶ Quarta. In<sup>10</sup>

Quidd vi dicitur) visionem aliquo egrediente fieri. ¶ Nam quic  
sio nō fit quid id fuerit: inconueniens est, ipsum subito ad astra  
extramittendo, vsque protendi. & si non ad astra vsque protendatur:  
stultum etiam est alio quopiam in medio putare coniung

gi. coniungitur enim lumen lumini: & non quodlibet  
 cuilibet. sed satius est, modo qui dictus est: exterius inter-  
 teriori coniungi. Est enim videndi virtus, interna latens:  
 & exteriore septa, circumdataq; membrana. Ratumq; id  
 haberi debet: quod superius manifestum factum est: col-  
 ores non sine lumine videri. Et siue perspicuum visui &  
 rei visæ mediū sit aer, siue sit aqua: à colore moueri. à quo  
 II moto moueatur oculus: sicq; visionē fieri. ¶ Corollarium.  
 Rationabiliter igitur euenit: vt oculus factus fuerit aqueus.  
 ¶ Nam aqua, perspicua est. Ipso igitur existente aqueo:  
 interius lumen suscipiet, & fiet actu perspicuum, poteritq;  
 à sensibilibus vt coloribus moueri quam aptissime. quod  
 etiam ita conspicitur. Et iterum cum illud perspicuum  
 aereum non sit: merito aqueum esse dinoscitur. Et extre-  
 mum oculi non est animæ videndi organum: sed vis ea  
 interna latet, suumq; internum habet organum, hinc inter-  
 rius perspicuus conspicitur oculus. Et nonnullis in bello  
 circa tempora vulneratis: pupillæ poris abscessis accedit  
 perpetuas subortas fuisse tenebras, sicut extincta lucerna,  
 quod pupilla internum dictum perspicuum: quasi videns  
 12 di lampas recisa fuerit. ¶ Quinta. Si sentiendi organa qua-  
 tuor elementis aptari vellemus: sensorium visus, aquæ  
 aptare conueniret. auditus: aeri. olfactus: igni. tactus: ter-  
 rx. & quia gustus, quidam tactus est: ipsum itidem terræ  
 aptaremus. ¶ De visu iam dictum est, & de auditu sen-  
 sorio: in ijs qui sunt de anima. De odoratu verd. quia  
 quale quod odoratur, actu est: talis olfactus. potentia est.  
 Quod autem odoratur: actu igneum est. Nam fumalis  
 euaporatio, odorem & suauitatis fragrantiam parit: quæ  
 quidem ab igne est. sensus igitur odorandi: potentia, igne-  
 us est. Hinc circa cerebrum (quod cæteris partibus cor-  
 poris humidius & frigidius existit) situs est. Et de tactu,  
 etsi totum corpus obtinere videatur: nullus tamen aliorū  
 circa cor calidissimum & cerebro oppositum, sibi sedem  
 delegisse videtur. quare si ei aliquod aptandum sit elemen-  
 tum: cum aqua visui sit deputata, aer auditui, ignis olfa-  
 ctui, sola terra vt ei accommodetur relicta esse videtur. ite-  
 dem & gustui: cum gustus, quidam sit tactus.

Quid cor  
pora ter  
minata. **TERTII CAPITIS ANNOT.**

¶ Sensus actu, sensatio. ¶ Corpora terminata, corpora opaca: quæ secundum profundum, lumen nõ admittunt. ¶ Coccineus, purpureus, excellentia rubeus, & roseus.

Duplex  
esse sensu  
bile.

**T**ertiu cap. continet vnã diuisionem. quatuor cõclusiones, duas rationes, duos modos quib⁹ antiqui medios assignabāt colores ad primam. & duas rationes ad secundã. ¶ Diuisio. Vnũquodq̃ sensibilium

dupliciter dicit. hoc actu, illud potentia, vt color actu, color potentia, son⁹ actu, sonus potentia. Et de his vniuersaliter dictum est in ijs qui sunt de anima: & cuius sint sensus, & quomodo sonus, audibile actu: sit idẽ auditioni, & visibile actu: visioni, & ita in cæteris, sed quid eorum, sensum actu faciat: nunc expediemus. & primo de colore. ¶ Prima cõclusio. Color actu sensum faciens, is est qui extremitas est perspicui in corpore terminato. ¶ Nam etsi esse perspicuum, aeri & aquæ cõueniat: ipsis tamẽ propriũ nõ est, sed plerisq̃ alijs conueniens, illis plus, his verò minus. Et corpora terminata: secundũ extremitatẽ lumen recipiunt, fiuntq̃ perspicua. Lucidũ enim aliquod vt ignis: luminis sui præsencia facit actu perspicuũ, cuius quidem absentia:

Cur color dicitur extremitas perspicui. Quid epiphania.

tenebræ sunt. Et q̃ huiusmodi color sit perspicui extremitas, aut verius in perspicui extremitate, quia propriẽ extremitas nõ est: dinoscitur. ¶ Primo, quia propter hoc Pythagorici colorem, epiphaniã (quã superapparitionẽ dicim⁹) vocabāt. Etsi is color, actu perspicuũ mouens & sensum faciens: in extremitate sit perspicui: cõsimilis tamẽ naturæ interius latentẽ credere oportet esse colorem, q̃uis actu perspicuũ nõ moueat. ¶ Secundo, q̃a interminata corpora vt aer & aqua, sæpe colorata vident. vt rubor rutilans in aurora, sed non q̃ illuc verus sit color, verũ propinquitas aut distantia, talis apparẽtix occasio est. Nã neq̃ aer, neq̃ aqua colorata sunt. In coloribus autẽ terminatorũ, siue eminus, siue de ppe: perseuerat apparitio. Nõ autẽ interminatorũ corporum. Est igitur huiusmodi color apparẽs in corpore terminato. Et q̃ iunctus sit perspicuo, indicium est, quia colores illos sæpe permutari videmus: secundũ q̃ plus aut minus affuerit perspicui, quod quidẽ non ad interiora pe



netrat. bene igitur dictū est, colore qui videtur, esse extremitatē perspicui, siue potius in pspicua extremitate corporis terminati. Et si qd pspicuoꝝ, colore affectū est, similiter color in ei⁹ extremitate mouet, quēadmodū in ceteris. hoc tū interest, qd etiā internū, atq; in pfundo residens, mouet.

- 15 ¶ Duo modi quibus antiqui medios assignabāt colores. Antiquoꝝ de medijs coloribus opinio.  
 ¶ Primus, vt lumē in pspicuo & tenebræ: ita in corporib⁹ terminatis albedo & nigredo. Et medios colores iter hos fieri putarūt ex cōmixtiōe albi & nigri: quorū vnūquodq; ppter sui paruitatē insensibile est, medium tamē oportere nasci colore, nā neq; albedinē, neq; nigredinē esse necesse est: erit tamē color aliquis, quare medius. Et quia iterū ipsi misceri conueniet cum albo aut nigro: ex tali cōmixtiōe cōfusiōe q; alia enascetur coloris species. Et cū huiusmodi valde varix fieri possint proportiōes, vt primo duorū, albi & nigri: qui sine proportiōe & temperatiā sunt, sed in excellētiā quadā & excessu. deinde trium, vt albi, nigri, & duorū cōtēperatorū, & secūdum alios numeros quoscūq;. Hinc valde multos cōtingit medios enasci colores. Et sicut in cōsonantijs secūdum proportionatissimos numeros, delectabiles enascūtur harmonix: ita secūdū similes colorū proportiōes & numeros, delectabilissimi nascūtur colores. vt coccineus, punice⁹. Hinc euenit, vt sicut pauca sonorum sunt cōsonantiæ: ita paucos delectabiles cōtingat esse colores, inordinatos autē multos. vt omnes quicūq; secūdū alios sumātur numeros. ¶ Secūdus modus est, medios colores apparere: quia color colorī sit superadditus, & colore colore videri contingat. quēadmodum pictores apparere faciunt: colore colorī pingēdo superponētes. & quēadmodum cōtingit medios colores in aqua apparere, vno colorato alteri superposito. & quēadmodum sol per se albus apparet, & idē caligine aut fumo cōspectus, rubicundus apparet & puniceus. hac de causā multos esse medios colores aiūt. quia cū albū & nigrū nō sint in proportiōe aliqua: ex ipsis adinuicē pportionatis medius nascetur color. & consimiliter vt in primo modo ponētur in pportionē: quia semp corū qui sunt in superpositiōe, ad eos qui sunt in pfundo erit pportio, qui si fuerint

duo, tres, aut quatuor: sicut mutabuntur & mediorum  
 ipsorum apparentiæ. ¶ Secunda. Neq; sentiendum est (vt 16  
 pleriq; volunt) talia apparere corporum defluxibus, atq;  
 hunc in modum visionem fieri. ¶ Nam visio fieret cor-  
 porum contactu, at melius fit, si color moueat medium  
 perspicuum, quod motum moueat sensum: quàm huius  
 modi corporum attactu, nullaq; sequi videntur incōmor-  
 da. Non igitur hunc in modum visionem fieri, coloresq;  
 apparere, probandum est. ¶ Tertia conclusio. Primus mo- 17

**Antiquo** dus medios colores statuēdi, irrationabilis est. ¶ Primo,  
**rum con-** quia sicut nulla magnitudo, inuisibilis est, sed quælibet  
**futatio.** aliqua distātia visibilis: ita neq; albedo & nigredo, quare  
 earum mixtio non faciet medium colorem: sed potius fiet  
 quidam aggregatus color vtriq; communis, qui etsi à lon-  
 gè discerni nequeat: poterit fortè aliqua distantia discerni.

**Quō fit** ¶ Secundo, quia mixtio non fit iuxtapositione minimo-  
**mixtio,** rum ad sensum, neq; minimorum secundum quantitatem.  
 Quia nulla sunt talia: quemadmodum prius dictum est,  
 sed diuisione, & minimorum natura iuxtapositione (vt  
 est: minimum semen, minimus homo, minimus equus) &  
 eorū quæ adinuicē misceri nata sunt, & quæ ea sint, prius  
 à nobis dictum est. Non enim homo, miscibilis est equo:  
 neq; color, colori. Non igitur huiusmodi cōmixtione me-  
 dij proueniunt colores. ¶ Quarta. Neq; mediorum colo- 18  
 rum quo nobis appareant: secundus approbāndus est mo-  
 dus. ¶ Nam multi sunt medij colores: quibus nullus su-  
 perponi videt̃ alius color. Fit ea quæ superpositione appa-  
 rent: non cōsimiliter apparent de longè & de propè, quæ  
 liter videmus medios colores. Non igitur apparent: cor-  
 porum coloribus substerniculo aut superpositione. ¶ Sed

**Vnde sūt** quæres. Vnde igit̃ sunt multi & varij colores? vt hi extro  
**multi co-** mi, hi verd̃ medij? Dicimus. Sicut diuersa sunt mixta, mi-  
**lores.** xtorumq; cōtemperamēta: ita multi & varij sunt colores,  
 mixtorum & cōtemperamentorum naturam sequentes.  
 Mixtorum enim hæc simpliciu superabundantiam magis  
 imitantur, hæc minus: illa verd̃ secundum ipsorū minima,  
 contemperamenta seruant. Et cur colorū, sonorū, & odorū  
 species terminatæ & finitæ sint; alius futur⁹ est sermo.

# QUARTI CAPITIS ANNOT.

¶ Purpureum, alurgum. ¶ Ceruleus, cyaneus: subobscurus color quasi niger, nigro, viridiq̃ medius. ¶ Acre, ponticum. ¶ Acidum: strictum, stypticum. ¶ Colorum & saporum mutuam habentes respondentia, dispositiones.

|         |           |        |         |
|---------|-----------|--------|---------|
| Album   | Nigrum    | Dulce  | Amarum  |
| Flauum  | Liuidum   | Pingue | Salsum  |
| Punicum | Purpureum | Acre   | Austum  |
| Viride  | Ceruleum  | Acutum | Acidum. |

¶ Figura polygonia, figura multangula.

- Q**uartū cap. continet nouē cōclusiones, quatuor rationes ad quartā, diffinitionē saporis post quintā, species saporū & colorū post sextam, & quatuor rōnes post nonā. ¶ Prima conclusio. Quia de sono & voce sufficienter in his qui sunt de anima, determinatū est: de odore sermonē facere videtur idoneum. ¶ Nam de ipso varia fuit antiquorū sentētia, quē quid verū, quidve falsū cōtineat: hac determinatiōe dilucebit. Quē tū de ipso prius determinauim⁹: hic, certa & explorata tenere debemus, vt ferē consimiliter de odore vt de sapore sentiendū esse: nō tū ipsorū eandē esse passiōē, nam illius, olfactus est: huius verd, gust⁹. & saporē nobis odoribus certiores, perfectioresq̃ haberi, nam odoratum prauū & multis animalibus, inferiorem habemus: gustum aut, certum, quia tactus quidā est: qui nobis certissimus habetur. Idcirco à gustu & saporibus determinationis exordium
- 20 sumere, nō absonū, prāterq̃ rōnem videbitur. ¶ Secūda. Non rectē putat Empedocles, saporē esse de natura aquę quod in aqua quxdā sint minutula corpora de saporum genere, ob suam quidē paruitatē insensibilia, quę suo de fluxu saporē efficiant. ¶ Nā fructibus aperto soli expositis: saporē mutari videmus. itidem & fructibus igne coctis. Tales aut saporē, ab aqua trahere nō possunt. Nō igitur causantur saporē ex corporeis ab aqua defluxib⁹, quin potius humidī resolutione tempore facta, variaq̃ coctione: acrem, acerbū, dulcem, amarū, & oīmodū sibi assumunt saporē. ¶ Tertia. Aqua non est vniuersalis materia saporē: (q̃ pāspēmiā dicere solēt) vt aqua, vna pte vnū

Empedoclis reprobatio.



saporē præstet: & altera, alterū. Nā ex multis parari sapor  
 res videm⁹, & ex eodē diuersos: quæ aqua nō esse cogni  
 ta sunt. Neq; id etiā verū est: omnē saporē in aqua gigni,  
 ipsa à calido vt igne aut sole passa. Nā aqua est humido  
 rū subtilissimū & oleo subtilior: quāuis oleum viscositate  
 sua, se plus diffundat, aqua aut vt glutino carens dissipet.  
 Hinc, aqua difficilius oleo in manu seruat. Et aqua calefa  
 cta, sola ingrossari nō videt. requirūt aut saporēs omnes,  
 maiorē grossitiē. Nō itaq; sufficeret calidū: in aqua gigner  
 re saporē. ¶ Quarta. Terra potius ad generādos saporēs <sup>22</sup>  
 causa esse videt. ¶ Primo. qā sapore prædita grossitiē ser  
 uat: & ex terra nascentiā & ortū ducūt. vt fructus. ¶ Scdō  
 hoc multi Physiologorū asserere vident, dicētes per quā  
 gi. cūq; terrā trāserit aqua: ab illa sibi trahere saporē. qd̄ sta  
 statim in aquis falsis est manifestū. Sal em̄, quædā terrę spe  
 cies est. ¶ Tertio. qā aqua cineribus colata, redditur ama  
 ra: ab ipsis qd̄ amaritudine ducta. ¶ Quarto. qā fontū,  
 hi dulces sunt, hi amari, hi acres, illi austeri: & oīmodas sa  
 porū differētiās representātes. quæ varietas, nō nisi à terrę  
 varietate ducta videtur. ¶ Quinta. Rationabiliter fructū <sup>23</sup>  
 species maximē saporū differētiās obtinēt. ¶ Nā fructus,  
 humidi sunt & terrei: & saporēs gigni videntur, cū à ter  
 reo sicco patitur humidū. Indicia sunt: aqua falsa, aqua ci  
 neribus colata, & variā fontanarū aquarū saporū gñā. est  
 enim humidū, natū pati à suo cōtrario: quemadmodū &  
 alia cōtraria. Et cū ignis siccus sit: natū est etiā pati ab igne  
 sed magis à terra. Nā ignis, primo siccus nō est, sed calid⁹,  
 vt alio dictū est loco. terra verò primo sicca est. quēadmo  
 dū em̄ qui colorib⁹ & saporib⁹ affecta colluit lauatq; aq̄  
 talē in aquis colorē relinquit & saporē: hunc in modū ter  
 reū siccū (agēte calido) per humidū latū, talē relinquit pas  
 sionē. ¶ Diffinitio saporis. Hinc talē saporē aptare poter  
 mus diffinitionē. Sapor est, à terreo sicco in humido facta  
 passio: alteratiua gustus de potētia ad actum. Gustus em̄  
 priusquā saporē percipiat: est in potentia ad eum percipi  
 endū, sicut sciens ad speculari. est enim sentire, vt specu  
 lari. ¶ Sexta. Non decuit saporēs in solo sicco consistere.  
 ¶ Nā saporēs sunt ad nutriendū, animalū autē esse non <sup>25</sup>

Physiolo  
 gi.

Quid sa  
 por.

vno cōstant, sed mixtæ sunt omnes. tangibiles quidē: quo augmentū aut decremētum præstet. sapidæ & gustabiles; quo nutriāt. nutriunt ēm omnia, dulci, aut simpliciter, aut cōmixto: quod alio determinādū est loco. Et augmētū & nutritio sūt præstāte calido. nā calidū, alimentū parat & digerit. quod leue autē & dulce est: attrahit. amarū autē, falsū, & graue: suo pondere subsidēs relinquit. Et id anī malib⁹ & plātis, & intra nos, ratione euenit. quādoquidē exterior calor in exteriorib⁹ cōsimile opere ē. maris ēm leue & dulce, calore extrahit: graui & amaro subsidēte relīcto. Sed quæres. cū nutriamur dulci: cur alij sapes vt falsus, vt acutus. ferculo cōdiēdo misceātur? Hoc est, ne celesus æquo: natura trahat alimētū. est ēm dulce, nimis nutritiū atq; supernatatiū. ¶ Species saporū, Species saporū, vt species colorū, quadā similitudine & pportione respōdent. Qui ēm in saporibus sunt dulce & amarū: sunt in coloribus, albū & nigrum. Et pinguis sapor: vt dulcis est: falsus, vt amarus. Et flauus color, vt albus est: liuidus, vt niger. Et reliqui quadā similitudinē sunt mediij sapes: scilicet acre, austerū, acutū, acidū. Colores verō: puniceū, purpureū, viride, ceruleum. possuntq; hoc ordine digeri.

Saporū  
species.

|          |           |        |          |
|----------|-----------|--------|----------|
| Album    | Nigrum    | Dulce  | Amarum   |
| Flauum   | Liuidum   | Pingue | Salsum   |
| Puniceum | Purpureum | Acre   | Austerum |
| Viride   | Ceruleum  | Acutum | Acidum.  |

¶ Et sicut in perspicuo, tenebræ sunt priuatio luminis: ita nigredo vt priuatio est albedinis, & amarum vt priuatio dulcis. Hinc cinis omnīū cōbustorum amaricātissimus est: quodd totū expiratū, exhalatūq; sit dulce. ¶ Septima. Democritus & alij cōplures nō sanē putāt oīa sensibilia esse tangibilia. ¶ Nā oēs sensus oporteret quod scā tactus esse: quāmodū est tact⁹. Quod q̄ falsum sit & irrationabile: nō est cognoscere difficile. ¶ Octaua. Deficiūt itē: magnitudine, figura, aspero, leui, acuto, & obtuso cōibus sensibilib⁹ vt pprijs vtētes, atq; ppria esse putātes. ¶ Nam etsi nō oīum sint sensuū: sunt tñ tactus & visus, quare cōmuniā sunt & nō ppria. Et hinc euenit, vt visus & audit⁹ circa illa decipiantur: circa colores autem & sonos, nō decip





ad sapores operat in humido: id enchymū humidum ad  
 odores operat in enchymo sicco. Atqui enchyma in aere  
 fumidā resoluūt expirationē: & cōsimiliter in aqua, si lota,  
 ablutaq; fuerint. Igit̃ & aere & aqua odorari cōtingit, qđ  
 & monstrāt pisces & ostracoderma quæ in aqua odorari  
 cōspiciunt, illic nō existēte aere, nā aer semp aquæ summa  
 petit, superq; natatē videtur, nec pisces ipsi spiritū ducunt:  
 quo valeant ipsum respiratu attrahere. Et licet esse perspi-  
 cū, aeri & aquæ cōmune sit: non tū ipsis (quia perspicua  
 sint) odoramur, sed secūdum qđ fumalē spirationē calido  
 resoluētē aut lotionē aliqua recipiūt, quēadmodū dictum  
 31 est. ¶ Secunda. Odor, passio est enchymi: humido, siccoq;  
 participātis. ¶ Primo. quia elemēta, ignis, aer, aqua, terra,  
 odore vacant. quia, etsi ipsorū humida & sicca, enchyma  
 essent: nō tamē humidū & siccum in eis sunt cōmixta atq;  
 temperata. ¶ Secundo. mare odorū est, quod iam hu- Curma  
 midū & sicci permixtionē habere dinoscitur, & sal, magis re sit odo  
 odorabile: quod ea magis temperata habeat, vitrum rum,  
 vero, minus. quod nimis terreum sit. quod ab vtroq; ma-  
 nifestat eliquatū oleum. ¶ Tertio. lapides & metalla quæ  
 achyma sunt: inodora cōspiciūtur omnia. Hinc aurū, ino-  
 dorū est: nam maximē omniū, achymū est, xs autē & ferrū  
 odora sunt: quod sint enchyma. quorū consumpto humi-  
 do: scorix exultatq; feces, inodore relinquitur, tum quōd  
 achyma: tum quod humidi & sicei debita careāt contem-  
 peratione. Et argentū & stannū & ligna, odorabilia sunt.  
 Nā sunt enchyma. Argentū autē & stannū: aliquibus ma-  
 gis, alijs verd minus, sunt enim aquea. & ligna aquea: mi-  
 nus alijs olfactu percipiūtur. Minus enim fumalis spirami-  
 nis habere videtur. hinc dicebat Heraclitus. Si omnia fu-  
 mus essent: nares vtiq; omnia discernere. ¶ Descriptio  
 32 odoris. Ex his talē odoris descriptionē elicere poterimus. Odor  
 est humidū siccūq; enchymi passio, olfactus de poten-  
 tia ad actū alteratiua: siue ab aquæ humido, siue aereo sit  
 facta. est enim vtrūq; humidum. ¶ Tertia cōclusio. Neq;  
 odor, exhalatio est, neq; vapor, neq; vtrūq; simul: vt va-  
 rij variē opinati crediderūt. ¶ Primo. quia exhalatio non  
 sit in aqua: vbi tamē odorant. Et vapor, humiditas quēdā

Odoris  
descrip-  
tio.

est. in aquam solui parata. Non est igitur odor: aut exhalatio, aut vapor. Neq; per idē: utrūq; est. Nam (vt dictū est) odorā in aqua: vbi nō est exhalatio. ¶ Secundo. quia idē est, existimare odorē, exhalationē, vaporē, aut utrūq; esse, ac si ipsum credamus ā corporibus esse defluxum, atqui ipsum esse corporeū defluxū: incōmodū reputamus. non est igitur odor: aut exhalatio, aut vapor, aut utrūq; simul.

Odoris ¶ Corollarium. Hinc fit, vt odor percipiat: cū humidū aut & sapor aeris aut aquæ ab enchyma patit siccitate. ¶ Quarta. Res 34  
ris conuenientix. Et odorū species: saporū speciebus quadā pportionis similitudine respōdet. ¶ Nam & similib<sup>9</sup> nominib<sup>9</sup> nominatur: vt odor dulcis, amar<sup>9</sup>, pīguis, falsus, acer, austerus, acerb<sup>9</sup>, acidus. Et vt quidā saporē difficilis sunt degustationis, vt amari: ita putriū odores, grauis, difficilisq; sunt odoratiōis. & qđ in aqueo, saporū aëreo & aqueo, odor. Et vt frigus & cōgelatio saporē hebetat, calidū verō mouet: ita frigus & cōgelatio exterminat odores, calor autē fragrantia promouet & excitat. Nil mirū igit, si saporū speciebus: cōsimili quadā pportionē odorū species respondeant. ¶ Quinta. Pleriq; odorū delectationē aut tristitiam per accidēs afferūt. ¶ Nam cibariū odores (sicut & saporē) 35  
desurientib<sup>9</sup> delectabiles sunt, saturis aut atq; reuerentis, neq; saporē delectabiles sunt, neq; odores. Quibus cūq; em esca delectabilis non est: neq; eisdē odores afferet delectabiles. Sunt igit nonnulli odores per accidēs & aliam rationē, delectabiles, tristabilesve. ¶ Corollarium. Quapropter hi odores animalib<sup>9</sup> sunt cōmunes. ¶ Sexta. Quidā sunt odores secundū se delectabiles. ¶ Nā quidā sunt delectabiles, nihil ad escam & edendi desiderium facientes: vt odores florū, quin potius obsunt. Hinc Stratis, Euripidē increpās aiebat. Cū lentē decoquis: nō ifundas myron. Et q poculis bene olētes flores miscet: hoc faciūt, duob<sup>9</sup> sensib<sup>9</sup>, odoratui & gustui, delectationē afferre volentes. ¶ Septima. Odor secundū se suavis & delectabilis: 36  
homini ppius est. qui verō vnā cum, saporib<sup>9</sup> suæ sumit delectabilitatis occasionē: & hominib<sup>9</sup>, & pecorib<sup>9</sup> cōis. ¶ Primo. quia hoīes, frigidi sunt cerebri. vsque adeo vt ciborum ascendentes fumi, ob loci frigiditatē incrudescāt, rheumata

rheumata & noxias infirmatū lēssiones hominibus infer-  
 rentes. talis aut odor: tali frigiditati obsistit, hisq; aduersaē  
 nocuentis. est enim cerebrū, natura frigidum. & sanguis  
 iuxta illud existēs, angustis venulis contētus: facile infrigi-  
 dabilis. alijs autē animalib⁹, illa nō est necessitas. ¶ Secun-  
 do. solus homo illis gaudet florum odorib⁹, illorūq; calor  
 frigiditatis cerebri hyperbolem tēperat & excessum, sitq;  
 grata cōmēsuratio. Est em̄ odoris virtus natura calida: &  
 hoīs cerebrū, cæterorū animalīū frigidius ac humidius, q̄  
 aliorum animalīū cerebra magnitudine excedat. Hinc nō  
 omnia animalia: sed homo & quædam terrestria respira-  
 tionis vsum habent. Homo ad duos vsus. Primo, ad tho-  
 racis & præcordiorū refrigerium. Secundo, ad suscipiē-  
 dos odores: contēperandumq; cerebrū. bruta verò, ad in-  
 ternum calorē temperandum: & aliorū odorū sensum, ad ta-  
 cibū prosequendū. Hinc merito: secūdam se suaues odo-  
 res, hominib⁹ proprij sunt. per accidens autem delectabi-  
 37 les: & hominibus & brutis cōmunes. ¶ Octaua. Quæ nō  
 respirant: odoris sunt capacia. Id enim manifestant pisces,  
 entoma (quæ nos insecta dicimus) apes, parux formicæ  
 (quas nonnulli σμῖτα σ' vocāt) & purpuræ marinæ quæ  
 longe, ppter odorē properant ad escam. ¶ Prima questio.  
 38 Quomodo nō respirantia odores percipiant: si respirātia  
 nō nisi vno modo: spiritum ducēdo. odorū sensum ha-  
 beant? Huic quæstioni in ijs quæ sunt de anima, satisfactū  
 est: duos ipsis esse odorādi modos. Vnū, respirātib⁹, sen-  
 di duplex  
 sorium reuelando: similem viuendi modo animalīū, ocu-  
 los palpebris contactos habentiū, & alterum, nō respira-  
 tib⁹: non reuelando atq; detegendo sensorium, sed aper-  
 tum & patens odorū differētijs semper habētib⁹, vt ani-  
 maliū duri oculi: semper obuij sunt & patentes occurren-  
 tib⁹ coloribus. ¶ Secūda quæstio. An bruta indignetur  
 odoribus secūdam se grauibus? Dicimus q̄ nō: nisi mole-  
 stiam & odorē ipsis (vt carbonū & sulfuris fumi facere so-  
 lent) ingerāt. Facit enim carbonū fumus, capitis grauedi-  
 nem pariter & sulfuris odor: & plerūq; corrūpunt. Et neq;  
 secūdm se grauēs & male olētes odores prosequuntur aut  
 fugiunt, nisi (vt dictū est) cū ipsis seruiāt ad gustū & escā,



tunc enim ipsos prosequuntur. ¶ **Nona cōclusio.** Rite videtur olfactus: imparis sensuum numeri mediū obtinuisse locum. ¶ **Nam** acre & aqua odoratur: & per hoc cum auditu & visu concordat. Et odorū multi nutritioni conuenientes sunt, & apti: & in hoc cōuenit cū gustu, est deniq; humidi & sicci: quę passionēs sunt tāgibiles. Est itaq; cōuenienter locatus sensuum medius: qui cum omnib<sup>9</sup> in alio quo cōmunis habetur. ¶ **Decima conclusio.** Pythagorici male asseuerant nonnulla animalium odoribus nutrir.

Pythago  
ricorū res  
probatio.

¶ **Primo.** quia nutriens vt cibū, oportet esse cōpositum, nam nutrita nō sunt simplicia. Hinc euenit semper cibi superfluitas aut extra aut intra: vt arborum cortices monstrant. odor autem non est cōpositus, non igitur nutrit. ¶ **Secundo.** quia aqua per se, nisi cōmixta fuerit, non nutrit: igitur tanto min<sup>9</sup> odor. ¶ **Tertio.** quod nutrit: corpus esse debet. odor autē corpus non est. ¶ **Quarto.** corpulentus aer aptus nutritioni non fit: tanto minus igitur id fieret odor. ¶ **Quinto.** locus cibi receptiū: stomachus est, odoris autem receptiū: in capite est. nam quādo cū aere, aut spirabili subit fumositatē: ad spiratiūm utiq; vadit locū. nō est igitur odor nutritiū. etsi odorabile vt odorabile est nutrimento nō cōducatur, cōfert tamē (vt dictum est) ad sanitatem. Et de odoratu hactenus dictum sit.

#### SEXTI CAPITIS ANNOT.

¶ **Diessis,** toni diuissio; quod & semitoniū minus dicitur. ¶ **Propinquum** mouēs, sensibile actu. ¶ **Elementa,** literę. ¶ **Minimus** sapor, minimus sapor actu. ¶ **Sensibile** propinquum & coniunctum, sensibile actu.

**S**extum cap. cōtinet tres quæstiones. earū solutiones, vnā rationē improbantē. tres probātes. antiquorū responsionē. & eius improbatōnē ad primā, tres rationes visibile prius tēpore mediū immutare cōtēdentes antiquorū responsionē & improbatōnem ad secundam. ¶ **Prima quæstio.** Cum omne corpus sit in infinitum diuisibile: an sensibiles passionēs, color, sonus, odor, sapor, caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, grauitas, leuitas, mollities, durities, in infinitū partiantur. ¶ **Quod** non ita sit, videtur, quia sensum in infinitum diuidi oporteret, est

enim earū vnaquęq; actiua in hoc, q̄ possit mouere sensum. hoc aut, falsum esse videt̄. nā oporteret omnē magnitudinē sensibile esse: cū sensus, vt visus, nō apprehendat albū & nigrū sine magnitudine. Albū enim & non quantū videre: impossibile est. Sed oppositū etiā apparet. ¶ **Pri-**mo, quia cū omne corpus sit in infinitū partibile, si passiones illę diuisibiles hoc modo nō essent, tandē daretur corpus sensibile sine colore, caliditate, frigiditate, humore, siccitate, leuitate, & grauitate, hoc aut, impossibile. ¶ **Secundo**, quia sensibilia corpora essent ex nō sensibilibus corporibus. At ipa ex sensibilibus cōponi necesse est: non enim ex Mathematicis cōponūtur corporibus. ¶ **Tertio**, quia si aliquid esset tale sine sensibili passione: sensu nō cognosceretur. à quo igitur cognosceret̄: nisi ab intellectu dixeris. sed intellectus talia exteriora sine sensu non intelligit. ¶ **Antiquorū solutio** fuit, passiones esse indiuisibiles: pariter & magnitudines indiuisibiles. sed magnitudines impartibiles esse, ex impartibilibusq; cōstatas abire non posse: satis prius mōstrauimus. Idcirco alterā expedit huic quæstioni aptare solutionē. Et primo dicimus, sensibiles passiones nō esse secundū speciē in infinitū diuisibiles. nā quorū determinata sunt extrema: & media finita esse necesse est. sensibiliū aut determinata sunt extrema, vt contraria. in visu: albū & nigrū. in auditu: graue & acutū. in olfactu & gustu: dulce & amarū. in tactu: calidum, frigidum, humidū & siccū. Sunt igitur media, determinata & finita. Erunt itaq; sensibilibus species: finitę atq; determinatę. Adijcimus secundo, continuū in infinitū partibile esse secundū partes inæquales: non aut in partes æquales assignatę, determinatęq; quātitatis. Et quia sensibiliū species continuo sunt coniunctę, iidem vt continuū sunt diuisibiles, & iterū aliquę sunt actu, alię verò potentia. Et licet non omne sensibile vbi actu separatū esset, sentiret sensus vt visus millesimū millesimi milij nec audit⁹ sonū in diebus: potentia tñ sensibilia sunt oīa, & visibilia & audibilia, et si nō actu, alijs enim cōiuncta: vna cum ipsis pariter sensum mouent. Plerunq; tamen excellentia tanta diuisa: in continens resoluuntur, vt minimus & insensibilis sapor mari

Antiquorum solutio.

Aristotelis solutio

Quo qualitates sensibiles sunt diuisibiles.

Empedo  
cles.

infusus: in naturā maris cōuertitur. Nō est igitur sensus hu  
iusmodi secti superabūdantię actū: vbi diuisa sunt actū sen  
sibilia. taliū tamen (vt iterū conuenire, cōiungiq; continuū  
possint) existit. ¶ Secūda questio. Vtrū visibile pri⁹ tpe me  
diū immutet q̄ visum. Et videtur q̄ sic. ¶ Primo. quia so  
nus prius tpe mediā immutat. Prius em̄ audit qui ppius  
stat: q̄ qui remotius. priusq; p̄cipi solet ictus, q̄ son⁹ obau  
diat. Et ita fit in o dore. Rōnabile igitur esse videtur: hoc  
in visibili & colore comperire. ¶ Secundo. hoc idem asse  
ruit Empedocles, & solis lumen prius attingere medium  
oportere: q̄ queat attingere visum. ¶ Tertio. omnis mot⁹  
ab aliquo in aliquid: in tempore est. tempus igitur mediū  
(in quo à lucido ad visum, lumen in medio deferat) esse  
oportet. quare prius in medio ferebatur radius, q̄ à visu  
perciperetur. ¶ Dixerūt nos simul sentire & sensisse: & illa  
esse absq; gñatione & fieri. hinc nō prius mediū q̄ visum:  
visibile recipere. Sed cur ergo sonus prius in medio q̄ ad  
auditū pertingat: cū (vt aiunt) simul sit audire & audiui  
se prius enim elementorū formationē videmus: q̄ aer de  
latus ad auditū sonum deferat. Quare igitur nō sic erit in  
lumine: & quare in spectādo lumine nihil refert, aliquos  
esse æqualiter distantes: aut vnū propiore, alterū vero spa  
cio distantiore? Referat aut in sono & odore? Et cur non  
propter hoc quod est aut sonus aut odor: sentitur? ¶ Re  
sponso. De sono & odore rationabiliter euenit: vt prius  
mediū q̄ sensum afficiant. Nā nō in eo quod vnūquodq;  
est, sentitur: sed motu quodāmodo egent: vt aere lato aut  
aliqua corporis expiratione: quæ sine motu non fit. Ita au  
tem in lumine non oportet. nam secundum id quod est  
sentitur. nec motu, nec spiramine, nec alteratione, sed sola  
præsentia eget: mediumq; sua similitudine opplet. quæ au  
tem motu egent: rationabiliter prius medium attingunt.  
quæ vero motu non egent: medium prius attingere non  
est necesse. quāuis forte de omni alteratione id non opor  
teret. Nam idem simul totum alterari contingit: vt totam  
aquam simul gelari. neq; prius vnum dimidium: posterius  
verò, alterum. Si tamen multum coagulandū fuerit: quod  
attiguum est, ab attiguo primum patietur: totumq; id sit



mul secundū attactū alterabitur. Et conueniunt soni, odores, sapores, & tangibilia: q̄ vt sentiātur, quodam motu vltimorū egeāt, aut in medio, aut appropinquāte aliquo. & in hoc sensuū obdiffident. q̄ soni & odores ad maiore se diffundūt distantiam: sapores autē & tangibilia, ad minorem. Sapores tamē cōueniēmen ad maiorem. nam si in humido essemus, quodāmodo gustaremus, vt odoramur. nō autem de lumine, vt qd̄ Eorum

43 sit ab omni distantia perceptibile: ita est. ¶ Tertia questio. discriminē. Sed iterum questio, incidit an idem sit sonus quē propinquior audit: & quem audit distantior? Et id esse nō posse videtur. Nam eodem medio id fieri non potest. ¶ Responso, primum mouens à p̄iore & distantiore idem numero sentitur. vt sentiunt tintinabulum idem numero, thus, atq; ignē. propinquum autem sensibile proprium atq; cōiunctum: numero alterum est, specie tamen idem. Quare multi simul idem audiunt, vident, ac odorantur. Diuersis tamen non corporibus, sed passionibus susceptis, quæ sine sensibilibus corporibus non accidunt.

#### SEPTIMI CAPITIS ANNOT.

¶ Diapente & diapason, Musicalium consonantiarū nomina, quarum hæc, ex duplari: illa verd, ex hemiolo nascitur. ¶ Hoc & alterum, vna pars & altera. ¶ Sensus, non men actus & potentix simul.

44 Septimū cap. continet vnam questionē, tres ad ipsius negatiuā partem rationes. antiquorum solutionem. eius duab⁹ rationibus improbatōē, propriā respōsionē. quatuor q̄ plura simul sentiam⁹, rōnes. & vnā conclusionē. ¶ Questio. Vtrū contingat eundē simul pluribus sensibus sentire: eodem scilicet & omnino indifferēti tempore? Quod ita esse non possit, videtur. ¶ Primo, quia maiores motus minores impediunt. Hoc enim manifestant multa. nam vehementer circa aliquid intendenti: visibile ante oculos obiectum non sentitur, itidem neq; vehementer timenti. & si magnus sonus aures instrepat: debiliores sonos non sentimus. Et simplex: commixto, confusoq; melius sentitur. vt vnus color per se: quā alteri commixtus. & vnus sonus: quā alteri consonans in diapason, & vinum melius per se: quā aquæ confusum.

Ex quibus enim aliquid fit vnum: seinuicem obscurant. Ex his ita nectimus argumentū. quia simplex melius sentitur: si dicas nos plura vt duo simul sentire, vtrunq; per se magis sentiretur. Et cū maior motus minorē præpediat: si æquales fuerint, seinuicē exterminabūt. sin inæquales: valentior faciet sensum. Neq; dicere possis: sensum vnū esse ex vtriusq; cōmixtū, cōfūsumq;. Nam ea cōmiscetur, quorū extrema contraria sunt: & ex illis fit vnum. non autem ea, quæ diuersorū sunt generū. Ex acuto em̄ & graui: vna nascitur cōsonantia. Sed ex acuto & albo: nihil fit vnum.

¶ Secundo. magis possibile esse videtur simul eodem sensu plura posse sentire: & vnius eiusdem sensus, diuersos motus percipere. Atqui hoc fieri non videtur. Nam auditus, duo non percipiet: nisi commixta fuerint. Commixta autem si fuerint: vnū aliquid sunt. igitur & sensus vnus & vnius erit: & ita in visu est. Si autem commixta non fuerint: erunt duo sensus secundum actum. At vnius potentia: secundū idem temporis, vnā operationem esse volūt omnes. est autem vnus sensus vna potentia. quare si non contingat eodem sensu simul plura sentire: minus arbitradum est contingere & pluribus.

¶ Tertio. quia aut illa specie erunt similia, vt album & album: & tunc in sensu non faciunt nisi vnum numero. Aut specie dissimilia sunt, vt album & nigrum, dulce & amarum: & tūc sensus motibus mouebitur contrarijs, motus enim contrariorum, contrarij esse videntur. Aut sunt dissimilium generum: vt album & dulce. & illa (vt dictum est) commisceri, contemperariq; nequeunt. Sed quæ contemperantur, proportionē habent: eiusdem sunt generis & contrarietatis. vt sonorū consonantia: quæ diapason & diapente dicūtur. & in numeris proportionem habet par ad imparē & impar ad parē: suntq; ad inuicem multi, pauci, dupli, subdupli. At vero multa proportionē ad inuicem habentia: simul sentiri non possunt: nisi vnū efficiant cōmixtū, multo igitur minus simul percipiētur ea quæ genere discrepāt: vt albū & dulce. & quæ plus differūt: & ex qb<sup>9</sup> nullū parū mixtū. Et hæc rōnes facere vidētur, nos nō posse simul plura sentire.

¶ Huic quidē quæstioni talem adhibebāt responsionē.

nos nō simul plura sentire, neq; in consonātijs nos simul Antiquo  
 plures sonos audire: q̄uis hoc ob tēporis insensibilitatem rū n̄sio,  
 nos lateat. Et ita q̄uis idē simul credat audire & videre:  
 non ita fit, sed tēpus mediū cū sit insensibile, eū latet. ¶ Ita  
 autē nō recte dicūt. Primo, quia nullū est insensibile tēpus Eorū re  
 quod nos lateat. Nā quilibet sentit se esse aut aliū: aliquo probatio  
 toto tpe cōtinuo. Si itaq; aliquod esset insensibile nos la  
 tens: neq; seipsum, neq; alterū esse in illo sentiret. ¶ Secun Ratio du  
 do. Si aliquo tēpore cōtinuo aliquid sentit, vt aliquā ma cens ad  
 gnitudine videt: nihil illius tēporis, nihilq; illius magnitu imposs  
 dinis existit, quod nō percipiat. Nō enī pcipit in quocūq; bile.  
 tēpore: q̄a in parte percipiat, aut quācūq; magnitudine vi  
 det: quia partē eius videat. quēadmodū cōtingit in anno  
 ambulare: quia in hac anni parte ambulatio fiat. Quod  
 ostēdo sic. Si tēpus aliquod ob paruitatem insensibile sit,  
 aut magnitudo aliqua insensibilis: sit tēpus a b in quo sen  
 tit, sitq; aliquid illius vsque adeo exiguū vt sensibile nō sit,  
 a c: distraho igitur a c, cum ergo sentiret c b: hoc ergo erat,  
 quia aliquid ipsius sensit. Subtraho igit c d æquale quidē  
 ipsi a c: quod nō sentiat. eoq; perducam q̄ aliquod tēpus  
 sentiet: in quo nihil est quod sentiat. Similis enim ratio pu  
 tabitur de d e, e f, & cæteris: cūq; peruētum fuerit ad k b:  
 erit tempus sensibile, cuius nulla prorsus pars sentietur. nā  
 neq; k l, neq; l b, neq; earum partium pars aliqua: quia mi  
 nores sunt, ideoq; ob maiore paruitatē magis insensibiles.  
 Quare aut totum tempus, aut tota magnitudo sentitur:  
 aut nulla, nihilq; eius sentitur. Et certe totū tēpus & tota  
 magnitudo & quælibet pars sensibilis est: sed nō semper  
 quāta fuerit apprehenditur, vt quadricubita à longe con  
 specta: non quadricubita videtur: sed magnitudo sola. Et  
 diuissum videtur: quod idem diuissum nō viderē, cuius  
 causa à nobis aliās contra Zenonis argutias adducta est.  
 ¶ Huic igitur quæstioni hanc aptare poterimus solutio  
 nem, quia quod sentitur, diuissibile est, & sentiēs simul sen  
 tit totum, & eius hoc & alterū, ideo plura sentit numero,  
 specie autē eadē. Et quia sensus diuissibilis est, vnus tamen  
 cōtinuus: ideo ipsum vnū eūdē, vno vnum, & altero alte  
 rum, sentire contingit. Quæ tamen sentit: genere eadem



sunt. Et nō modo ea quæ genere sunt eadem, simul senti-  
re cōtingit: sed & quæ genere dissidēt. ¶ Primo. Quia de  
re visa per utrūq; oculū non habemus nisi vnū iudiciū: q̃  
in vno communi cōueniunt, cuius operatio vna est. Et si  
ipsorum, vnū est alterū sentiens: & aliorū sensuum æquali  
facilitate idem erit, quare simul iudicabit ea quæ genere  
sunt dissidētia. ¶ Secundo. quia idem sensus plures esset:  
quēadmodū scientiæ diuersæ diuersorū sunt obiectorum.  
Nā non erit operatio sine virtute: nec sine hac, sensus. hoc  
autē falsum est. ¶ Tertio. vnus idemq; sensus est (quēad-  
modum prius dictū est) simul albi & dulcis differentiam  
dijudicans: quæ genere discrepant. magis igitur vnus &  
idē erit: eorū (quæ genere sunt eadē) differētiās dinoscēs.  
¶ Quarto. si anima, vna parte albū, & altera parte dulce  
sentit, quæ nō sint vnum, & iudicat ex ipsis aliquid vnū  
esse, aut non esse vnū: necesse est aliud vnū esse sensitium  
quo sensibilia discernit omnia, ac sentit vnū quidē, subie-  
cto: secūdum esse autē multa. & vnū sensibiliū genus, per  
aliud sentiens: & alterū, per aliud. & vt vnū sensitium est  
actu: vnū est albi & dulcis. cū vero secūdum actū, alterum  
factū est, vt exterior sensus albi, & exterior dulcis: re ipsa  
alterū est. Et id rationabiliter euenit. Nam quēadmodum  
in rebus ipsis contingit: ita in anima reperire consentaneū  
est. In rebus autē, idē albū & dulce, & multa alia esse repe-  
ritur: ita igitur & animæ sensitium erit vnum. Et vt illic  
vnum numero existit, cuius passiones abinuicem insepa-  
rabiles sunt, & quodquidē ratione valde multa est: ita in  
sensu vnū numero, cōmune omni sensui existit, esse tamē  
alterū & alterum est, horum quidem sensibiliū, generet  
horum verō, specie. Erit igitur vnum & idem multa sen-  
ziens: ratione autem, non vnū. ¶ Conclusio. Omne quod  
sentitur: diuisibile est. ipsumq; indiuisibile: & sensibile nō  
est. ¶ Nam vnū visibile non videtur infinita distantia, sed  
finita: neq; audibile, infinita, sed finita. Itidem odorabile,  
gustabile, tangibile: distantia percipiuntur finita. Est itaq;  
aliquod vltimum distantiæ vnde non videtur: & primum  
vnde videtur. Et id indiuisibile esse necesse est, & quod  
in vteriori fuerit, non sentit, quod vero fuerit in cteriori

ſentiatur. Si igitur ſit indiuiſibile ſenſibile, ipſo poſſeo in vltimo vnde non ſentitur: ipſum nō ſentietur. & quia erit in primo vnde ſentitur: idem ſentietur. quare idem ſimul ſentietur & non ſentietur. Sed his de ſenſibus & ſenſibili- bus, expeditis: nūc ad conſiderationem de memoria atq; reminſcentia nos conuertimus.

¶ Paraphraſeos in Librum de Senſu  
& Senſato, Finis.

IACOBI FABRI STAPVLENSIS

in Ariſtotelis Librum de Memoria &

Reminſcētia, Paraphraſis.

PRIMI CAPITIS PARAPHRA

ſeos in Librū de Memoria & Reminſcentia, Annot.

¶ Senſus, ſenſus exterior. ¶ Spectrū, ſimulacrū. ¶ Abun- de dicitur. Nonius Marcellus teſtem adducit historicum Siſennam, & apud C. Celſum frequēs vocabulum eſt.



Iber de Memoria & Reminſcentia continet duo capita. Primum, octo conſuſiones. vnum corollarium ad quintā. duas rationes ad ſextā. vnā queſtionem. eius ſolutionem. tres in oppoſitū rationes, & earū ſolutio- nes. & quatuor corollaria ad ſeptimam. ¶ Prima conſuſio, Determi-

nandum eſt quid memoria, quid memorari, ppter quam cauſam fiat, cuius animæ partis paſſio ſit. Et eadē ferē de reminſcentia determinare expediet. ¶ Nam de memoria & reminſcentia, memorari & reminſci: prius nos deter-

- 2 minatuſ promiſimus. ¶ Secunda. Memoria & Reminſcentia, memorari & reminſci: non eadē ſunt. ¶ Nam memoria quēter memoria valēt, qui tardo ſunt ingenio: reminſcentia autem, qui celeriores, acri, ſolertiſq; diſcunt ingenio. ¶ Tertia. Expedi- t diſcutiendū quæ memorabilia, quæve memorix ſint obieſta. ¶ Nā obieſta nobis notiora ſunt: idēq; cognoscere difficultatem affert atq; dubitationem.
- 4 ¶ Quarta. Memoria, neq; futurorū eſt, neq; præſentium. ¶ Nam futurorū, opinio quædā eſt, & ſpes, & quædā ſperatiua ſcientia, quā præſagitrice diuinationemq; quidā di-

Qudd

cere solent. Præsentium autem, sensus est. ipso enim, neque futura, neque præterita cognoscimus: sed duntaxat quod in-  
 Sola præstat atque præsens est. ¶ Quinta. Memoria, præteriorum est. §  
 terita memorari. Nam cum quid præsens adest, ut cum quis præsens aliquid  
 intuetur: nullus ipsum memorari dixerit. Neque cum quis considerat & intelligit: sed dicent illum, sensum habere: hunc vero, habere scientiam. Sed qui memoratur, cum sensum & scientiam sine actibus habeat: dicit se memorari, se hoc olim vidisse, hoc audiuisse, hoc sensisse, se didicisse triangulum tres duobus rectis æquales angulos habere, memorarique se hoc vel illud contemplatum fuisse. Et quotiescunque memorari nos dicimus: semper præteritum adijcimus, ut murque his aut consimilibus verbis, prius vidi, prius audiui, sensi, intellexi. Est igitur memoria, præteriorum. ¶ Corollarium. Vnde fit, ut memoria neque sensus sit, neque opinio. Sensus quidē non erit: nam sensus præsentis est. Opinio vero: quia & ipsa futuri est. Sed memoria (ut dictum est) alicuius horum est, cum factum fuerit tempus, aut habitus, aut passio. Facti enim, & cuius iam tempus abiit, actumque est: omnis memoria est. Sensus autē, præsentis: & opinio & spes, futuri. ¶ Sexta. Sola ea quæ sensum habent, tempusque sentiunt: memorantur, & 7  
 eorum quorum non habuerint sensus: ipsa memorari non contingit. ¶ Primo. quia memoria, præteriorum est: & eorum spectrorum, simulacrorumque, quæ imaginatione in rerum absentia dicuntur atque efficiunt, quæ, phantasmata (cum animam sine phantasmate non intelligere dixerimus) nuncupauimus. Sed de phantasia & imaginandi virtute, satis in ijs qui sunt de anima dictum putamus. ¶ Sed dubitatio suboritur. Si memoria talium esset spec- 8  
 trorum, sensualiumque phantasmatum: ipsa intelligibili non esset. ¶ Responso. Memoria per se præcipui sensus (quæ abditum & interiore diximus) passio est: ad quæ hæc sensuality phantasmata spectant. Intellectus autē per accidens est: quod intellectu contingat consimilibus affirmari similitudinibus. Euenitque intellectui, quod Geometrix euenit describenti. Cum enim nulla ei sit opus certa, determinataque quantitate: certamen determinatamque describit quantitatem. Ita intellectui (quauis re quantitatis immunē intelligere satagat) primum moles, quantitasque obiecta assurgit. Et si quantum determi-

Quod  
 memoria  
 aliquādo  
 est passio,  
 & aliquā  
 habitus.



natū ipsi obiectū sit: ipsum, indifferēs, nulloq; certo mensur  
diffinitū atq; terminatū, protinus apprehēdit. Sed cur sine  
dimensione, sineq; tēporis tractu & successione nihil aut  
vix quicq; nobis occurrat intelligendū; alio differendū est  
loco. ¶ Secundo. quia si intellectiux partis passio esset ali  
qua: multa animalia quæ neq; opinionem, neq; prudentiā  
habēt, imō nulla alia ab homine memorarētur. Atqui nūc  
multa alia memorari videm⁹. Est igit̃ nō intellectiux par  
tis alicui⁹ passio aliqua: sed, vt dictū est, primi præcipuiq;

9 sensus. ¶ Septima. Nō omnia animalia, memoria predita  
sunt. ¶ Nā nō oīa t̃pis sensum habēt: vt prius sentiant &  
posterior, quæ sunt in tpe. Memoria aut̃, eorū est quæ non  
modo tempus vt præsens sentiant: sed & prius & poster  
ius. vt quæ cognoscūt aut vidisse, audisse, didicisse, aut ali  
quid taliū: vbi simul prius & posterius apprehendūt. Nō  
igitur oīa aīalia, memoria sunt prædita. ¶ Quæstio.

Quæstio.

10 mulacro præsentē: rei præteritæ & absentis memoramur:  
speciei autem nobis præsentis, nō memoremur. ¶ Respō

sio. vt hanc diluamus quæstionē, id operæpretiū est præ  
noscere: exteriore sensu moto, simulacra quædam, vt pic  
turæ, vt sigillorum impressiones, in corporea parte sens  
sui interiori famulante affirmari atq; reponi. quorum me  
moriā diximus habitū aut passionē esse: & ad quæ vt in  
arca, vel in prōptuario, thesauroq; recōdita & ad functio  
nes illas seruata, se imaginādi virtus conuertit, quoties me  
minisse, memorariq; volumus. Sed ex his videri pōt, me  
moriā affirmati simulacri esse: & nō rei absentis. Primo.  
quia si memoria ita fieret: ipsa, sentiēdo fieret. quod aut̃ ab  
sens est, non sentimus: sed quod sensui obiectū, præsensq;  
est. Secūdo. quia species, simulacraq; quibus memoramur  
picturis & figuris similia fecimus. Horum autem, est sens  
sus. & memoriā parans hæc intuetur: & nō absentia. Ter  
tio. qua ratione dicas memoriā absentis esse, vimq; illā in  
teriorē rem absentem memorari: eadē ratione rem absente  
& videre, & audire cōfiteri licebit. vt cum quis rei præte  
ritæ intueatur imaginem, vt animal in tabula pictū. ¶ His Aristote  
hanc subnectimus responsionem. Sicut idem est quod in lis rīsis.  
tabula depictum est, & aīal, & imago: nō tamen amborū

Cur infir-  
mis vel se-  
nib⁹ debi-  
lis sit me-  
moria.

eade ratio est. ita idē in nobis est qđ phantasma est, & qđ alterius est imago: rō tamen, altera est. Nā vt secundū se cōsyderať, spectaturq̃, phātaſma dicit̃. quēadmodū qui solū in pariete picturā, vt Coriscī imaginē intueť, & nunq̃ no uerit Coriscū, & animal pictū vt tale animal. vt verō ad id cui⁹ est, ipsum cōferimus atq; cōparam⁹: nō secūdū id qđ est, sed vt imaginē apprehēdimus. Itaq; cū memoramur: ipsum phātaſma nō vt spectrū & phātaſma: sed vt imaginē absentis rei deprehēdimus. hinc potius rei absentis, q̃ nobis prēſentis simulacri, memorari dicimur. ¶ Primū cōrollariū. Hinc fieri dinoscit̃, cur debilis & infirma sit memoria ijs qui ægritudinib⁹, aut etatis fluxu, ī motu & agitatū cōtinuo sunt: & qbus frigidi, duriusculi, & corneoli, sensus existūt. Nā mot⁹ disturbatio: simulacri residē impressiōē impedit, perinde atq; si sigillū in currentem amnē de merſeris: effigiē nō relinquis. Et nimis frigidi: vt antiqua ædificia (quib⁹ picturæ imaginesq̃ ob venustatē oblitæ atq; deletæ sunt) simulacris seruādīs sunt inepti. Durorū vero & corneorū sensuū, impressiōē, ob rigore & durtiā (vt neq; lapis, sigilli effigiē) nō admittūt. ¶ Secundum. Proinde etiā tam qui infantilem ætatē degunt, q̃ qui extremū senii: obliuioſos esse necesse est. Illi enim, propter augmentū, in cōtinuo motu agitatūq̃ sunt: hī verō: ppter decrementū. ¶ Tertium. Qui etiam citæ velocisq̃ apprehensionis existunt, quīve nimiū hebetes atq; tardi: malē memorari cōsueuerunt. Illi quidē: quodd plus æquo humidi sint, phātaſma nō retinēt. hī vero: quodd duriores æquo impressiōem nō recipiūt. ¶ Quartū. Rursus frequēti vsu euenit, vt cū rei præteritæ nos subit recordatio, dubij accipitesq̃ simus, an rei ita factæ memoremur, an alia occasiōe nos sentire cōtingat. Nam phātaſma plerunq; fit vt imaginabile solū: aliquādo verō vt imago & memorabile. Cum aut vt imaginabile solū apparet: incerti sumus an tale aliquid factū viderimus, aut audiuerimus. & discursu ratiocinationeq̃ facta, plerūq; nos reminisci contingit, & huiusce rei deprehendere certitudinem: & ipsum vt alterius cognoscere imaginē. Contingit etiā contra, plerunq; vt cum rem factā nonnulli intuitū nō sint sed phantasma,

se rei ita factæ memoratos putet. quæadmodum in Antiphe-  
ronte & ijs ferè (qui extasi & excessus mētis aguntur) acci-  
dit. Illic em̄ phātasma vt rem factā, narrāt. Et hoc est, cum  
phantasma: nō vt phātasma & imaginabile solum cōsyde-  
rent: sed vt imaginem, cum res ita facta nō fuerit. Cū verò  
ipsum vt imaginem capiāt, factaq; res ita fuerit, & credūt  
se memorari: proculdubio memorētur. ¶ Octaua. Medita-  
tiones reminiscendo memoriā confirmant, tuentur, & sal-  
uant. ¶ Meditari enim hoc pacto nihil aliud est: q̄ crebro  
imagines repetere atq; recurrere vt imagines, & nō vt in  
se spectra, simulacraq; sunt. id enim faciendo permanētior,  
diuturnior, promptiorq; paratur memoriæ habitus. Me-  
ditationes igitur, memoriā tuentur & saluāt. Sed de me-  
moria quid sit, & cuius sit (est enim primi præcipuiq; in  
nobis sensitiui) satis, abundeq; diximus.

Quid me  
ditari,

## SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Meminisse, Memorari. ¶ Pomilio, nanus, Pomilio, La-  
tinum. Nanus, Græcum.

Secundū cap. cōtinet decē cōclusiones quatuor quæ-  
stiones post quartā. tria corollaria ad primā quæstio-  
nē. vnū ad secundā, & tria signa ad decimā. ¶ Prima  
cōclusio. De reminiscētia nunc agendū est. Nam post  
expletā de memoria determinationē: suę determinationis  
locū requirit. Et prius ea ponemus quæ cōibus, ventilas  
tisq; rōnibus: de ipsa vera esse cōprobata sunt. ¶ Secūda.  
Reminiscētia, neq; memoriæ resumptio, neq; disciplinx  
assumptio est. ¶ Memorię quidē resumptio non est. Nā ea  
optimē fit, semp præsentē habitū, nullaq; facta obliuionis  
interuētionē: non autē reminiscētia. Neq; quidē discipli-  
nx assumptio est. Nam cum quis primum discit, discipli-  
namq; de recētī accipit: nō resumit memoriā, neq; vnā  
quidem. Neq; simul memoriā accipit. Nā memoriā, ha-  
bitus aut passio est: cum factū fuerit tempus. Atqui remi-  
niscētia non sine memoriæ resumptione fit: sitq; simul  
cum ea, memoriā. Non igitur erit reminiscētia: disciplinx  
assumptio. Et licet eorū quæ nunc scimus, memorari con-  
tingat per accidens: non tamen per se contingit vt nunc  
scita, non enim factum est tempus; sed memoramur nunc



aut vidisse, aut audiuisse, aut passum fuisse, aut aliquid simile. ¶ Tertia. Plura ad reminiscendū, q̄ ad discendū & 18  
 Reminiscētię & memorandū: requisita sunt. ¶ Nā cū sit habitus: discimus  
 memorię & cū saluo habitu, alicuius eorū (quę facta fuerūt) recor  
 discriminē, datio subit: memoria paritur. Id aut̄ reminiscētię nō satis  
 est: sed & memoriā pręcedere & memoriā sequi oportet.  
 Fit em̄, cū pręteriti alicuius memoriā partim tenemus: par  
 tim verō memoria excidim⁹, oblit⁹ sumus. Et cū ex par  
 te illa sana, iterū in oblitę, menteq; collapsę partis memo  
 rię resumptionē atq; discentiā venim⁹: tūc reminiscētia fa  
 cta est. Cōtingit siquidē, eundē bis idē discere ac iuenire,  
 itaq; bene dictū est, memoriā pcedere: nō quidē oīno, sed  
 partim, memoriāq; sequi. Nā simul resumitur, nō quidē  
 oīno: sed quod ā mente collapsum fuerat. Differt igitur re  
 miniscētia ā memoria & ā doctrinę perceptione: quōd  
 plurimum egeat. ¶ Quarta. Reminiscētia ex rerū natura nat̄ 19  
 scitur. ¶ Nā motus animę ita se habēt, vt alter alterū con  
 sequio trahat: vt hūc motus post illū fiat. Quōd si ex neces  
 sitate: id fuerit quo modo ignem calor & lumen splēdor,  
 & illius meminēris, & huius te meminisse necesse erit. Si  
 contingenter vt ex cōsuetudine, vt plurimū ex primo mo  
 ueberis in secundū, & ex secūdo in tertiu. Et qui velocius  
 cōsuefuit, consuetudinēq; sibi parant (vt pote qui semel  
 motu facto) memorari, reminisciq; aptiores sunt, qui verō  
 tardius, vt qui pluribus motibus factis: ineptiores haben  
 tur. Cōtingit em̄, quosdam semel vidēdo magis, diutiusq;  
 memorari, q̄ alios eisdem cōpluries visis. Ex tali igitur re  
 rum ordine, facillē memoriā paratur. Cū em̄ reminisci vo  
 lumus: mens ab aliquo primo excita, in alterum secundū  
 consuetudinē fertur, & iterū in alterū. inuestigamusq; me  
 ditātes, nunc ā simili, nūc ā cōtrario, nunc ā distante, nūc  
 ā propinquo. Et cū ad motū rei quā quęrimus, deuentū  
 fuerit: reminiscētia paritur, & cū ab hoc inceperit, aut ab  
 illo: mot⁹ plerūq; eosdē inuenit, quādoq; diuersos, quan  
 doq; totos, quādoq; partim, cū verō ab illo inuestigare oc  
 cipit: reminiscētia nulla paratur, quod non perducit suorū  
 consequio motū ad id quod petitur, at cū ita nō inuesti  
 gar, sed aliūdē orsus; consequitur quod desyderat, remini


- 10 sciturq; Primo enim habito; cetera nexu quodā & quasi vinculo colligata, ad seriē cōfluunt. ¶ Prima quæstio. Sed quæstio incidit cur plerūq; eorū quę procul, multoq; distātia sunt tēpore; bene reminiscimur? eorū verō quę propē sunt, vt quę hesternus peperit dies: reminisci nequimus? ¶ Hoc certē mirū nō est: neq; aliā quā diximus adducere oportet causam. Nā ea quę à nostro atomo pcul absunt, q̄ quę multo ante didicim⁹: quodā accepto mor⁹ initio, in memoriā se reuocare solēt. Habito igit̃ illorū principio, cui cōnexa & cōsequētia sunt, quę ad illa perducūt (quod ex cōsuetudine dixim⁹ euenire), pcul absentīū reminiscimur. Nō habito aut̃ eorum principio quę propē sunt, ad quę cōnexa & cōsequētia nos perducāt: eorū haud quāq̄
- 21 reminisci possum⁹. ¶ Primū corollarīū. Hinc fit, vt omnis reminiscētia, principio ex quo pēdet habito: citissimē, opti meq; absoluat. Sicut em̃ res secundū cōsequentīā adin uicē sese habent: ita & motus. ¶ Secundū corollarium. Fit
- 22 etiā, vt quę bona ordinatione, dispositioneq; diligētī notata sunt: facilē memorentur. quę verō confuso ordine in vnū congesta & cumulata sūt difficilē, vt Mathematica, q̄ ordinē, bonamq; seriē seruent: facilē sunt reminiscibilia.
- 23 ¶ Tertiū. Ex quo etiā cognoscit̃ differētia inter reminisci Quod & iterū discere. nā qui reminiscitur: à seipso mouetur. & certus on ex principio quodā incolumi, inuestigat cōnexa & iūcta do ad me principio. Qui verō discit, non ab se mouetur: sed à præce moriam
- 24 prore, docētēve, neq; quidē adhuc memoratur. ¶ Secūda plurimū quæstio. Cur quærentes reminisci, id nō possint: quærentes cōducit, etiā aliquādo possint? ¶ Id euenit cum multa reuoluunt, Quod res motusq; efficiūt: neq; veniāt, ad eā motionē ad quā remi minisci & niscētiæ motus sequat̃. tūc em̃ reminisci nequeūt, cū verō iterum dī accepto principio ad eā perueniāt motionē: possunt. Res scere dī miniscūtur em̃ (quēadmodū dictū est) q̄ talē habēt faculta ferunt, tē, & tale auspiciant̃ principiū: cui⁹ nexa & cōsequētia ad
- 25 motionē rei petiē perducāt. ¶ Corollarīū. Quo fit, vt qui Quomodo ad reminiscētiā celerē esse cupit: principiū tale sumere de, do proce beat, cui loci respōdeāt. Locos dicim⁹: aut cōiugata, simi dēdū est lia, aut cōtraria. ¶ Nā id causa erit, vt cito in memoriā ab vt remini terius veniam⁹. Exēpli causa. Ex lacte venim⁹ in candorē, scamur.

ex cādore in aera, ex aere in humorem, ex humore in autūnū, ex autūno in brumā. hoc em̄ tps supponat esse quæsitū. & in oī genere: qđ in medio est, aptū videt posse sumi principiū. quo inuēto, facillima cōperta sunt reliqua. vt si his literis a, b, c, d, e, f, g: certæ respōdeāt notiones, inuenta media litera d, si nō est quæ petit, ad e, ad f, ad g, perue stigāda te cōuertas. quarū si nulla est quā quæris; retro facile te cōuertis ad c, ad b, ad a, vbi quod quæras inuenire possis. ¶ Tertia quæstio. Cur ab aliquo principio orsi etiā 26  
apto, aliquando reminiscamur: aliquando vero, minimē? ¶ Hoc ideo est, qđ diuersa cōnexa habeat consequentia: quorū hæc ad petitū pducūt, illa vero minimē, rapimurq; ad id ad quod maior nobis consuetudo facta fuerit. Vt si d principiū est perducēdi ad f & ad a, si maior vsus & cōsuetudo vt ab antiquo tibi fuerit moueri ex ipso d ad a qđ ad f rapieris ad memorandū a & nō f. Quod em̄ ab antiquo nō est: inconsuetius est. ipsaq; cōsuetudo, iā vt natura quædā est. Et quæ frequēter itelligim⁹: cito reminiscimur. Et sicut natura hoc post hoc est: sic & operatio huius post hoc facit cōsuetudinē, naturamq; parit. ¶ Quarta quæstio. 27  
Cur reminiscēdo oberrare cōtingit. ¶ Sicut i his quæ sunt à natura oberrare cōtingit, & aliqua temere & à casu euenire: ita & in reminiscētia accidit, & natura & cōsuetudine quæsitā. & magis in ijs quæ cōsuetudine vbi non apte cōsequentia seruāt, oberram⁹, vt cū alicuius reminisci volumus: alterum p altero (quod similitudinis fortē nomen subeat) accipim⁹, vt cū Protagoræ reminisci laboramus: Pythagoræ nomē subit, credimusq; bonā nos reminiscētia fecisse, fallimurq; atq; erramus. ¶ Quinta cōclusio. Ad 28  
memorandū & reminiscendū: summopere tps nosse oportet, aut vt certā, cōstitutāq; mēsurā definitū, aut vt incertū atq; indeterminatū. ¶ Alioqui nos non potius memorari aut reminisci dicere possumus: qđ qui phantasmatibus vt phātasmatata sunt, illusi fallunt. ¶ Sexta. Vis interna sensua 29  
lis, latēs: cōprehēsis spectris iudicat de tpe statuto, incerto, pluri, minori, nullo foras egresso. quēadmodū credebant radijs ab oculis emissis, visionē fieri. ¶ Nā de hac virtute, & itelligētia, idem subit iudiciū, Intelligentia autem magnitudinem



gnitudinem flatutam, incertam, maiorem, minorem pſpi-  
cit: nihil extra fundendo, mittendoq. Nam non minus  
magnitudine non existente, eam proſpiciť, & cōſimili no-  
tione & motu mouetur: atq; magnitudine pręſente, & p-  
nutu ipſam apprehęſam: aut maiorem, aut minorem, aut  
intra, aut extra effingit, facit igiť imaginandi virtus in ſua  
ſede de tempore iudicium: non egrediendo, aut aliquid  
30 foras profundendo. ¶ Septima. Modus qui rebus & no-  
tionibus accommodatur: conſimili proportionē tempori  
accomodandus eſt. Nam vt minor res ſe habet ad maios  
rem: ita minus tempus ad maius, & vt tota res ad totum  
tempus: ita partes, ad partes.

Trigoni rerum memorandarum & temporum.



¶ Vt eſto a, b, c, temporis triangulus; quem æquidistan-  
tibus lineis in ſignis d, e, f, g, ſeco. Eſto deinde h, i, k, minor  
triangulus rerum: quarum ſimul cum tempore notionēs  
coapprehendimus. Sicut enim k h, & h i, ad k l, & l m; ita

quoq; c a, & a b: ad c d, & d e. Et qui apprehēdit k l, simul apprehendit k n. & percurrit tempus c d, & c: si ipsum simul sentiens, & ita semper proportionē quadam particulis trianguli rerum: trianguli temporis particulæ respons debūt. Modus igitur rebus, notionibusq; accommodatus: simili proportiōe & tempori accommodatur. ¶ Octaua.

**Duo me** Contingit dupliciter labi, & à recta memoria & reminiscētiæ & scientia deuiare. ¶ Nam cum rei pariter & temporis sit memoria & apprehensio: recta memoria est, cum verò id putetur fieri & nō fiat, recta excidit memoria. ¶ Quomodo autem si Xenocratis memorari putas: cū non Xenocratem

sed Xenophontem tenes. Itidem recta labitur memoria: cum te memorari nō putas: similis somnianti, cum tamen memoria sit. Et contingit rei cognitæ modo certum tempus adhibere: vt cum memini me, aut heri aut nudiūstertius exercitasse. modo verò indefinitum atq; incertum: quēadmodum plurimi rem factam memoria tenentes dicere cōsueuerunt, factū memini: sed quādo, nescio. q̄ definitam certamq; tēporis mensurā nō cognoscant. ¶ Nona.

**Reminiscētiæ** Reminiscētiā à memoria differt. ¶ Primo quidem differt: scētiæ, & q̄ bene reminiscētes, cōmuniter male memorari (vt prius memoriæ diximus) consueuerunt. & memoria reminiscētiā tempore præuenit. ¶ Secundo, quia reminiscētiā solis hominibus concessa est. ¶ Decima. Reminiscētiā, passio corporalis est. ¶ Huius multa sunt indicia. ¶ Primum, quia (quodd phantasmate egeant) contingit quosdam pleniūq; turbari: cum reminisci nequeant, vt melancholicos (quos maxime phantasmata mouent) cum diligentia atq; attentione reminisci conantes: & non potentes quidem, neq; corporeos motus sedare, vt neq; qui lapidem pepulit, suæ amplius potestatis ipsum sedare non est. Turbantur etiam plurimum quibus sensorium humidum est: q̄ (ipso agitato) non quiescat, donec omnes motus vt in rectum procedentes, absoluantur. Facile enim motum recipit, & hinc modica ira, aut metu tentati: statim excandescunt, aut accrescit timor ultro: q̄ motus sedare nequeant incēptos. Estq; hæc affectio, persimilis melodijs, vt cum cantores emodulati sint: ipsi silentibus & nolentibus cor

centū reddi, cōcentus ite rū redditur, atq; iterū audiē har-  
monia. ¶ Sed m. supiora grossa habētes: peius alijs memo-  
rari solent. multā em̄ gravitatē habēt: acceptoq; principio,  
haud rectē ob sensorij diffusionē, ad id quod reminisci la-  
borant, pcedūt. ¶ Tertiū. q̄ & senes pueri malē memori-  
tur atq; reminiscuntur: illi ob decrementū motū, hi ob motū  
augmentī. Sunt enim pueri ad longā ætatem nanis (quos  
pomiliones dicimus) persimiles. Sed quid memoria, cui⁹  
partis animæ sit, cuius sit obiecti, quæ animalia memoren-  
rentur: & eadem de reminiscentiā abūde dictum satis sit.

¶ Paraphrascos in librum de memoria & remi-  
niscentiā, finis.

IACOBI FABRI STAPVLENSIS

in librum Aristotelis de somno & vigilia paraphrasis.

PRIMI CAPITIS PARAPHRASIS

seos in librum de somno & vigilia, annot.

¶ Fœditas, turpitudine. ¶ Primus sensus, sensus tactus.



Iber de Sōno & Vigilia cōtinet tria  
cap. Primū. sex cōclusiones. duas rō-  
nes ad scđam, vnū corollarīū ad ter-  
tiā, & duas rōnes ad quartā. ¶ Prima  
cōclusio. De somno & vigilia hæc se  
cōsyderāda offerūt, qd sint, cuius sint,  
an corpori, an animæ ppria, an cōia,  
cur aīalibus accidant, an oībus, an  
aliqua solo somno, aliqua sola vigilia, alia verò neutro po-  
tiātur, quid infomniū, an dormientes interdum somnient  
interdum non, an potius semper somnient, sed quiete so-  
luta non meminerint, an in quiete contingat futura præ-  
uidere, & id soli homini accidat, & id an natura, an te-  
mere & euentu aliquo eueniat, an deus aliquis causa sit.  
¶ His enim determinatis: sufficiens de somno & vigilia  
determinatio (quemadmodum polliciti sumus) facta esse  
videbitur. ¶ Secunda. Ad eandem animalis partem, som-  
nus & vigilia pertinent. ¶ Primo. quia opposita circa  
idem subiectum fieri videntur, eiusdemq; esse passionēs.  
Et id verum est, tam in ijs quæ arte, q̄ quæ natura con-  
stant. Eiusdem enim sunt, visus cæcitas, auditus surditas,



pulchritudo fœditas, sanitas ægritudo, robur debilitas. Atqui somnus & vigilia: opposita sunt. Est enim sonus vt priuatio quædam vigilæ. Ad idem igitur pertinent somnus & vigilia. ¶ Secundo. quia quo argumento aliquid vigilare cognoscimus: eodem cognoscimus & dormire, at aliquem vigilare deprehendimus: cū exterioris sensus fungitur officio, sentitq̃. Dormire verò: cum exterioris sensus, vsu priuatur & officio. Sensu igitur somnū & vigiliā discernimus: habentq̃ circa eandē animalis partem (vt pote circa sensum) fieri. ¶ Tertia. Sōnus & vigilia, neq̃ animæ neq̃ corpori propria sunt: sed vtriusq̃ cōmunia. ¶ Nā somnus & vigilia: ipsius sensus existunt. Sensus autem: & animæ & corpori cōmunis habetur, sensus enim actus: in corpore, animæ operatio est. Et quod inanime est, sentire, impossibile est. Sōnus igitur & vigilia: corpori & animæ

Quibus sunt cōmunia. ¶ Corollarium. Hinc cognoscitur explorata vis sensiti tum, quæ solam vegetandi virtutem vt alēdi, augēdi, mīuā deest, nuendi (quemadmodū stirpes & plantæ) retineant: neq̃ omnū & somnū, neq̃ vigiliam obtinere. Nam ipsis: sentiendi pari vigiliā cula deest: quæ longo interstitio à vegetatrice facultate di non com stat: etsi etiā cognitum non esset has vires subiecto & petere.

magitudine distare. Solius autem sentiēdi particulæ, somnus & vigilia existunt. ¶ Quarta conclusio. Nullum animal, aut semper dormit, aut semper vigilat: nullumq̃ sensu præditum contingit aut nunq̃ dormire, aut nunq̃ vigilare. ¶ Primo. quia & somnus & vigilia: passio est nata fieri circa idem, vt primum sensum. Non igitur vna semper fiet: altera verò, nunq̃. ¶ Secundo, quorumcunq̃ est naturale opus, cuius si excessum fuerit tempus, defatiscūt & remittuntur vires: ipsum necesse est aliquando deficere. Atqui oculi, aures, nares, manus, pedes, à natura opus habent: cuius exacto tempore elanguescunt vires. ipsum igitur aliquando deficere necesse est. At vigiliam describūt, sensuum solutionem: cū liberam suis functionibus intē

Quid videre valent operam, somnum verò: ipso ligamen, defectum, & impotentiam, ob excessum vigilandi, est tamen  
Quid sō excessus vigilandi, aliquando ab ægritudine, aliquando  
nus, sine ægritudine, quare & similiter importētia duplex, quic

quid igitur contingit vigilare, contingit & dormire. Nā  
semper (vt dictum est) agere nō possunt. & contrā quicō  
quid dormire contingit: continget & vigilare. Nā dormi  
tio, posterior: vigilia aut prior, & ppria sensus opatio. qe  
6 quid igitur dormit, à somno excitabile est. ¶ Quinta. Ani  
malia certē omnia, gressilia, volatilia, natatilia: somno par  
ticipant. ¶ Nam aquatiliū genera vt quæ molli crusta in  
teguntur, & quæ malacia nūcupant: sopora cernūtur. quæ  
verò duram, siliceamq; testam habent: sensu adhuc percep  
ptū non est an sopiantur, ratione tamen id persuaderi pōt.  
Nam omne animal sensum habet, animal enim, per sens  
sum habere, diffinimus. habent igitur hæc ostracoderma,  
testeaq; cute contexta: sensum. Præterea, quicquid sensum  
habet, aliquando sensus operationem exercet: & aliquan  
do à sensus operatione deficit. Atqui sensus solutionē di  
ximus vigiliā: eius verò vinculū, somnū. Interdū igitur vi  
gilant, & interdū dormiunt hmōi animalia. Gressilia autē  
manifestē & vigilare & dormire cōspiciūtur: & pfectiora  
volatilia. Insecta itidē: qbus molles sunt oculi, qbus verò  
corneoli & duri sunt oculi: itidem. Sed breues eorū sunt  
somnia. quare cū dormiant: id sæpenumero latere cōtingit.  
7 ¶ Sexta. Nulli plantarū: harū passionū altera attribui pōt.  
¶ Nam somnus & vigilia solis sensu præditis conuenire  
possunt. Plantæ autem, sensum non habent. quibus enim  
sensus adest: & delectatio & tristitia adest. Nulli autē plan  
tarum, horum aliquid adest. igitur neq; somnus, neq; vigi  
lia. Et quod ipsis ad sit nutricia virtus: hoc nihil arguit.  
Nam hæc alendi virtus, expeditius consopitis quàm no  
bis vigilantibus opera sua peragit. quasi ad suas operatio  
nes, sensuum adminiculū non requirat: quin potius quor  
dammodo obfint. Non igitur plantæ vt alantur, indole  
scant, minuanturve: ope sensus egent.

## SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Holoptera, totipennia. est enim holon totum, & pteron  
penna. ¶ Bombus: sonus est, quem insecta vt vespx, apes  
eiusq; generis similia, edere solēt. ¶ Problemata condidit  
Aristoteles ex quibus librum confecit, qui nunc Proble  
matum liber inscribitur.

Secundū cap. cōtinet sex cōclusiōes. tres rōnes. & vnū  
 corollarium ad scd'am. ¶ Prima cōclusio. Necessē est  
 animalis in somno oēs sensus esse ligatos. ¶ Nā ani-  
 maliū, hęc sensus oēs possidēt: hęc aliquos solū, vt gu-  
 stum & tactum. Tactus enī, omniū latissimē fusus est,  
 habentq; oīa aīalia tactum: vt in libris de anima dictū est.  
 At sonus in omnibus cōsimili fit modo: & cum summa  
 immobilitate offundūtur, ligātur igitur quotquot habent  
 sensus. Si enim das vnū ligari, & alterum solui: soluto sen-  
 tiet dormiens. Sentiet igitur. hoc autem, impossibile. ¶ Se-  
 cunda cōclusio. Somnus & vigilia passiōes sunt tactus.  
 ¶ Primo. quia natura vnicuiq; sensuum propriū aliquid  
 deputauit, vt visui videre, auditui audire, & non mō hoc  
 sed quiddam cōmune, cōmunemq; potentiam omnibus  
 concessit: qua inducat se videre, audire, olfacere, gustare,  
 tangere: qua discrimin albi & dulcis, coloris & soni, & di-  
 uerforū sensibiliū genera discernit (id enim nullus particu-  
 lariū sensuū possit) potentia quidem vna & vnus senso-  
 rij, quemadmodum in cōtemplationibus de anima latius  
 expressimus. Hęc autem, cū tactu maximē coniūgitur: vt  
 à quo nūq̃ separetur, ab alijs autem separari possit. Som-  
 nus autem & vigilia maximē sunt tactus, ob quē hęc sen-  
 tiendi particula omnibus adest: qui & idem omnibus vel  
 solus adest animantibus. ¶ Secundo. si dormitio fieret, q̃  
 omnes sensus immobiles fiant: pleraq; animalia nūq̃ dor-  
 mire necesse esset, cum nō omnes sensus habeant omnia.  
 hoc autem, incōmodum. ¶ Tertio. si non est necesse vt o-  
 mnes sensus simul sint in opera: rationabilius contrarium  
 accidere posse videtur, vt vno immobili & impotente fa-  
 cto, alter non sit impotens. principalis enim potiusq; sen-  
 sus ad sentire: q̃ ad defectum se habent. Et quāuis ita sit:  
 tactu tamen (qui primus est sensuum) sopito: compatiun-  
 tur posteriores, consopianturq; omnes. Cum verò poste-  
 rior aliquis impotens fieret: nō oportet eodem iure alios  
 & hunc primum fieri impotentem. ¶ Corollarium. Ex his  
 manifestum est: somnum non esse, sensus sine operatione  
 esse, neq; non vti sensibus, neq; omnem sentiendi impo-  
 tentiam. ¶ Sunt enim pleriq; animæ defectus, vbi sensus



- sine operatione existit & sine usu: ut in quibusdam deli-  
ris & amētibz accidere solet. & diminuta & aliquo sensu  
capta animalia: impotentiā sentiendi habent. & appres-  
hensis nonnullis quæ in collo sunt venis: collabuntur ho-  
mines insensibiles. & tamen hi omnes nō somno soluunt  
dormiūtve. Sed cum primus sensuū & quo omnia con-  
tingit sentire animalia impotens factus est: somnus est, &  
11 nō aliorum vllō impotente facto. ¶ Tertia. Somnus ani-  
malium, salutis gratia existit. ¶ Nam causarū, hæc mates-  
ria, hæc ratio, hæc efficiēs, hæc verò cuius gratia est. & na-  
turam alicuius gratia agere diximus: boni siquidem gra-  
tia. Atqui quæcūq; nō semper continuē moveri possunt;  
quies apta intercedit ad salutem. Animalia autē nō semper  
sensibus vti queunt. Aduenit igitur ipsis meritō aptus ad  
salutē somn⁹. Vnde vulgo tracta est metaphora: ut somn⁹  
requies dicatur. quasi veritas: somnū quietis nomine cen-  
12 seri cogeret. ¶ Quarta. Vigilia maximē finē attingit. ¶ Nā  
sentire & sapere, finis est omnib⁹ quib⁹ vnū eorum cōpe-  
tit, nam hæc optima sunt. Finis autē optimū esse requirit.  
Vigilia autē horum est: vtpote brutis quo sentiant, homi-  
ni quo sapiat & prudentiæ inuigilet. maximē igitur vige-  
13 lia, finē attingit. ¶ Quinta. Omni animali somnus est ne-  
cessarius: nō quidē omnino, sed ex suppositiōe atq; adiu-  
ctiōe, si naturā suā sequi, saluariq; debeat. ¶ Nam si aial  
se instaurare & saluare debeat: aliqua ponere quibus alia  
subinde sequatur, necesse est. Vt si se saluet, ipsum ali oport-  
et. si alatur: è cibo vaporem sustolli necesse est, ex quo ne-  
cessario cōsequitur somnus. omni igitur animali necessa-  
rius est somnus: non quidem omnino, sed ex appositōe,  
14 si seipsum saluare debeat. ¶ Sexta. Præcipuum somni esse Quid esse  
stium in sanguine præditis est: cor: in exanguibus verò, stium so-  
aliquid cordi emulū. ¶ Nam id principiū somni est: quod mni exis-  
animaliū principiū est motus. Sanguinē autem habētium sūt,  
cor, capitis vētrisq; situ medium, principiū est motus. ha-  
bent enim omnia sanguine prædita, cor: quod & refriger-  
rio eget. Non habentium autē sanguinē: aliquid æmulum  
cordi. Habēt enim sanguine carētia, vt insecta tortipennia  
vt vespa, apes, muscæ (quæ holoptera dicūt) aliquid vice

cordis: & spiritum interiorem atq; congenium quē nunc attollunt: nunc verd contrahunt. respirantibus autem & sanguineis: spiritus ille deforis est. Quid verd insecta illa pennata volando strepitum & bombos elidant; hoc est attritu aeris ad circundantem membranam. Motum itaq; habent circa primum & sensus & motus effectuum omnia: aut à proprio & congeneo spiritu aut ab alieno, est itaq; notum, cor aut cordi æmulum: esse somni principiu, & non modo somni: sed & vigiliæ etiam principium est. Sed cur dormientes agitatione corporis se moueant, & multa vigilantibus persimilia opera faciant, cum id sine phantasmate & insomnio non fiat: postea dicturi sumus. Cur verd expectati insomniorū meminerint, non autem meminerint operum quæ vigilatibus similia patrauerint: in problematis causam adduximus.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

- Euripus.** ¶ Euripus, pars maris inter Phocidē & Eubœam: quod septies in die, & septies in nocte refluos fluctus agit, multis nouitate rei & causa nō satis comperta, admirationem inducens. ¶ Opium: ex succo papaueris in umbra exiccato fit. vis eius somnifica: & si amplius sumatur mortifera. ¶ Herbx mandragoræ mas est & fœmina, cuius radicis & pomi grauis odor, somnum inducit. ¶ Temetū, vinū. ¶ Biliosi, melancholici. ¶ Intestinus, interior. ¶ Bilis atra, cholera nigra. ¶ Pituita, est à cerebro humorum distillatio, atq; defluxus. qui si fluat ad nares: coryzan dicūt, nos mucum narium. si ad fauces: dicunt branchon, nos rauco dinem. ad pectus: catarron, ad latus: pleuritin. & ad pulmonem phthisin. ¶ Lethargus, morbus obliuionem & pene inexpugnabilem dormiendi necessitatem inducens: & celeriter, nisi succurritur, iugulans. ¶ Comitiali morbo homo subito concidit, & ex ore spumæ mouentur, & sæpius viros quàm mulieres occupat, vt C. Celso placet.
- Quid pituita.**
- Letharg⁹**
- Morb⁹ comitialis.**

**T**ertium cap. cōtinet quatuor cōclusiones. duo cōrollaria ad primā. diffinitionē somni. vnā quæstionem. tres vulgatas respōsiones, & quartā ppriam post tertiam. ¶ Prima cōclusio. Non omnis sentiens di impotentia, censenda est somnus; sed ea quam præstat

alimenti euaporatio. ¶ Nam manifestum est, cum animal sensum habeat, subindeq; & vegetandi virtutem: ipsum à principio nutrimentū suscipere & augmentum. Nutrimentum autem omnibus id est: quod concretionem, præparationemq; fuerit vltimum, vt in sanguinem habentibus: sanguis, in exanguibus verò: quod sanguinis vicem gerit. locus autem & conceptaculū sanguinis sunt venę: quarum principium cor existit, vt ex determinatione anatomię (quam membrorum dissectionem dicūt) dilucere potest. **Quid autem anatomia.**

& susceptum alimentum in ordinatum ventriculum euaporat ad venas, vbi (vt aiunt) in iecinore permutatur, tingiturq; in sanguinem: à quo rursum fluit ad cor, vbi cōpletissimā, absolutissimamq; sanguinis naturā accipit, à quo per venas diffundit & vnicuiq; parti (vt opportunū est) distribuitur. Sed quid horū sit: in libro de alimento abunde differuimus. Atq; dum hæc geruntur, ciboq; in vapore solutus vapor ille sustollitur (omne enim tale quod anima **Quō fit somnus.**

libus inest calidum: natura in sublime fertur) modo cerebri frigidityte refrigeratur & consistit, atq; iterum Euripi more refluit ad cor: quo quidem refrigerato obrepit somnus. Obnubilantur enim sensus: suntq; suarum operationum impotentes. At cum dementia aut strangulatione (vt cum iugularium venarū constrictione vt emortui & anima defecti cadūt) impotentia sentiendi proueniat: nullus (quemadmodū diximus) appellabit somnum, tamen si cōtrouersia sit, ipsis vt emortuis iacētibus, insomnia, phantasmataq; fieri. Nam qui his grauissimorū morborum generibus tentātur, & animæ extinctæ speciem gerunt: dicunt se multa vidisse. Sed diximus, si cum morbo tentetur contingat eos dormire, nihil phibere insomniū & phantasmata fieri. Sin autē nō dormire cōtingat neq; quidē insomnium vllum esse potest. Non igitur omnis sentiendi impotētia, somnus esse censenda est: sed ea quā alimēti vapor minis-

16 **frat.** ¶ Primū corollarium. Et hac quoq; de causa: maxime **A quo fit somnus à cibis p̄ficiscitur.** ¶ Nam à cibo multus vapor mnus p̄ficiscitur & corpulentus educitur sursum, illic autem cōsistens, grasciscatur, uedinem parurit, insuamq; languorem, qui cum rursum descenderit, & se ad cor receperit, secū calorem repellens:



profundū gignit somnum. Quod autem ita capitis, oculorū, & palpebrarū grauedinē faciat: indicia sunt somniferā omnia, siue esculenta sint, siue potulenta. vt opium, pauera, mandragoræ, temetū, fatigatio multa, morbus, vt febris & lethargus, infantia, fatigatio em̄ multa, dissoluit, præbetq; dissoluta, vice incocti alimēti, nisi quodd liquat, frigidū sit, sursumq; non feratur. Et morbus potissime qui ex calido nascitur & humido: quodd multa excrementa humida sursum attollat. paruuli autem: quodd caput aliorum membrorum proportionē maximū habeant, totius, multūq; alimenti (quodd illa ætate augeantur) capax. Propter hanc causam hæc ætas comitiali morbo (quā Epilepsiam vocant) aptissima est. Est enim Epilepsia, somno permissilis, & qui ita corruūt: cessante anima & sensu dormire videntur, hac de causa, huius morbi initium in somno est. Et sunt qui in somno hoc morbo arripiuntur, in vigilia autem nō: quodd multus sursum cū alimenti vapore in somno spiritus effertur, qui reciprocans, spirituiq; alteri sursum alimentū attolenti obuiās, venas intumescere facit, animæ & respirationis meatus occludens. Et hæc spiritus occlusio & strāgulatio, comitialis, regius, ac diuinus morbus appellatur. ¶ Secundū corollariū. Quapropter pueris 17 & nutricibus nō cōducunt epota vina. ¶ Nam spumoso spiritu abūdant: potissimū nigrū, & parū refert, nutritæ, an puelli ipsi vinū ebibāt: nisi aqua dilutū sit, modicūq; sumat. Puerorū em̄ superiora, plurimū cōtinēt cibū, quādo quidd reliqua: magnitudine & incremento (sicut dictū est) superant, adeo vt longo tēpore caput cōtinere nequeant: sed quinq; mensium interuallo collum rigidum & inflexibile habeant. Et hæc causa esse potest cur fœtus (quē embryon dicunt) in matrice quiescat, suntq; iterū pueri ebriis permissiles: quodd vtriusq; largæ humoris copia, superiora cōfundat. ¶ Secunda conclusio. Somniculosi sunt: occultas 18 habētes venas, & nani, quiq; capite sunt prægradi. Illi, quodd ipsorum angustæ venæ: eleuatorum vaporum non facile præbeāt remeandi descensum, hi verd, quodd capitis amplitudo: multā recipiat euaporationē. Grandia em̄ capita; exiguo oppleri nequeunt alimēto, paruissq; exaturari.

19 copijs. ¶ Tertia. Ediuerso quorum venæ sunt patentes,  
 quicq; melancholici sunt: soporulenti non sunt. ¶ Nam ho-  
 rum amplitudo venarum: facilem præstat euaporationis  
 relapsum, contrariâq; strictarum operatur, nisi altera inter  
 cedat causa. Biliosi verò: quodd natura frigidi, pauceq; (ob  
 paruum intestinū calorem) euaporationis existunt. Hinc  
 auidi & edaces sunt: quodd cibo (quo vescuntur) non  
 fruuntur. Nam bilis atra digestiū frige facit locum, &  
 corporis partes: vbicunq; existat, à qbus talis humor enas-  
 20 sci debeat. ¶ Diffinitio somni. Ex his liquet, somnum esse  
 quandam sentiendi impotentiam: alimentī vaporibus in  
 cerebro refrigeratis, interno multo calore in corde reuoca-  
 to atq; reciprocatō. Nam dormituri (vt dictum est) mul-  
 tus est motus, incipitq; vapor frigesce. & cum calor ad  
 ima retunditur: frigesūt palpebræ, frige factæ grauescen-  
 tes decidunt, superioraq; in somno frigent & circūquaq;  
 corporis extrema: interiora vero caleat, & corporis infu-  
 21 ma, vt pedes. ¶ Quæstio. Quomodo post cibum altiores  
 somni ingruant? & cur soporifera sint vina? Non enim id  
 rōnabile videiur. nā somnus à frigida nascitur causa. hæc  
 aut, sunt calida. ¶ Huic quæstioni vulgatas adhibent solu-  
 tiones. Hæc primū, sicut vter inanīs, calidus est, cibus aut  
 replēs, descensu ipm efficit frigidū: ita capitis pori & loca,  
 sursum lato vapore frigesūt. ¶ Deinde hæc. Sicut pfusus  
 aliquo insillato vapore calido protinus inhorrescit, tre-  
 moreq; cōcutitur: ita caliditas sursum lata ifrigidat. Et qd  
 natura calidum est: languescere & quasi horrescere cogit.  
 ¶ Tertiā hanc subiūgunt. Quemadmodū grandī lignorū  
 strue suffocatur ignis: ita multo cibo ingesto confunditur  
 & hebetascit internus calor. & non prius sursum hialat, q̃  
 paulatim suppeditata & euicta cibariorū copia. Sed vt di-  
 ximus, nō ita euenit somnus. Euenit enim reditu corpulē-  
 ti humoris: quē calor in sublime p venas sustulerit. Cū em̃  
 eō loci diutius immorari nequeat: cōgelascēs, aggrauasq;  
 de capitis arce deorsum pellitur. & primū oculi marcētes  
 decidunt, & rectis aialia stare nequeūt velligijs: sed vt de-  
 uacillēt, corruantq; oportet. Et solus homo stratus, affusus  
 cuius, sopore iacet: quod animalū sol⁹ erectus incedat.

Quid sō-  
nus.

& primū collabitur quasi cōsternato animo sensum amittens omnem. deinde visis & imaginationibus illuditur, tandemq; obumbratur. ¶ Nos ergo hanc quæstioni adhibere possumus solutionem. cerebrum (quemadmodum prius diximus) reliquarum corporis collatione partium frigidissimum esse. & ijs quæ cerebrum non habent: consimile esse, quod cerebri vicarium, æmulumq; est. & quemadmodum in imbrium generatione, cū vi solaris caloris subleuante, vapores ad mediam illam frigidissimam aeris regionem pertingant: ingrossantur, concresecunt, iterumq; frigore cogente subruūt deorsum. ita vapor ad cerebrū viam capessens, primum frigidus consistit: & qui salutaris & non morbificus fuerit, iterum relabitur deorsum, & calorem cordis delatus contemperat, atq; refrigerat. Et ad se ram euaporationem (quemadmodum diximus) facit venarum gracilitas. & hæc refrigerationis atq; somni vniuersa occasio est. Quod verò vapore sublato densatum consistit, in crudatur, excrescit: cerebro superfluum vt algidum

Qñ exper  
giscit ani  
mal.

flegma, insalubre est, catarrum, pituitamq; faciēs. ¶ Quarta. 22  
Expergiscitur animal: cum concoctio absoluta, ad finemq; deducta fuerit. Nam decoctione peracta, impactus atq; in angusto constrictus calor: circūfusus vapore emicat. Eo enim ad superiora reuocato (vt priusquā animal cuiusdam sapore languesceret) expergiscitur: & ad pristinam reuocatur vigiliam. Et id certē non prius fit (vt modo diximus) quā sanguinē purissimum à fæculento & turbidissimo secreuerit: qui tenuissimus, subtilissimus, mūditissimusq; sanguis capiti cōmittitur. Crassissimus autē & corpulentissimus, mādatur inferioribus. Et omnis sanguinis cor est principium: tribus munitum thalamis, specubusq; quorum medius, sanguinē recipit, vtriusq; communis. extremi autem specus ac ventriculi: ab vtraq; vena & maiore & minore (quæ aorte nuncupatur) sanguinem recipiūt. in medio autem cordis sinu & thalamo: sanguinis discriminatio fit. Sed de his vberius alio differendū est loco. & id nouisse satis sit, quādiu sanguis ex cibo indiscretus est: soporem manere. nec ante solui, quā syncerus superiora peteſtat: turbulētus autē, inferiora, & tunc quoq; expergisci



animal. Sed quæ dormiendi causa, quid somnus, & quodd  
primi sensus nexus sit & ligamen, quodd sine passionibus  
somno vigilia, esse non contingat animal, quãdoquidem  
ipse ad ipsius conducunt salutē: abundē dictum putetur.

¶ Paraphraseos in librū Aristotelis de  
Somno & vigilia, Finis.

IACOBI FABRI STAPVLENSIS

In librū Aristotelis de insomnijs, paraphrasis.

PRIMI CAPITIS PARAPHRASIS

seos in Librum de insomnijs, Annot.

¶ Insomniū, somnium. ¶ Asciscenda, attribuenda. ¶ Sensi-  
scere, sentire. ¶ Visum, phantasma, sensuale, simulacrū.



Iber de insomnijs continet tria capi-  
ta. Primū quatuor cōclusiones. quæ  
tuor rōnes ad tertiā. & duas ad quar-  
tā. ¶ Prima cōclusio. Post hæc de in-  
somnijs agendū est, cui animæ parti  
in somniū sit asciscendū, an intellectū  
uæ partis sit passio, an passio sensus.  
¶ His em̄ duab⁹ virib⁹ tantū cognos-

2 scim⁹: quæcūq; notione aliqua deprehēdimus. ¶ Secūda.  
Insomniū nō est passio sensus. ¶ Nam sensuū officia sunt  
sentscere sua sensibilia. vt visus: colorē videre. audit⁹: au-  
dire sonū. olfact⁹: odorē dignoscere. gust⁹: saporē. & tangi-  
bilia: tact⁹. & cōmunia sensibilia, numerū, magnitudinē,  
figurā, motū & quietē itidē internoscere. At qui dormiūt  
(quib⁹ solis insomnia cōtingunt) oēs sensus illos clausos,  
cōpressosq; habēt: ita vt visus nihil cernere queat, auditus  
audire, neq; aliorū vllus. Nō sunt igit insomnia passionēs  
3 sensus. ¶ Tertia. Insomnia non sunt intellectūæ parti vt  
affectiones, opinionēsve quædā asciscēda. ¶ Primo. quia  
nō equū solū, nō hoīem, aut alicui⁹ rei esse solū deprehēdi-  
mus: sed & quātū, albū, pulchrū, & qualia sensu deprehē-  
sa sunt. Id autē in partis intellectūæ opinionib⁹, rerū esse  
essentiāsq; (vt alio dictū est loco) deprehēditis, nō euenit,  
nisi fortē in sensus præsentia: qui in somno ligat⁹ est. Opini-  
o nans pfecto: neq; verū esse dicet, neq; falsum: hominē esse  
albū, magnū, veniētē & similia, cuius nullū habet sensum.

Quæ sunt  
sensuum  
officia.

quæ omnia in somno videre videmur. Non igitur intellectiux partis sunt insomnia. ¶ Secundo. quia præter visa illa quæ obijciuntur in somno: solemus spem numero quicquid aliud intelligere. quæadmodum circa ea quæ in vigilia sentimus: iterum consideramus. Accidit enim multis aliqua præter somnium & visa intelligere: quod experiri facile est ijs quibus (quoties surgit) repetere somnium curæ est. ut cui apparet thesaurum inuenire priusquam expurgatur: sæpe enenit ipsum intelligere id esse insomnium, & memoretur ita alias se fuisse illusum. Non igitur est intellectiux partis, insomnium. imò verò neque quodcumque somno deprehendimus, insomnium esse est manifestum. ¶ Tertio. quandoque opinamur: nos opinari intelligimus & scimus. non autem quicquam somniamus: insomnium esse cognoscimus. ¶ Quarto: sicut vigilantes in ægritudinibus: ita in somnis decipi mur insomnio. Et sicut vigilans sanus iudicat solē esse pedale: ita in somno cum somniamus. Atqui vigilantes non intellectu illudimur, solēve pedalem esse intelligentia iudicamus: sed potius virtute illa, quæ usum non habet absque videre, audire, olfacere, gustare, tangere (quæ imaginariæ virtutis prius posuimus) siue eadē sit sensarix, siue non. Non sunt igitur intellectiux partis passiones, insomnia. Non itaque verum esse intelligere oportet: simpliciter positum fuisse, in somno nos nihil sentire. Nam visu interiore, auditu, olfactu, & ceteris quodammodo ut vigilanti evenit sua sensibilia sentire: & ut adiacentia & sibi præsentia intueri, Quodammodo autem ut vigilanti & exteriori sensu capessenti, non contingit. Et iterum aliquando quod in somnio apparet: mens, opinioque falsum esse dicit, iudicamusque nos ludificari. aliquid autem mente non usi: solū phantasma sequimur. ¶ Quarta

Insomnia conclusio. Insomnia, sensualis potenter passionis sunt: non sensus ite quatenus sensualis, sed quatenus imaginaria siue phantastica sunt. ¶ Primo, quia exterioris sensus non sunt: neque intellectiux passionis. partis passionis quædam aut opinioniones. Relinquit igitur ipsa esse imaginariæ virtutis, quæ sensualis est. Diximus enim phantasia atque imaginationē, à sensu secundum actum, motum fieri. Et si idē numero imaginariū sensitivo existat: esse tamen alterū & alterū, ut ex ijs quæ in libris de anima dicta sunt: abunde dignoscitur.

potest. ¶ Secūdo. Cuius somnus passio est: & insomniū ad eandē pertinere potentiā videtur idoneū. Atqui somnus: sensitiue partis existit: igitur insomniū sensuali potētiā adigere par est. Et cū insomniū, imago quēdā & phāstasma esse videatur (nihil enim aliud insomniū est q̄ visum quod apparet in somno, siue simpliciter, siue quodā modo factum) sensuales igitur partis existit, nō quatenus sensualis, sed quatenus imaginaria siue phāstastica est.

## SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ Sensus opificia, sensoria, organa.

5 **S**ecūdum cap. cōtinet quinq; cōclusiones & sex signa ad secūdā. ¶ Prima cōclusio. Quodlibet sensibiliū genus, vnde somniare possumus, præstat. ¶ Nam corū passiones & formæ, nō solū dū in p̄spectu sunt in sensorijs habētur impressæ: sed & sensibilibus ipsis sciūctis atq; absentibus, quemadmodū cū quis alterū pellit: quod pulsum pellit alterū, & ita quousq; ad vnum pertingat quod pellitur & non pellit, vt liquidū cōspicitur in aquæ motibus & aeris. & sicut in alteratione, calefactū: propius quū calefacit, quod quidē calefactū: alteri suū calorem inducit, quousq; decūbatur ad vnū, quod tantū calefiat. Ita fit in sensu. Hoc primū pellitur, vt medium, hoc, vt foris prominēs sensus, hinc interius sensuale sensorium, vbi rerum (quas exteriore sensu hausimus) simulacra affixa atq; impressa sunt: cuiuscūq; sensus extiterint, quodlibet igitur sensibiliū genus: vnde somniemus, præstare potest. ¶ Secūda cōclusio. Non modo sensuales formæ in centrali & interiore sensorio sensibilibus abiūctis afformatę manent: sed & aliquādiu in exterioribus sensuum opificijs etiam ipsis absentibus saluātur. Huius rei multa sunt argumenta. Primum, cum quid attentissimē obtutus fueris: si aliud visum deflexeris, rei attentiuscule visę species oculum comitatur. ¶ Secundum, si à sole ad tenebras te cōuertis: plerunq; cæcutis, primum cernere impotens. In causa enim huiusce rei est, impressa remanens lucis imago. ¶ Tertiū, si diutius intenta lumina præcandidę rei aut viridi defixa tenueris: ad quodcūq; permutabere, concolor aspicietur. ¶ Quartum, si ad aliquod præfulgidum, vt

Quodlibet sensibile esse somnij obiectū.

Quod sensibiliū species in sensu exteriori aliam quandiu manent.



illustre solare iubar, oculos intenderis: primum reluctant  
 tes acies lucem qualis est intuent, mox permutatur in pu  
 nicum, deinde in purpureum, postremo in nigrum quousque  
 exolescat atque vaneat. ¶ Quintum. Qui in fluminibus celeri  
 puppe inuehuntur, quiescentia moueri iudicant, & ita qui  
 vertigines, circosque ducunt. ¶ Sextum. Excellens præualidusque  
 sonus surdastros efficit: & præpotens odor, diutius olfa  
 ctum impotentem reddit. Hæc itaque signa, argumento sunt:  
 sensibilia abiuncta aliquandiu in sensibus sibi vedicare vir  
 tutem. ¶ Tertia. Sensus, paruorum sensibiliū differentias cito 7  
 per sentit, & non modo aliquid intus operatur: verum etiam  
 aliquid extra agit. ¶ Nam patitur ut specula: quæ citissime,  
 obiecta simulacra recipiunt. Et quod extra agat, hoc satis  
 esse posset argumento: quod mulier menstrui tempore spe  
 culum aspiciens, protinus ipsam inficit. & veluti nubecula  
 sanguinea illius nitore obducit. quod si speculum, nouis  
 tium fuerit: non facile abstergitur. sin vetus: delinitur facile.  
 Et si causam huius requiris, hoc ideo euenit, quod tempore  
 quo menses patimur (patiuntur enim viri suo modo ut mu  
 lieres) lumina ut reliquæ corporis partes afficiuntur: quod  
 maxime porulenta venulentaque sint. Eo quoque genitalis  
 profluuii tempore (quod inflammatione sanguinea solet con  
 tingere) si speculum inuisimus (prius tamen coniuncto aere  
 infecto: qui inficit propinquum usque ad allinitum, coniun  
 ctumque speculo) speculum inficimus. Sed in viris obscurum  
 discrimen est: quod non polluit speculum, quod euidens sit, semenque  
 masculi candidum sit & quasi speculo concolor, eluticula  
 tamen adumbrat. mulieris autem, sanguini concolorat. Idcirco  
 macula euidens & rubra: ipsius extinguit nitorem. Quod  
 si speculi planities polita, pura & tersa sit: maculam fortiter  
 monstrat. Mundum enim sincerum & purum: quicquid exceperit,  
 conspicuum facit: quemadmodum mundissimæ vestes citissime  
 inquinant. Et quod planum fuerit: maxime attingit, atteritur,  
 aspergit, perfundit: quod purum & mundum in profundum admittit.  
 Hinc speculis nouis inductæ maculæ aboleri nequeunt. pla  
 na enim sunt, pura & tersa. vetustis autem: facile delent, quod non  
 ita alte infigunt, neque permeant in profundum. Neque mirandum  
 est, si dixerim sensum ut visum, non modo pati à paruis etiam  
 sensibilibus

sensibiliū differentijs quēadmodū iā notū est, sed & extra  
agere. Nam visus est de numero fulgidorū. Agūt autē vel  
manifestē extra: fulgida. & nō modo illa: sed in vnguentis  
cōsimile perspicit. oleū em̄ qđ in ipsis cōficiendis misce-  
facile iniektorū capeſcit odores. Et vini mira natura est,  
ad se alienos trahendi saporē: nō modo rerū in ipso forte  
corrigēdo iniektorū, sed & earū quæ ad dolia extrinse-  
8 cus assituate iaceāt. ¶ Quarta. Qui affectu aliquo, pertur-  
bationēq; aguntur: facile circa sensibilia oberrant & decip-  
piuntur. Hoc ostendunt meticulosi, qui leui similitudine Quod  
hostes formidāt: & q quæ timēt, videre vident. hoc, aman meticulo-  
tes: qui leuiter videre suspiciātur quod amant. & quo quis sus circa  
hoc affectu, perturbationēq; strictius tenetur: eo minore sensibilia  
similitudine in errorem trahitur. & ita in ira, odio, & ceteris sepi⁹ de-  
ris appetitus perturbationibus euenire cōtingit. Hinc seſcipiatur,  
Ericitantes, interdū portentosa aīalia in parietibus, a mo-  
dica linearum protractione videre se putant. ¶ Quinta.  
Pro qualitate perturbationis atq; morbi: hic error maior,  
9 minivē est. ¶ Nam qui leuius premūtur: quæ videntur  
videre, falsa esse iudicāt, qui verò grauiuscule tentantur,  
morboq; accumbunt: visis assensionem adhibent & gra-  
uius errant. Et hoc euenit, quia nō vna tantum iudicandi  
vis nobis inest: sed insunt geminæ, mens quidem prima-  
tum tenens, & sensus vnde nascitur imaginatio. cuius rei  
hoc inditiū est, quod sensui sol apparet pedaneus: sed ra-  
tio (quæ intus est) aspectum corrigit: maiorem esse solem  
quàm videatur dictans, sicut tactus, vnum esse duo iudi-  
cat: visus autem (est enim visus dignior tactu) iudicat esse  
vinum. Si itaq; vna tantū esset potentia quæ de omnibus  
iudicium proferret: non posset sol non tātus putari quan-  
tus videtur. Et si esset solus tactus: vnū, duo esse sine con-  
tradictione videret. sed superiores, optimatioresq; exqui-  
sitius iudicant, & coarguūt ceteros. & causa iterum erro-  
ris & decipuli est: q nō sensibilia solum cum moueantur,  
sed & quiescentia (quoties ipsi in nobis sensus mouent)  
moueri vidētur. quēadmodum littus nauigantibus videt  
moueri & recedere: dum visus ab alio impellitur. modo  
tamen mens sana sit: planē littus non moueri iudicamus.

erroremq; sensus deprehendimus. morbis tamen plerumq;  
vsque adeo validè afficimur: vt mens atq; ratio errorem sensus  
sequatur. quod in deliris & mente capitis accidit.

### TERTII CAPITIS ANNOT.

**R**anulæ, parux ranæ.

**T**ertiu cap. continet quatuor cõclusiões. diffinitionē  
somnia. vnā quæstionē, & ei⁹ solutionē post quam  
tam. ¶ Prima cõclusio. Nō modo precipua sentiē<sup>10</sup>  
di vis, simulacris in vigilia ferit: sed & impēsius &  
quodā pacto acius ferit in somno. ¶ Nā in luce & vigi  
lia multa obsistunt. vt valentiores exteriorū sensuum ope  
ræ: & mens varijs obruta cogitationibus. Paruus enim  
ignis, luce maiores offunditur: letitiasq; & ægritudines  
modicas, maiores offuscāt. nocte autē ipsis quiete solutis,  
hæc cessant obstacula: & particulares sensus, impotentia  
sentiendi ligati, à suis desistunt officijs. & calore ad intima  
reuocato & ad sentiēdi principiū, & turbatione paulisper  
sedata: se incolumia, etiā parua simulacra, primati sensuum  
liquido promūt, atq; demonstrant. ¶ Secūda. Interdum in  
somno limpida fiunt somnia: interdum turbulenta & dis  
torta, interdum verò nulla. ¶ Nam primū edita in lucem  
vt infantes, & statim assumpto cibo nō somniant anima  
lia: q; multa tum agitatio, motioq; fiat, propter alimentariū  
vaporem. & quēadmodū aqua velociter mota nullā red  
dit effigiem: aut si reddit, distortam vsque adeo vt alia vi  
deatur esse q̄ sit. si vero quiescat: incolumis imago atq; pu  
ra redditur. ita in somno visa & visa & motiones aliquan  
do oīno nō visuntur: q; multo fluxu alimonix obruūtur,  
aliquādo vero distortæ & monstrosæ cernūtur: q; motus  
nondum plene & sincere quieuerint. aliquādo terribilia  
somnia & quæ metu excruciant, assurgūt: vt melancholicis,  
temulētis, & febrientib⁹. qd̄ huius generis morbi: spī  
ritosi & vaporulēti sint, multū quidem facientes motū &  
perturbationem. Simulatq; vero fluxus sistitur, & sanguis  
discretus est, aut qd̄ sanguis vicariū est: simulacra sincera  
& pura se sensui proferunt, & fiunt distincta digestaq; so  
mnia. Et sicut in flumijs parux sūt vertigines: & ab vna in  
alteram longo tractu decurritur, si quod autē offensaculū

Somnia  
mētis mo  
dis euas  
riati.



obuium fit: in alias scinditur, diffultat, dissoluiturq; figurar, ita ex vna imaginis motione curritur in alteram: & ex illa in aliam, donec ad vltimam illius seriei veniamus imaginē. Quid si offensaculum intercedit: in alias labitur imagines, atq; ex vna visione vagamur in aliam, contingitq; hoc pacto, multa variaq; in somno visa decurrere. ¶ Tertia. Si nō esset in nobis particula, ea (qua somniamus) superior: semper in somnio falleremur. ¶ Nam quæ à visu delata sunt iudicat videre, & quæ ab auditu audire, & ita de alijs sensibus: q; ab ipsis ipsi ppagantur motus, proinde portio eius quæ tactorix seruit: rem vnam iudicat esse duas, & portio visuali respōdens vt vigilans obfistit: obtestans, rem esse vnam quæ dux videatur. ita nisi superior virtus vt vera arbitra contrairer, obtestans cōtinenter nos non videre, nec audire: iudicium interioris sensus sequentes, semper falleremur. Qualecunq; enim sensus apportat: ¶ B tale à primo sensu iudicatur, habeturq;. ¶ Quarta. Sicut vigilantes ob perturbationes falli cōtingit: ita & nos sæpiusculè in somnio fallimur. ¶ Quia in somno calore multo reciprocatō ad cor, factōq; sanguine: sūt sensualium simulariorū, circa sensum, motus: quorū quidem, hæc actusunt, quæ actu se proferūt: hæc verd potentia, quæ merita nōdū sensum ciēt, ac efficiūt: serie sua tādē sensum motura. Quæadmodū ranulæ fictæ sub aqua delitētes liquato sale se foras proferūt, emergūtq;, hæc post illam: ita & ea ciēt sensum quæ potētia insunt. Et amoto qd̄ obstaculo erat: sensum mouet. Et à modica similitudine somniātes, hoc p̄ illo iudicam⁹. Nil mirū igit̄, si vt vigilātes ob pturbatiōes fallimur: ita quoq; somniātes in somniis illudamur. Et somnia p̄silia sunt nubeculæ, quā nūc ante oculos in hoīem trāformari fingis: quæ illico appareat Cætaurus, seq; in oī modas cōsequēter trāformet figuras. Et sanguine puriore factō, & residentib⁹ motib⁹: in somnijs nō assentimus. sed inspecto simulacro, arbitra mēte iudicamus: hoc est quale Coriscus, sed nō est Coriscus. Si verd mens obruta fuerit: solū vt sentientes iudicam⁹, verūq; esse (qd̄ cernit̄) videri facit somni potētia. Et sicut cū qs oculo digitū admouet, res geminæ apparent, etsi non præsenserit: duas esse putat.

bit, si autem & res & digitus oculo moto admotus nō fa-  
teat: duo apparent, sed nō tamen duo esse putabit. itidem  
mente nō aduertēte, sensus in somnijs trahitur, & somnia  
esse latent. mente tñ aduertēte, & se dormire cognosce-  
te, videtur quidē esse quæ in somnia mōstrant, nō assenti-  
tñ, vt apparet præsens esse Coriscus: iudicat tñ nō esse Co-  
riscū. Et certē deprehendere in somnia motus esse in sensiti-  
uis nō est difficile. Nā sæpe nobis (excusso somno) expge-  
factis, motiones quæ nos quiete solutos laceſcebāt: sequi-  
tur vigilātes, videmurq; similia ante oculos intueri simula-  
cra. Et pueris ex somno planē vigilātib; aspectūtib; q;  
videtur in tenebris variæ imagines passim vagari: ita vt se-  
pius illi exterriti auxiliū acclamēt, & expauescētes, in stra-  
to sese occultēt. ¶ Ex his facile est qd sit somniū rōcinatio 14  
ne cōcludere, talemq; ei aptare diffinitionem. Somniū est  
phantasma aliquod in somno apparens: imō à motu in-  
existentiū, seruatorūq; simulacrorū, in somno facta appari-  
tio. In somno quidē dico. Nā quæ paulo ante discussis à  
somno apparere dicebamus, & terculamenta illa vigilā-  
tiū puerorū: somnia non sunt, neq; quidē omne in somno  
phāasma apparens, vt semiuigilib; semiq; sopitis, soni vt  
galli cantus, canū latratus tenuiter auditi, quæ quidē som-  
niare putātes, inueniūt ita esse. & debilitē perspectū lucer-  
narum lumen: quod oculis apertis, ita esse vident, cū du-  
bij essent an somnio ludificarentur. Et contingit interroga-  
tos respōdere. Et hæc profecto apparitiones, somnia non  
sunt: neq; hi planē dormiūt aut vigilant. sed plenē dormiē-  
tiū in somniū est, ab inexistentibus phantasmatis, dome-  
sticisq; & quæ illic ex præterito immanſerūt. ita in semiso-  
pitis, ab ipsis in somniū nasceretur: si quicq; somniare di-  
cantur. Phantasma quidē diximus. Nam nō quicquid in  
somno apparet, in somniū esse potest. Apparet em̄ in som-  
no veræ intelligentiæ, & absq; aliquo phantasmatis mo- 15  
tu. ¶ Quæſtio. Cur sint qui nunq̄ quicq; somnient in vi-  
ta: & sint qui ad multā ætatē nunq̄ somnient. ¶ Eadē cau-  
sa id facit: quæ & infantes facit vt non somnient, & ceteri  
statim sumpto cibo. nam qui natura tales sunt vt multos  
alimentorum fluxus & refluxus toto somno & tota vita

Quid sō-  
nium.

Cur aliq-  
nō sōniāt

sustineant: nō somniant, neq; ipsis phātasma vllum appar-  
ret. Qui verō ad aliquam ætatem id sustinent: id ætatis nō  
somniaut. Et si illo ætatis peractō quictiores fiant, & mo-  
tibus in somno, simulacrisq; prodendis nulla obsistant:  
hinc, inde somniant. & quibus, his contrarium accidit, &  
insomnijs agi, opposito se habent modo.

¶ Paraphraseos in librum Aristotelis de insomnijs, finis.

IACOBI FABRI STAPVLENSIS

in librum Aristotelis de diuinatione per som-  
num paraphrasis.

LIBRI DE DIVINATIONE PER  
Somnum annot.

¶ Boristhenes, fluuius Scytharū magn⁹: quartus ab Istro.

¶ Gades, insula in extremo nostri orbis: ad occidentē in  
fine Beticæ prouinciæ sita. ¶ Deliquiū, eclipsis, defectus.



Iber de diuinatione per somnū habet  
vnicū cap. quod cōtinet octo cōclu-  
siones, vnā diuisionē ad primā, vnū  
corollarīū ad secundā, & duo ad quā-  
tā. ¶ Prima cōclusio. Diuinationem  
esse (quæ nobis dormiētibus à som-  
nijs cōtingere solet) neq; p̄tinaciter  
obsistendū, neq; temere assentiendū

esse putam⁹. ¶ Nā omniū ferē cōsensu firmatū est, somnia  
aliquā significationē habere: tanq̄ fides ab experientia du-  
cta sit. videntur & quidam diuinare, ipsisq; in somno quæ-  
dam futurorum prænuncia occurrere. cur & alia igitur so-  
mnia, significatione arbitrabunt esse vacua. ¶ Sed ex opo-  
posito occurrit, nullam causam, nullamq; rationē sufficien-  
tem videri, quæ sapientem ad id credendū inducat. Tolle  
enim rationem vnā, qua vel maximē id volunt firmatū  
videri, Deum scilicet somnia futurorum prænūcia immit-  
tere: extera inefficaces & infirmæ videbuntur. Atqui abo-  
sorda res est, Deum immittere somnia, non optimis & sa-  
pienissimis, sed ex legibus, pessimis, & omnium ferē abie-  
ctissimis. Aliæ certæ rationes imbecilles sunt. Nam quod  
dicunt in Borystene & Gadibus quosdam esse, qui hoc



pactio futura vaticinētur: id adhuc manet veritatis incom-  
pertæ, maiusq; id est q̄ ingenij nostri vires suppetant. Sed

**Sōmnia** vterius, ampliusq; procedamus. ¶ **Diuisio.** Aut somnia, 2  
trifariā se causæ sunt eorū quæ præuidētur: vt luna, deliquij solis cau-  
hære possūt sa est, aut signa: quæadmodū luna solare corp⁹ subinuat,  
ad ea q̄ p deliquij signū est, aut accidētia: quæadmodum accidit, me  
ipsa præui inambulāte, solis deliquiū esse, ambulatio sigdē mea: neq;  
dentur, causa, neq; signū deliquij est. & ob id nullū accidentium,

aut semp aut vt plurimū fit. ¶ **Secūda cōclusio.** Quædam;  
somnia, pro causa, quædā pro signo, quædam verd pro  
accidēte habētur. ¶ **Causæ** qdē sunt, interdū nrarū opatio  
nū potius q̄ alienorū. nā sicut quæ dudū egimus, per som-  
nia ad eundē modū persæpe cōtuemur, videmurq; agere  
(diurna em̄ cogitata, ad talē motū viam quandā præpa-  
rāt) ita eorū quæ facturi sumus, plerūq; nocturnis moti-  
onibus, mēs simulacris imbutur. Sōno aut mox soluti, ad  
tales nos actiones accōmodamus: quarū simulacris mens  
in somno percita fuerit, suntq; nobis visa hæc, illarū actio

**Sōnia** ani nū causæ. Porro signa nōnulla sunt, nā fidi medici & qui  
mē passio paulo peritiores habētur: ægrotantiū somnia diligenter  
nes indī exquirūt, suntq; artificibus ipsis ita exquirētibus & recte  
care, philosophantibus, passionū animæ, aut corporis indicia.  
Nā interiores motus, nisi admodū fortes existāt: in die &  
vigilia delitescent. Offundunt enim maiores motus: mo-  
tuū debiliores. In somno aut & tacitæ noctis silentio: op-  
positū euenit. tūc enim paræ motiones, magnæ vidētur.  
Multaq; in somnis experta: huius rei argumenta præstāt.  
Nā paruus in aure susurrus, debilisq; strepitus auribus ac-  
ceptus: plerūq; tonitrus esse videtur. & modica stillante  
pituita: mel, suauē mve alterū delibare videmur saporem.  
Et circa corpus modico calore factō: videmus per ignem  
ambulare, acriterq; flāmæ persentire calorē. Expergefacti  
aut, taliū motionū, ea quæ dicta sunt, causas esse deprehē-  
dim⁹. Itaq; egritudinū & aliarū passionū motiones, se ma-  
gis prodūt in somno. quare operæ precii est, eas exploras-  
tas habere vt sint signa. Demū plurima sunt accidentia &  
temere fiūt, vt quoties ardua & supra omnem hominis fir-  
dem somniamus, & cum ea quorum origo in nobis haud

quæ est, ut in Perfide esse naturale bellū. nam etsi ita fiat:  
 insomniū tamen neq; causa neq; signū est. haud secus q̄ si  
 quem habeam præ oculis & mihi præsentem: & cogitem  
 ipsum protinus abiturū, quicq; ve facturum. qui si abeat,  
 idq; ut cogitauī faciat: cogitatio hæc mea neq; abitionis  
 illius, neq; ita factę operationis signum aut causa fuit. Ita  
 quoq; neq; hæc insomnia. Sed quid enim prohibet, quin  
 (quemadmodum cogitamus plerūq; verisimilia & quæ  
 ita eueniant) interdū verisimilia, & quæ ita futura sint: in  
 somno p̄spiciamus? Sed hæc casu (qđ symptoma dicunt)  
 4 eueniunt. ¶ Corollarium. Hinc euenit, ut somniorū q̄ pluri  
 ma, mendacia sint. ¶ Nam quę casu fiūt: neq; semper, neq;  
 frequēter fiunt. Sunt itaq; somnior: hæc causę, hæc signa,  
 5 hæc verd, accidētia. ¶ Tertia. Somnia, nō fiunt, q̄ cœlitus Somnia  
 aliquo inspirate Deo missa sint. ¶ Nam & bruta somniāt, à Deo nō  
 & indocti & gregarij homines, & vaticinari videtur futu immitti.  
 ra: ut vel sic intelligamus illos Deo authore nō somniare.  
 Item ut vnusquisq; natura blatero, loquaxq; est & melani  
 cholicus: ita multiplicibus insomnijs, visionibusq; vititur,  
 quare mirādū nō est, si animus tam varijs spectris perpulsus:  
 aliquādo incidat in ledicēda veritate aliquorū quæ futu  
 ra sint. quēadmodū qui tota die iaculantur: aliquādo si  
 gnū attingūt, præmiūq; sumūt, nā ut vetere dieit puerbio.  
 Si multa iacias: alia dispariliter iacies. Si tamē cōsequit qđ  
 6 petit: hoc accidit. ita & in somnis euenit. ¶ Quarta. Non  
 est mirū, pauca euadere facta, eorū quæ in somno conspi  
 ciuntur. ¶ Nam cū ea fiant somnia, quæ corporearū affec  
 tionū signa sint: nō tamē semp fiunt. Ut qui se ambulare  
 per cœnū, aut q se sup prunas ire somniat: non semp à pu  
 trido humore aut à febris corripieit. Neq; quocūq; imbrū  
 aut vētorū ē cœlo cōspecto signo, ut coronis circa lunam  
 (quæ imbres & flatus præfagiūt) semp insecuti cōspiciunt  
 imbres aut ventī. Sed si aliū valentior acciderit motus,  
 quicquidē nihil horū indicat: neq; morbus, signum morbi  
 sequet, neq; signū imbris & spūs, vllus sequet aut imber,  
 aut spiritus. Et plerūq; consilia quæ bona ratione inita  
 fieri expediret: irrita cadūt, digniorib⁹ superuenientibus.  
 Non em̄ omne sit qđ fieri debet; neq; idem est, quicq; fiet

ri debere, & futurum esse. Et principia pleraque esse contingit: à quibus sua nunquam spectabuntur euenta. & signa itidem: quæ nulla monstratorum probabit sequela. ¶ Quinta, 7  
Somnia, quorum principia non habemus; sed ea temporibus, locis & magnitudine à nobis seiuncta sunt, aut etiā nobis vicinitate, societateque coniuncta: dummodo principia illa in nobis non contineamus, si quando nobis alicuius euentus

Democritus,

prænuicia sint, hoc aut fortuito & nulla ratione naturæ committitur, aut aliter quam Democritus asserit. ¶ Nam Democritus dormientium animos pulsari censeat externis & aduentitijs imaginibus, & has sub noctis silentio in somnis accedere ad homines, & nunciare quæ præsentunt futura. Nos verò etsi talia simulacra (quæ volitare ultro, citroque, & vagari per auras possint ut tenues, inanesque umbræ) esse negamus: concedimus tamen nos in somnis, imaginibus, simulacrisque percipi, principijs in vigilia, sensuum foribus, aditibusque haustis. Nec mirum si nos in somno pellat. Sicut enim si quis aerem aut aquam pellat: pars pulsa subinde pellit alteram, & illa aliam. fitque hoc diutius: primo authore cessante, abiunctoque, ita nihil obstat motus quousque nos quiescentes pellere: rebus ipsis tum non mouentibus, neque de foris (ut dicebat Democritus) accedentibus simulacris. Et hæc motiones potius noctu sentiuntur: quam ingruentibus in vigilia valentioribus motibus lacessunt & dispereunt. sub nocte enim aer pacatior, silentiorque habetur. Proinde in somno etiā parua sensum lacessunt: & paruos interiores motus, dormientem amplius quam vigilantem sentire contingit. qui quidem motus, apparitiones faciunt, ex quibus plerumque futura coniectant.

Cur inertes potius futura prævident, quam prudentes.

¶ Primum corollarium. Hinc fit, ut hæc passio non modo sapientissimis: sed quibuslibet eveniat etiā inertibus atque indoctissimis, qui & sæpius futura diuinant. Si enim Deus immitteret visa hæc, id sapientibus concederet. & non modo in quiete & somno: sed interdum & in vigilia. Sed quia inertes, indocti & fatui potius prudentibus futura prævideant: hoc est, quia eorum mens deserta, cogitationibusque vacua sit, prudentium autem & philosophantium plenus illis est animus quarum agitatione nunquam solitarius & ociosus esse solet. Hinc deserta illæ mentes, visis ipsis agitantur; agitasque interdum fieri 9



tura cōiectare cōtingit. ¶ Secundum. Hęc ferē causa est, cur quidā mētis excessu tentati, futura prędicāt. Nam cū eorū mens motib⁹ proprijs nō infestetur, sed longe abijciant:

10 idcirco alienos, exterosq; maximē excipiunt. ¶ Sexta. De amicis & notis maximē recta somniare euenit. ¶ Hoc em̄ ideo est, q̄ amicorū & notorū pręcipuē, maximeq; simus solliciti. Et sicut notī, à lōge sese etiā intuentes, cognoscunt; ita & eorū motus magis cognoscunt. notiorū enim, no-

Cur de amicis sæpius vera somnia mus.

11 tiores sunt & motus. ¶ Septima. Melācholici ad diuinandum & coniectandum futura, propensioris sunt naturę. ¶ Nam melancholici, venatorib⁹ persimiles sunt, qui fera à longē visa & telo nondū vibrato iam iam suā esse putāt, & eā iam habere, priusquā manib⁹ tollant; ita melācholicī pernecitate animi pręcipites anticipāt, futuraq; ita cōiectant, vt iam fieri, factū ve videre videant. imaginationes em̄ in ipsis volucres sunt: & vno motu & leui quidē exciti, eos qui p̄ximē sunt facile percurrūt. Suntq; furiosorū & phanaticorū motus vt poemata Philęgidę, quę cōtinuata serie p̄deunt: ac si quis Venerē à principio diceret, & ad exitū vsq; premeret. Sic em̄ p̄mobiles sunt, & eos illi p̄perantes absoluūt, & distātia ijs (quę p̄p̄ sunt) copulāt. Hinc fit, vt quę futura sunt cōiectent & perinde pręuideāt, atq; si iā essent pręsentia. fortes em̄ sunt eorū motus: vt ab ali-

12 sup̄primi repelliq; nō possint. ¶ Octaua. Optim⁹ somniorū cōiectator is est, qui acutius rerū imagines perspicere, atq; discernere valet. ¶ Nam apertorū, & clarorū somniorū: optimus quicūq; cōiectator esse potest: trūcorū autem & distortorū: cōiectator non sic. Sicut enim torres motus: male rerū formas exprimit: ita motus qui in nobis sunt: limpidi, integri & pura videri prępediunt somnia. Qui itaq; somniorū imagines truncas, distortas, incōditas, celeriter distinguere sciāt, & veris exemplarib⁹ restituere, vt q̄ sint hominis, sint equi, sint hic, sint illic, & cetera cōsimilia perpendere (id em̄ nō possunt omnes) hic optim⁹ promptissimus p̄ somniorū cōiectator erit. Sed qd sit somn⁹, quid in somniū, cur accidat, & de diuinatione in somno facta: dictū sit hactenus.

¶ Paraphraseos in librum Aristotelis de diuinatione per somnum, Finis.

L

IACOBI FABRI STAPVLENSIS

in librum Aristotelis de longitudine &  
breuitate vitæ, Paraphrasis.

PRIMI CAPITIS PARAPHRASIS

seos in librū de longitudine & breuitate vitæ, Annot.  
¶ Totū generis, tota species. ¶ Hominū gen<sup>9</sup>, tota hoim  
species. ¶ Plerūq; susceptiuis corruptis, accidentia sola ra  
tione corrūpūnt. ¶ Susceptiua: denominationis subiecta.



Iber de lōgitudine & breuitate vi  
tæ, cōtinet tria capita. Primū, quæ  
tuor cōclusiones, duas quæstiones;  
earū solutiones, & quinq; corollar  
ia post quartā. ¶ Prima conclusio.  
Cur animalū quædā sint lōgæ vitæ,  
& quædā breuis vitæ: & oīno quæ  
vitæ lōgitudinis, quæve breuitatis

causæ sint, expedit cōsiderare. ¶ Nam de his multa dubi  
tatio est. Neq; quidē adhuc perspectū satis est: an eadē sint  
causæ cur hæc animalū lōgæ sint vitæ, hæc breuis. & cur  
hæc plātarū lōgæ itidē sint vitæ; hæc verō breuis, modicōq;  
tpe durēt. Et utrū idē sit, diuturnæ esse vitæ, & natura cōsi  
stere sanū: an aliud quicquā. Et an idē sit, correpti eē citoq;  
labētis xui, & esse natura languidum: an nō. Aiunt em̄ hi,  
lāguorulentā naturā ad citā vitæ corruptionē accedere, hi  
autē cōtrā, nihil phibere, languore detētos longā ptrahere  
vitā. Expedit igit̄ de his causas perquirere. Paulo enim  
ante de somno & vigilia determinationē exegim<sup>9</sup>, hoc in  
loco de vitæ longa protractione atq; eius breuitate aggre  
diemur, determinationē de morte & vita, ægritudine &  
sanitate (quātū ad Philosophū attinet Naturale) in aliud  
tēpus differētes. ¶ Secūda. Hæc viuēdi diuersitas, in totis  
generis, atq; in eiusdē speciei indiuiduis cōperta est. ¶ Nā  
hominū gen<sup>9</sup>, equorū genere viuacius est, lōgiorisq; vitæ.

Qudd dī & vnus homo altero homine lōgiore ducere vitā cognos  
ueritas vi scitur. Et hæc diuersitas, etiā secūdū loca cōperit̄, nā qui ca  
tæ secūdū lidas incolūt regiones: durabiliore vitā habēt. qui autē friu  
loca com gore obtūduntur, correptiore vitā sentiunt. Et eiusdē etiā  
peritur, regionis incolæ; hi lōgæ vitæ sunt, hi cito labētis & flux.

3 **T**ertia. Elementa, ignis, aer, aqua, terra, facile sunt corruptibilia. **N**am sunt alijs corruptionis causa: transmutabiliaq; adinuicem, quare & quæcūq; ex ipsis cōponitur transmutabilia atq; corruptibilia sunt, consentaneum em̄ est ex aliquibus constituta, constituentium participare naturā. Et de cōpositis quæ ex multis arte quadam compacta sunt:

4 alia est ratio, de qua ad præsens non intendimus. **Q**uarta. Nonnullorum accidentium multiplices existunt corruptiones. **N**am hæ susceptiuus saluis: à cōtrario fiunt, vt cum sanitas ab ægitudine corrūpitur: & scientia à deceptione hæ priuatione quadam: & vt absente cōseruante, vt cum scientia obliuione delinitur, hæ verd fiunt, susceptiuus corruptis, animalibus enim corruptis: & cognitionē & sanitatē quæ in ipsis sunt, corrumpi necesse est. **P**rima quæstio. An cū animalia corrūpuntur: anima hos varios corrūpendi modos habeat? **R**esponsio. Nō, sed cū corrūpitur: solū susceptiuo corrupto corrūpit. **S**ecūda quæstio. An corruptibile quopiam in loco esse possit, vbi sit incorruptibile? vt ignis sursum vbi nō habet contrariū. Planē id apparet nā ipsi principes actus, principesq; rerū forme: vno modo (vt de animalium formis modo diximus) corrūpūtur, vt cū sua susceptiua corrūpantur. Atq; ipa nō corrūpūtur, nisi à cōtrarijs, nō em̄ vt accidentia corrūpūtur, quāquidē sustantia sint, & quæ non sunt in subiecto. Vbi igitur nullū habebūt contrariū: incorruptibilia euasura sunt. **R**esponsio. Et si quicūq; in loco esset vbi nihil ei esset contrariū: non tamen simpliciter incorruptibile esset, nam ipsum extra existens, corrumpi nihil prohiberet. Neq; id verū est, ipsum in loco quopiam esse posse: vbi nihil sit ei cōtrariū. Impossibile enim est materiā habenti, vbicūq; sit, non existere aliquo pacto contrarium, nam impossibile est materiā ab accidentibus esse seiunctam, & contrā. Et si abundans aliquid semper fieri oportet: ipsum est cōtrarium. Et permixtio omnis, ex contrario. Et si nullum aliud actu posueris contrarium q̄ ipsum continens: siue ipsum continens corruptibile sit, siue non, ipsum tamen à continente tandē corrupetur. Continens enim, corruptibilis corruptio ne operatur; aut ipsi cooperatur. Et id quidē, vt ex dictis

Quodd accidētū vārie sūt corruptiones.



sufficienter cognitum, accipiamus: aut (si satis probatum non placet) supponamus omni corruptibili aliquid actu esse contrarium, & ex prioris reliquijs, abundans, superfluumq; fieri. ¶ **Primū corollarium.** Vnde fit, vt maior flamma, minoris flammæ consumptionem acceleret: per accidens tamen. Nam accidit, vt quem multo tempore parua flamma fumū consumpsisset: maior adueniens flamma, cito rapiat, materiamq; exedat. ¶ **Secundū.** Fit etiam, vt omnia viuentia corpora in continuo motu existant, & sūt aut corrumpantur. Continens enim: aut ea operatur, aut

**Aliqua p** ad ea cooperatur. ¶ **Tertium.** Hac de causa quæ se transferunt animalia, & cætera viuentia quæ transponuntur (vt mutatio plantæ quæ transplantantur) interdū fiunt durabiliora, in nē diuti⁹ terdū verò citra statutā natura durationem accelerantia. ¶ **Quartū.** Fit item, vt sicut æterna nusquam contrarium viuere: & sustinent: ex opposito, quæcūq; materiæ addicta sunt, pro alia citius deficere, tinus vbicūq; sint, contrarium habeant. ¶ **Quintū.** Quare si quidem materiæ quātitas iuncta est: contrariū habet,

vt pote secundū quā fit augmentum atq; decrementum. Si qualitas: habet & qualitas contrarium secundū quā fit alteratio. & si secundū locū motus: habet & motus cōtrarium, secundum quem fit in alium locum permutatio.

## SECUNDI CAPITIS ANNOT.

¶ **Epitæa**, annua. ¶ **Cyparissus**, cupressus. ¶ **Palma**, arbor daetylifera in Iudæa crebescens: cuius mas proditur & fœmina. Et fœminas sine marib⁹ gignere nō solere, ad quos pronas comas acclināt. ¶ **Saura**, lacerta. ¶ **Pholidor⁹** squamatus. est enim pholis, squama. His Græcis vocabulis utitur liteta: loco quorum solas interpretationes subiunximus. ¶ **Ostracoderma**: quibus testa pro tegmine est.

**S**ecundū cap. cōtinet vndecim cōclusiones, tres cōditiones humidi vitalis. & tria corollaria post sextā, & vnū ad quartā. ¶ **Prima cōclusio.** Nō oportet corpora re maiora: diuturniore minoribus possidere vitā. itidē neq; minora: maioribus. ¶ **Nā** equ⁹ hoīe maior: breuiore vita potif. Et pleraq; insectorū quæ mole sunt inferiora, solum annua sunt. ¶ **Secunda.** Neq; vniuersaliter plantæ, animalibus diuturniores sunt. ¶ **Nā** pleraq; epitææ sunt,

- 14 durationisq; annux. ¶ Tertia. Neq; omnino sanguine prædita exanguib<sup>9</sup>: neq; exanguia sanguine prædita sunt viuaciora. ¶ Nā melliferæ apes nōnullis sanguine præditi durabiliores sunt. & quædā exanguia quæ molli cute  
15 sunt infecta: vitā annua morula cōficiūt. ¶ Quarta. Neq; ea quæ in terra degūt, aquatilibus: neq; aquatilia terrestribus diuti<sup>9</sup> immorari, vitāq; ducere oportet. ¶ Nā quædā terrestriū plantarū, & quædā gressibiliū: solū annua sunt. Pluris autē tēporis multa sunt aquatiliū: & multa etiā breui fato corripuntur, tā quæ dura testa integuntur, q̄ quæ  
16 molli cute sunt obducta. ¶ Quinta. Longioris vitæ sunt nōnullæ plātārū, q̄ in animalīū genere vlla reperiūtur: & in animalib<sup>9</sup> diuturniora sanguine prædita nōnulla sunt, q̄ exanguīū reperiiri possit vllū. & quædā gressilia, aquatilibus. ¶ Sunt enim plantarū cyparissus & palma, longissimæ vitæ. & sanguine præditorū pariter & gressilium, ceruus, elephas, & homo. Ex his itaq; manifestū est: durabiliorē vitā, molis amplitudinē ipsiusve arctitudinē nō præstare: quin potius id accidere. ¶ Sexta. Causæ propensioris atq; diuturnioris vitæ sunt: calidū & humidum. ¶ Est enim animal natura calidū & humidū: & quicquid vitā degit, senectus autē, frigida & sicca: & quicquid emortuū iacet. Corporū em materia: hæc sunt, calidū scilicet, frigidū, humidū & siccū. ex his em cōtēperata sunt, quæ viuūt omnia. Itaq; cū vita calido saluet & humido, senectū autē ad vitę dissolutionē pducit: senescētia desiccare necesse est. Erūt igit̄ calidū & humidū: ppēnsioris, diuturniorisq; vitę  
18 causa. ¶ Sed quale humidū qualēve calidū, paucis expēdiam<sup>9</sup>. Primū. eiusmodi humidū: pingue esse debet. Nam tale humidū: viscosum calidūq; est, ac rōne viscositatis nō facile cōsumi desiccariue pōt: rōne verò caloris, imputribile est: nec immerito, est em aerīū. aer autē ad alia collat<sup>9</sup>: vice ignis est, qui nūq; admittit putrefactionē. ¶ Secūdū. paucū esse nō debet. nā quod paucū est: facile absumitur, desiccātq;. Hinc euenit, vt corpulētiora (mō cætera paria sint) vt maiores plātæ minoribus, & maiores equi minoribus, lōgioris vitę euadāt. nā illi<sup>9</sup> vitalis humidi plusculū retinet. ¶ Tertiū, nō modo humidū, multum esse oportet.

sed & calorē adijcere necesse est, ne cito ifrigidari, gelariq;  
 possit. Aequata enim esse debent: vt humidum calidū nō  
 excedat, ipsumq; suffocet & extingat. & ne calidū exces  
 scens superfluumq;, humidum exedat; hunc in modum in  
 quanto & quali contēperata. Hac de causa itaq; sit, vt hor  
 mo, grādiōis molis animalia vita superet, quōd illis mul  
 titudo humidi, calorē subruat. Itaq; sit vitale humidū: pin  
 gue, multū, bona proportionē calidū, non superfluum. Ci  
 to enim siccabile & cito gelabile (quale habent nōnulla)  
 aqueum, & superflūū: illaudabile est. nam superfluitas, aut  
 languore interimit: aut naturæ contraria, corruptionē ac  
 celerat. vim enim obtinet contrariā: corrūpitq; interdū tor  
 tā naturā, interdū corporis particulā. ¶ Primū corollariū. 19  
 Quapropter animalia, plurima venere vtentia & multi se  
 minis: cito senescūt. Semen em̄ supflūū, & amplius siccatur  
 emissum. ¶ Secundū. Hac de causa mul<sup>9</sup> equā & asinum 20  
 (ex quibus genit<sup>9</sup> est) vita exuperat. Itidē & passerū fœ  
 melle superāt masculos. Nā mulo nulla venus cōcessa est.  
 & passerum masculi plurimam sequuntur venerē. ¶ Ter  
 tiū. Fit item, vt mares laboribus attriti, fœmellis citius se  
 nescant. Nam labor exiccatur: senectū aut, sicca est. ¶ Septi  
 ma conclusio. In omni ferē animalium genere, masculi, 21  
 suis fœmellis, natura diuturnioris sunt vitæ. ¶ Nam mas  
 culus natura calidior fœmella est. ¶ Octaua. Eadē quoq; 22  
 causa euenit in regionibus calidis, q̄ in frigidis, animalia  
 durabiliōra esse. ¶ Calidiora enim illic, solidiora atq; fir  
 miora nascuntur. ¶ Corollarium. Quapropter in eisdem 23  
 locis: notabilis, excellentisq; magnitudinis animantes na  
 tura frigidæ nascuntur. vt serpētes: vt lacertæ, vt squamas  
 ta: & in mari rubro miræ magnitudinis ostracoderma: cu  
 lida enim humiditas augmenti causa est & vitæ. in frig  
 dis autem locis (vt quæ ad arcton sita sunt) minora, & ter  
 restria, & aquatilia, quæ parum sanguinis habēt, aut pror  
 sus sunt exanguia: quōd his locis aqueū magis retineant  
 humidū & cito gelabile. Hinc, minoris molis sunt, & bre  
 uioris vitæ. Aufert enim congelatio augmentum pariter  
 & nutrimentum. Quæ autem alimentum non sumant, vt  
 expedit, & plantas & animalia, percito corrūptum inno



25 cefle est. ¶ Nona. Vbi calor multū excreuerit: vita minus Nimi⁹ co  
diuturna est. ¶ Nā propriā cōsumit materiā: sicut magna lor vitam  
flāma paucā corrūpit, quodd eius fomentū, eiusq; materiā corripit.

26 absumat. Ita & naturalis ille calor. ¶ Decima. Gressilia  
aquatilibus, vt in plurib⁹, longioris productionisq; vitæ  
esse solēt. quodd aquatilia, aquosa sint: tale autē humidum,  
facile corrumpatur, quia frigidum & gelabile sit facile.

27 ¶ Vndecima. Sanguine prædita vt in plurib⁹: exanguib⁹  
sunt durabiliora. ¶ Nā sanguine prædita, calidiora sunt:  
exanguia vero, algidiora, neq; pinguis, neq; dulcis gran  
dem copiā habētia. Animalīū enim pingue: dulce est. sunt  
igī breuioris vitæ, nisi magnitudine: deterioris naturę cō  
ditionē cōpensent. Apes tamē (quodd dulcis plus habeāt)  
pleraq; maiuscula animalia diutius viuendo superant,

### TERTII CAPITIS ANNOT.

¶ Nouellas, nouos & teneriusculos palmites.

28 **T**ertium cap. continet tres cōclusiones. & vnum co  
rollariū ad secundā. ¶ Prima conclusio. Plantarū,  
quxdā sunt, quæ compluribus animalīū lōgioris  
durationis existūt. ¶ Hoc em̄ primo euenit quod  
ipse minus aquosæ sunt, sed viscosæ, non facile gelabile,  
neq; facile siccabile habētes humidū. frigidiores tamen &  
siciores sunt: quod terreæ sint naturæ. ¶ Secūdo. hoc eue  
nit, quod sibi specialē viuēdi modū vendicāt. animalium  
viuendi modo disparem. præterq; insectorū: quibus plan  
tæ nōnulla similitudine habent communia. Plantæ enim  
quotannis iuuenescūt. nā surculos & nouellas proferunt, Cur quæ  
regerminant & se reparare vidētur. Et non totæ simul se dā plāx  
nescūt: sed vbi ramus, vbi stipes aliquis perierit, protinus longioris  
iuxta corruptum repullulat alter. Et ita de radice. vt cum q̄ aialia  
eius aliquid corruptū fuerit, renascitur alterū: primi dam⁹ sunt dura  
num reparans. Hæc autem animalibus non contingunt. tionis.  
29 Hac itaq; de causa: plāx diuturniores, durabilioresq; nō  
iniuria videntur. ¶ Secunda. Plantæ (vt iam dictum est)  
insectis animalibus assimilantur. ¶ Nam vt eius generis Plantarū  
animalia diuisa viuunt, & ex vno duo sunt, aut multa: & insecto  
ita quoq; in plantis compertum habetur, vt diuise vi rū conue  
uant, & ex vna dux, multæq; fiant. Hoc tamen interest, nientia.

quod insecta animalia diuisa: multo tempore durare nequeunt. organa enim non habent suarum functionū: neque ipsis noua reparare concessum est. Plantæ autē id possunt: ubique potentia radicē gerentes, regerminandiq; virtutem.

¶ Corollarium. Ex quo iterum intelligere promptum est, 30 cur cum vna partium senuerit, pars relicta nouam regerminet, & id quidē longam efficere vitam.

¶ Si enim plantæ particulā humi defixeris: radicē assumit, vegetat, excreuitq; in arbore, à qua si iterum plantulam demis: alicubi defixa, tandē radice hærebit. & id (quoties demere, asplantare, inserereq; libuerit) eueniet: quod ubique reuivendi atq; regerminandi virtus adstet. Quemadmodum itaq; id vides in asplantatione hac: ita in vna & eadem manente planta videri licebit: quare nil mirum, si diuturnæ (vt quæ semper Plātārum se reparant) cognoscātur esse plantæ.

¶ Tertia. Nonnihil 31 & cetero etiam & alijs animalibus pariter & plantis cōmune reperitur.

¶ Nam animalia quorum superiora grossiora sunt: liū conuenientia, permanentioris sunt vitæ. Hinc masculi, suis foemellis (vt in pluribus) cognoscuntur diutius viuere, habent em̄ corpulentiora atq; grossiora superiora, calidiora enim sunt, ferturq; calidum sursum: frigidum autē deorsum possidet. Et nanus quidem magis quā foemellæ: partes illas grossiores habet. Ita plantę robustarum grossarumq; summitatum (summitates enim & superiora plantæ: voco radicem & quæ radici vicinę adiacent, est enim radix: plantæ caput) longiore perdurant tempore. Et de ijs loquor plantis quæ in arbores se erigūt: & non de ijs quæ epitæ sunt, annuæq; durationis. Illæ enim vt quædā herbæ vnicuique anniculo, ex semine prodeunt, increscunt, suūq; senium natæ intereūt. Sed de his plura dicere: ad determinationem illā quā de vegetabilib; & plātis reseruamus faciendam, attinet. Et de lōgitudine & breuitate vitæ, quæ modo dixim; nūc dicta sufficiāt. nouaq; parem; determinationē de iuuetute & senectute, morte & vita, & aspiratione & respiratione. Quæ cū determinata fuerint: sine suū ascuta erūt quæ de anima nos determinaturos pmisimus.

¶ Paraphraseos in librum Aristotelis de longitudine & breuitate vitæ, Finis.

## PROLOGVS IACOBI FABRI STA

pulensis in Physices introducto-  
rios dialogos.



Harissime Stephane, quanta sit animorum  
beneuolentia inter liberalium artium cul-  
tores in hoc nostro Parisio studio, vbi res  
cognita esset, exteri mirarentur. Certè mor-  
daculum virum & qui (vt aiunt) nasum  
rhinocerotis habet: tãquam Cerberum trifaucem irridet,  
execrantq̃. magisq̃ operæ precium ducunt, sancta amici-  
tix iura colere: tanquam à Minerva (quæ olim & sapien-  
tix & pacis dea putabatur) geniti videantur. Nec inius-  
ria (vt aiunt) nam & philosophia & philosophus, nomina  
ab amore fortiuntur. Quid enim philosophia, nisi sap-  
ientix amor? Quid philosophus, nisi verus eiusdè amato-  
tor? iure decet itaq; (vt rectè sentiunt) ipsos esse amicos.  
Quo fit vt cum primũ inuidos, maleuolos & sese mutuis  
dentibus lacerantes sentiunt: non amplius philosophos  
reputent, sed eos pro flagitij conditione in Pithagoreos  
canes versos putant. Et ne nos ab eorum officio decide-  
remus: mutua nos multos annos astringimus beneuolen-  
tia. vt tua & tui & nostri Bohuslai Tinnësis mihi semper  
gratissima fuerit frequentia, & mea itidè vobis gratissima.  
¶ Tu curasti vt nostræ paraphrases castigatæ ab ipsorum  
efformatorum manibus prodeant in lucem: qui sepæ ab  
archetypo deuiant: nisi vigilās castigator affuerit. Bonum  
insuper tibi visum est nos introductorios dialogos adijce-  
re, quod ed libentius feci: quo magis tu & amicus, & pro  
hoc negotio vigilans optaueris, petierisq̃ amicissime nos-  
trorum cõphilosophantium turbæ exponendos. Qui ta-  
men suorum laborum fructum desiderarint: primum dia-  
logum prælegere, atq; prægustare debent. & id prænosser:  
Oneropolum præsertim in secundo dialogo in analogia  
docere: & eas aliquatenus denudare. Et Enantium aliarũ  
sestarum peritum (qui & sibi & sæpe alijs  
obuersus, contrarius extiterat)  
analogijs manus vis-  
ctas dare.



**Personæ dialogorum: & earum nominum,  
subiunctæ interpretationes.**

|             |                 |
|-------------|-----------------|
| Hermeneus   | Interpres.      |
| Oneropolus  | Coniector.      |
| Polypragmon | Negociator.     |
| Noerus      | Intellectualis. |
| Epiponus    | Laboriosus.     |
| Enantius    | Contrarius.     |
| Homophron   | Concordans.     |
| Neanias     | Adolescens.     |

**DIALOGVS IACOBI FABRI STA  
pulenſis in Phyſicam introductionem.**

**Dialogi introductionis Phyſicæ, notæ.**

**Quid dia** **logus.** **¶** **liber dialogorū.** **¶** **Dialogus:** disputatio interpretatur. Estq; dialogus, liber in quo aliqui simul de aliqua re conferentes, differentesq; introducunt. **¶** **Obiter interim.** **¶** **Oppido valde.** **¶** **Libens** ferulæ manum subdo: metaphora, libens correctioni pareo. **¶** **Cræsus** olim Lydonū rex diuissimus auro, de quo meminit Ouidius. Diuītis auidita est: cui nō opulētia Cræsi: qui tandem à Cyro, bello superat⁹: tenui fato vitā exegit. **¶** **Cedo, dic.** **¶** **Finis præcipuus,** cuius gratia quod. **¶** **Finis min⁹ præcipuus,** cuius gratia quo. **¶** **Sicarij,** insidiatores viarum vtentes sica. **¶** **Hermeneus, Oneropolus, Noerus, Epiponus.**



Neropole Polypragmon hospes noster filium suum & mihi & tibi, moribus & doctrina cōmisit educandum. Vnicus illi filius est: quem teniuscule diligit. Affuit modo hic tu autem aliquo abiueras. Ipse clanculum ad partem ( non audiente filio ) me aduocato: sic orsus inquit. O Hermenee, hoc sæpius audiui & verum est, philosophi fallere non norunt: cum ipsi plurima norint. sed vt agri colæ steriles agros colendo feraces faciunt: ita & steriles adolescentum animos curant: & ad fecundam probitatem euehunt. & licet harum rerum (quas tractant) sim imperitus) nam me alio iuuenem flexerunt parentes) illos

tamen summa beneuolentia prosequor, & te maxime oim  
& Oneropolū: vitamq; meā ut cecā, meq; ipsum frequen-  
ter dāno: vosq; solos literas callētes, felices reputo. Hinc  
singularē fiduciā in te & Oneropolo meā cōieci, ut vos fi-  
lij mei (dū xtas patī) curā suscipiatis, ne seipsum senex,  
vitamq; suā (ut ego nūc meā ignorante) detestet, dānetq;.  
Vnicus mihi d̄ Hermenee hāres est: modo Deus hūc mi-  
hi saluet. Senui, nec mihi alterius habēdi spes ullā reli-  
cta est. hūc tuq; fidei cōmēdo & Oneropoli: ut sitis illi patres,  
diligentiā eius perpendetis. nūq̄ destitisset me die, no-  
stiq; importunis precibus quaterere: donec ego ipsum ves-  
tris conspectibus statuissē. hūc habetis, hunc excolite.  
hunc vestrę fidei mādo. hinc filiū aduocat. O Epipone, in-  
quit, hic Hermeneus piā tui curam suscipiet, hunc patrē  
habeto, ipsi in oībus obsequere: hūc honora. hic te bonū  
& scientem facturū est. Ego has tibi diuitias relinquere  
non poteram, harum te ipse facere potest possessorē. &  
egressus limen collachrymātibus oculis: vale inquit Her-  
menee semper tu & Oneropolus quem (cum venerit) no-  
mine meo salutato. Mane inquā d̄ Polypragmon vel ho-  
die nobiscum in conuiuio, & Oneropolo filium tuū vnā  
mecum cōmendabis: rem nobis hancq; gratissimā factus  
rus. Haud possum inquit, alia negocia me vrgēt, meamq;  
pręsentiam requirunt. Vos autē in hac literaria educatione  
filij: mea pręsentia nō egetis. ut voles inquam: dūmodo  
id pollicearis te ad nos aliquē rediturū, & aliquādiu apud  
nos mansurū. Polliceor inquit, & filiū meū vobis obsidē  
relinquo. & abscessit. vis ergo puerū accersāmus: ut ipsum  
videas & corā interrogēs? One. Volo. Heus puer Noer-  
e huc aduoca Polypragmonis filium, tuq; cū eo vnā nunc  
nobis astate. No. Eo. Epipone celer adueni. Pręceptores  
Hermeneus & Oneropolus te accersere iubent. Epi. Vbi?  
No. In pomario deambulantes. Epi. Eamus ocyus. No.  
Eamus. One. Bone Polypragmonis fili quod tibi nomen  
est? Epi. Nomen mihi Epiponus: obseruandissime pręcep-  
tor. One. Tu quæso dic quem animum habes? Epi. Bo-  
num: Vobis scilicet tribuentibus literas discere. One. Bo-  
num certe, & id optas? Epi. Vel maxime. One. Malles ta-

men modo aliquo ioco: cū hoc Noero, & alia adolescens  
 tū turba patris recessum interobliviſci. Epi. Imò discendo  
 & audiēdo. Nā pueriliū iocorū consuetudinē nō habeo:  
 neq; me oblectāt quicquā. One. Quid ergo? Epi. Liber ac  
 literarū studia. Her. Id profecto in iuvene laudabile mul-  
 tū, ingenuamq; adolescentis indolē demonstrare videtur.  
 One. Sed tu quid potissimū discere audireq; poptas? Epi.  
 Philosophiā. One. Te ergo i rōnalibus disciplinis medio-  
 criter sentis eruditū. Epi. Aliquātiſper. periculum facire: &  
 ubi minus sanē sensero: ego libens ferulæ manum subdo.  
 One. Haud male ais: ō Noere huic coxquali tuo physicā  
 introductionē procura. quā ter, quatēve repetitis vicibus  
 legat, memoriæq; mādet. nos obiter expectantes deambu-  
 labimus. No. Curabo. Her. Iā aliquādiu morati: nūc arbi-  
 tror aduentabūt. Sed quā Oneropole spem de puero cōci-  
 pis? One. Bonā admodū. Iuxta frōtre puer est, benignus &  
 simplex: & nimirū si Polypragmon ipsum vehemēter dili-  
 git, veliq; ingenuam ipsius indolē, pulchrioribus discipli-  
 nis aliquā perfici: potius quā paternas artes sequi. quæ  
 semp lucrū, & ea quorū fortuna domina dicit: intēdere vi-  
 dentur. Her. Verū ais. multū diues admodū est Polyprag-  
 mon. neq; vnquā congregādī cura ipsi defessa remittitur,  
 nec opus erit hūc iuuenem vnicum eius filiū negociatio-  
 nē sequi. verū si prudēs & sciens manibus nostris euadat:  
 rectē, iustē, & liberaliter diuitijs: tot curis, vigilijs, pericu-  
 lis & laboribus à Polypragmone partis: vtetur. One. Re-  
 ctē certē: & liberaliter vtetur. Sed ecce puer aduētat. Epi.  
 Assum. One. Opportune quidē nimīū. studuisti memoria  
 tenere quæ mandaueram? Epi. Teneo. One. Diligentius

Figure, in igitur attende. Epi. Attēdo. One. ¶ Figurā igitur huic no-  
 troductio stræ introductioni præpositam vides? Epi. Video. One. Fi-  
 ni physice gura hæc tota: mundum nobis repræsentat sensibile. Mū-  
 præpositæ dum autem sensibilem voco: totum cœli lunæ cōcauo cō-  
 declarā tentum. vt sunt elementa, animalia, vegetabilia, minera-  
 tio. lia, & mixta imperfecta, suaq; accidentia. Et maximus iste  
 circulorū: cœli lunæ cōcauum nobis insinuat, intra quod  
 pulchro hoc ordine in seinuicem quatuor digeruntur ele-  
 menta; ignis, aer, aqua, terra. Deinde parui subsequuntur



circuli quorū primus circulus naturæ est. secundus: causæ. tertius: motus. quartus: infiniti. quintus: loci. sextus: vacui. & septimus: temporis. Quæ oia in nostro magno circulo sūt cōperta: nisi ubi nigrū punctū instar sphaerulę perspexeris. Priuationē em̄ eius cui apponitur significat, nusq̄ in nostro circulo reperiri posse. Et de hoc sensibili mundo sunt octo physici libri. Neq̄ in his perdiscēdis vsq̄ aliud mentē tuā deflectas: sed singula de ijs quæ in magno circulo & in hoc sensibili mūdo cōtenta sunt: dicta itelligas, ad eaq̄ sola applies, nisi interdū ex horū sensibiliū similitudine, similitudinisq̄ quadā p̄portione: cœlestia, supramūdana, intellectuāliaq̄ rimari expediat. Tu igitur fili, si figurā meā morā teneas eā nobis audiētib⁹ p̄me. Epi. Faciā. Magn⁹ circulus, cœli lunę concauum. Elementorū ordo & situs. Ignis, aer, aqua, terra.

|               |                    |                    |
|---------------|--------------------|--------------------|
| Natura        | Causa per accidens | Motus indifferens  |
| Causa         | Causa actu         | ¶ Infinitum primo  |
| Motus         | Causa potentia     | Infinitum secūdo ● |
| Infinitum     | ¶ Motus            | Tertio             |
| Locus         | Generatio          | Quarto             |
| Vacuum        | Corruptio          | Quinto             |
| Tempus        | Augmentatio        | ¶ Locus            |
| ¶ Natura      | Diminutio          | Locus communis     |
| Materia       | Alteratio          | Locus proprius     |
| Forma         | Scd̄m locū mutatio | Locus naturalis    |
| Res naturalis | Motus subiectiuus  | Locus violentus    |
| ¶ Causa       | Motus terminatiuus | ¶ Vacuum primo ●   |
| Materia       | Motus totius       | Vacuum secundo ●   |
| Forma         | Motus per se       | Vacuum tertio ●    |
| Efficiens     | Motus per accidens | Præteritum         |
| Finis         | Motus acquisitiuus | Tempus             |
| Causa p̄p̄qua | Motus dep̄ditiuus  | Futurum            |
| Causa remota  | Motus naturalis    | Præsens            |
| Causa per se  | Motus violentus    |                    |

Onē. Promptē admodum. Postea singula eo ordine, eaq̄ serie: qua nuper deprompsisti, definiūtur atq̄ interpretantur. Ex quo melius ingenium tuū (quod suscepimus educandum) arbitrio nostro deprehendamus: interroganti re

Quid natura, sponſiones alterna. ¶ Quid natura eſt? Epi. Natura ſubſtantiale principiū eſt: qđ vnicuiq; trāſmutationi ſubiectū eſſe natū eſt, aut trāſmutationis effectiū. One. Ita ſemper

Naturę reſpōde. Eſt em̄ hęc naturarū, vnicuiq; trāſmutationi, generationi, corruptioni, augmētationi, diminutioni, alterationi & lationi ſcd̄m locum, nata eſſe ſubiecta. hęc vero vniuſcuſq; trāſmutatiōis, gñationis, corruptiōis, auctioris, diminutionis, alterationis & lationis effectiua. Et hac diſiuncta diffinitione: vtriuſq; naturę diffinitiones ſufficiēter haberi poſſe puta. Nā prima particula ppter materiā; ſecūda verd̄ ppter formā adiecta eſt. quo tñ cunctis ſani⁹ rectiusq; intelligēdi deſt occasio: vtriuſq; particulatim ſub

Quid materia, ducta eſt diffinitio. ¶ Quid ergo materia? Epi. Eſt natura quę vnicuiq; trāſmutationi, ſubiecta eſſe nata eſt. vt (quę admodū dicebas) gñationi, corruptioni, augmētationi, diminutioni, alterationi & ſcd̄m locū motioni. One. Cū tu gñabaris: vbi erat vt in ſubiecto tua gñatio? Epi. In mea materia. One. Et qñ tu corrūperis: vbi tum tua corruptio? Epi. In mea materia. One. Qñ tu augeris: vbi tua augmentatio? Epi. In mea materia. One. Qñ tu minueris: vbi tua diminutio? In mea materia. One. Qñ tu alteraris, vt caleſcis, aut frigeſcis: vbi tua alteratio? vt calefactio aut frigeſctio? Epi. In mea materia. One. Et cū te trāſfers de loco in locū: vbi tua latio? In mea materia. One. Ad ſingula pbē ſemper idē rñdiſi. ¶ Tu modo materiā interpretare. Epi. 4 Subiectū, hylē, potentiā, potentiā ſubiectiua. One. Sanē

Quid forma, hęc oīa materię ſunt nomina. ¶ Quid forma? Epi. Forma natura eſt: trāſmutationū effectiua. One. Rectē ais. Cū ignis aliū ex lignis generet ignē: quę illic natura generās, gñationisq; effectiua eſt? Epi. Arbitror me debere reſpōdere: ignis generantis forma. One. Debes. & cum aqua extinguit, corrumpitq; ignem: quid corruptionem illam effectū fecit? Epi. Dicerem frigiditatem ac humiditatem: ſed forte non tibi placet. One. An frigiditas aut humiditas natura ſit? Epi. Non certē. nam neutra ſubſtantiale principium eſt: ſed non aduertebā. One. De natura quęro: quę ſit illius corruptionis effectiua, & non accidentalī efficiente, inſtrumentoq;. Epi. Iam teneo, & erratum meum deprecor.

- hendo, respondendum utiq; erat: quæ ignem corrumpit  
 tis forma. One. Oppido iam sapis. Cum tu augmentaris:  
 quæ natura eam augmentationem efficit? Epi. Mea forma.  
 One. Et cum tu alteraris, ut cum frigore nimio inhorrescis,  
 quid in te alterationem, ut calefactionem inducit, caloremq;  
 reparat? Epi. Mea forma. One. Verum ais: quando exterus cas  
 lore eam non inducit. & cum tu ambulas: quæ naturam illam agitas  
 tionem, & secundum locum mutationem ut ambulationem efficit?  
 6 Epi. Mea forma. One. ¶ Vides igitur quomodo omnis trans  
 mutatio, ut generatio, corruptio, augmentatio, diminutio,  
 alteratio, & latio, in natura est. nam in materia, à naturaq;  
 proficiscitur, non à forma. Epi. Equidem video. One. Et non  
 modo filii omnis transmutatio in materia est, sed & omnis  
 7 quæcunque sensibilis affectio. ¶ Fecit enim Deus nostræ sensi  
 bilis machinæ, omniumq; rerum optimus & sapientissimus  
 opifex, duas naturas. hanc solum ad agendum: illam verò ad pa  
 tiendum. Epi. Intelligis hanc (ut arbitror) formam: & illam intelli  
 gis materiam. One. Intelligo. & ut materia sese habet ad au  
 gendum: ita forma ipsa ad patiendum. Epi. An quæ dicis teneam: patiendum:  
 incertus sum, nonne optime præceptor nuper dicebas: ma  
 teriam ut solum patiatur à rerum optimo, sapientissimoq; opi  
 fice esse factam: & formam ut solum agat? Si itaq; sanè intellexe  
 dum.  
 rim: materia ne utiquam agere poterit. One. Ne utiquam filii:  
 neq; quoq; forma pati. verum formam pati, materiam esset ages  
 re. Intelligis quorsum hæc proportio? Epi. Intelligo. One.  
 8 ¶ Interpretare igitur formam. Epi. Speciem, actum primum,  
 substantialemq;. One. Rectè quidem naturæ interpretes his  
 promiscue nominibus, pro eodem utuntur. Sed meministi  
 te ita naturam diffiniuisse. Natura substantiale principium est,  
 unicuique transmutationi subiectum, aut transmutationis  
 effectivum. ubi primam particulam substantiale principium  
 posueris. Epi. Memini. One. Expedit igitur quid hic sub  
 stantiale principium vocemus, intelligere. Epi. Summo opere.  
 9 One. ¶ Dic igitur quæ huiusmodi vocemus principia?  
 Epi. Ea sunt quæ cum non sint ex alijs, neq; ex alterutris,  
 omnia alia sunt ex ipsis. One. Interpretare omnia alia. Epi. Quid pri  
 Res naturales omnes. One. Rectè ais. hac diffinitione diffi  
 niuntur prima principia Physica, non quidem disciplinæ, quæ pri



dignitates, suppositiones, aut diffinitiones sunt, sed prima principia res naturales constituentia, atq; stabilientia, cuius quidē diffinitionis intellectus hic est. Prima principia physica, sunt quæ ex alterius naturæ physicis principiis minime cōstituuntur (priora enim nō habēt) neq; vnū ex altero constituitur, sed ex ipsis res naturales cōstituuntur oēs. Constituerentur em̄ ex alijs principiis, si alterius naturæ principia: suæ quidem essentia, substātiæq; partē in se reciperēt: perinde atq; tu tuū corpus: tuæ quidē substātiæ partem in te recipis, similiter & aīam. Et alterutrū ex alterutro fieret, si eorū vnum: alterū cōstitueret, essetq; eiusdē essentia pars. Et cū dicimus omnes: rationē principiorū respiciamus generalē. Fiunt em̄ res naturales oēs, ex materia atq; forma. quam quidem particulam si omittas, dicasq; principia physica esse, quæ nō fiunt ex alijs, neq; ex alterutris, sed res naturales, vna quidē aut plures, fiunt ex ipsis. hanc diffinitionem singulis aptē applicabis. Et nihil hic referre putamus ita enūciasse, ex ipsis omnia alia fieri, aut omnia alia fieri ex ipsis. Nam passim vbiq; in philosophia: dictorum rectā, sanamq; intelligentiā petimus, indignūq; reputamus & à philosophiæ dignitate quāplurimum alienū, in ea sophismata tractare, sensusq; sophisticos exquirere. Epi. Indignū certē: & videor hāc mihi pulchram declarationem plane intelligere. One. ¶ Si te rogem, an materia & forma ignis: rerū naturalium sint principia, habes quid respōdens afferas? Epi. Habeo, dicā equidem ignis materiam & formā: vnius aut plurium rerū naturalium esse principia. One. Nihil refert vnius sint: an plurium. Sciscitabor causam quare inquā? Epi. Quia cū nō sint ex alijs, neq; ex alterutris, res naturales vna quidē aut plures sūt ex ipsis. Et sicut me docuisti: ego cautius atq; ex industria, omnes omisi. Nam diffinitionē haud applicare potuissē: quandoquidē ex materia & forma ignis, nō omnes res naturales fiant. ita saltē mihi videt. One. sane concipis. Nam ex illis neq; fit aer, neq; aqua, neq; terra, neq; aliud quicq;: qd nō sit ignis. ¶ Rursus si te interrogare pergā vbi rerum naturalium forma sit? Epi. Adjiciam in eius materia. One. Nam materiam ad patiendum, recipiēdumq; posuimus.

12 ¶ An materia principii formæ sit: an forma principium. Qd' materiam principii ponēs. Epi. Hæsito. Dicā tñ etsi incertus, materiam principii subiectiuū principii sub formæ esse, sed nō quod formam cōstituatur, quodq; formæ iectiuum essentia, substantiaq; præstet. dicā itidē formā materiam principii formale esse, & ut quod est in subiecto: sed non qd' forma ve materiam cōstituatur, materiamq; essentia suggerat. nā materia rō principii esse nō posset. Her. De te nobis fili Epipone hac principium forma tua cauta respōsione: mirū in modum bonā spē adauges. male mas

13 ¶ One. ¶ Longius progredere. an materia rei naturalis sit teria. principii pariter & forma: ut materia ignis principium sit ignis: & forma ignis sit ignis principium: quod ita fuerit: aut consimiliter arbitreris materiam ignis, principium esse ignis: & ut principii formæ: & formā ignis: hunc in modum principium esse ignis: ut & forma, principium materiam. Her. Obtundis puerum nimium propensa quæstione. One. Non obtundo. nam celer apprehēdēdo puer est. dic fili: aut vis potius quæsitā resumā. Epi. Tentabo. Materiam rei naturalis esse principii, pariter & formā ut materiam ignis principii esse ignis, itidem & formā ignis paulo ante tibi interrogāti respondī, causamq; adhibui. Cum rursū percontaris: an materia ignis, ita principii sit ignis, ut eam dixi principii esse formæ. Non. Nam materia ignis, principium ignis est. ut ipsum cōstituens, essentia, substantiaq; partē ministrans. Et consimili modo forma: alterā substantia partem igni suggerit. quod quidē materia formæ minime facit: itidē neq; forma materiam. One. Tua hæc respōsio me delectat. Et si ita dicere pergas: Polypragmonis loculos: imō verō diuitias Cræsi pulchri animi tui comparatione thesauri nihil impedam. ¶ Sed quod magis existimas: materiam & formā rei naturalis esse principia: an materiam in principii formæ, & formā materiam. Obtices. Epi. Verū nam quid respōdeam: haud satis cōpertum habeo. One. Thesaurum illum quem oculis paternis, diuitijsq; Cræsi præferebā: nobis forte occultare vis. Sed cedo: nōne perpendis materiam, rei naturali principii essentia intrinsecū esse, pariter & formam. Epi. Perpēdo. One. Et materiam, formæ principium essentia, substantiaq; extrinsecū, itidem

& formā materiæ? Epi. Et hoc iterum. One. Et principium substantia alicui intrinsecū magis illius principii est: eo ipso quodd eiusdem principii sit substantia extrinsecū. Epi. Est. One. Ne tibi ratio principij data: quæ est ex ipso aliud fieri, eius cōparatione quod cōstituit, tibi magis cōpetere videtur? Epi. Videtur. One. Materia igitur rei naturalis essentia, substantiaq; (vt diximus) intrinsecū principium, magis principii est: quā formæ principium; cuius essentia principium extrinsecū est. Et ita de forma in cōparatione materiæ sentiendū est. Epi. Sequitur. One. Haberes ergo modo quid respōderes? Epi. Haberem, materiā scilicet & formam magis proprie rei naturalis principia dici debere, quā materiā principium formæ, atq; formā principium

Quid res materiæ. One. Sed pcedamus. ¶ Quid res naturalis? Epi. naturalis. Est quæ constat ex naturis. One. Vt ignis: cōstat ex materia & forma ignis. & aqua: ex materia & forma aquæ. quemadmodū tu: ex tua anima constas atq; tuo corpore. Quod em̄ in te est rationalis anima: in igne, est ignis forma. & quod in te corpus est: in igne ignis materia est. Epi. Intelligere videor. sicut hæc duo habeo animā videlicet & corpus, meas quidē duas naturas, ex quibus cōsto, cōstitutorq;: ita quoq; ignis duo habet, duāsq; naturas: formā scilicet, quæ meæ animæ respondet, & materiā: quæ meo respondet corpori: ex quib⁹ duobus ignis cōstat, cōstituiturq;. One. Haud erras. Ita est. Et sicut tua anima (quæ tua forma est) oēm tuā efficit in corpore sensibile operationē: ita & forma ignis in materia ignis, omnē ignis efficit operationē, affectionemq; omnē. vt caliditatē, siccitatē, luciditatem, leuitatē, raritatē, & motū sursum. Fecitq; rerū oīum optimus opifex: rē naturālē omnē duabus constare naturis, omnemq; duab⁹ naturis, materia scilicet atq; forma nō exiit. hac scilicet ad agēdū, illa verō ad patiēdū. effect⁹ altera sine altera, ociosa. at nihil in natura vacuū, ociosumq; sit vnquā. & omnem ex sua materia, sua forma & vtriusq; simul vnione cōsurgere voluit. Et reuera materia linea est: forma superficies, & vnio illa, pfundū. Et ex illo suo ternario res naturalis omnis, perfecta consurgit, imitaturq; quātūcūq; potest suum principii, niriturq; ipsi quoad pā



testi assimilari. Her. Noli d. Oneropole puerū analogijs ludere. Epi. Visne ergo rem naturalem omnem: ex lineis & superficiebus confurgere perfectam compositamq; esse, quandoquidem ex materia & forma conflata sit? Her. Vis de anne non recte sentire: te puerū ludere. One. Dico fili,

16 sed tu aliquando intellecturus referua. ¶ Nūc autem dic Rerū nat  
cas: quot rerū naturalium genera? Epi. Quinq; elementa, turaliū ge  
animalia, vegetabilia, mineralia, & mixta imperfecta. One. nera.

Elementa sunt filii: ignis, aer, aqua, terra. Animalia: homo, & bruta. Vegetabilia: arbores, & herbæ. Mineralia: lapides, metalla, & cætera similia quæ effodiuntur, erunturq; à terra. Mixta imperfecta: ut aeris flammæ, nubes, pluuia, nix,

17 grando, ventus, & consimilia. ¶ Quæ dicuntur secundum Quid acci  
naturā. Epi. Rerū naturalium cum ipsis conueniant accidentia. cidentia se  
One. Ut igni maxima caliditas, siccitas, luciditas, leuitas, cundū na  
raritas, motus sursum, sua dimensio atq; figura: quemadmodum turam.

modū sanitas, pulchritudo, corporis robur, atq; firmitas, tibi secundū naturam conueniunt. ¶ Quæ præter naturā.

18 Epi. Rerū naturalium accidentia, cum ipsis disconueniant, Quid præ  
suxq; naturæ sint aduersa. One. Ut? Epi. Ego exemplum ter naturā  
tuum aduerterē dicerem: ut igni frigiditas, humiditas, opacitas, grauitas, motus deorsum, disconueniēs quātitas & figura. mihi verò, ægritudo, deformitas corporisq; ener

19 uatio & debilitas. One. Rectè. ¶ Interpretare ergo rem na Rei natu  
turalem. Epi. Totum, compositum, corpus sensibile, hoc ralis inter  
aliquid. One. Vides ergo nos primum exegisse circulum. pretatio.

Epi. Video. One. Respirandum igitur nobis modicum est modicāq; interiecta quiete resumēdi erūt labores. Tu ad me redito quam primum voles: & me minus occupatum feneris. Epi. Redibo. One.

**R**euertēris Epipone: & qd petas scio. Causa te huc aduexit. Epi. Videlicet ut causam mihi declares, ac ei? modos, eiusq; species aperias. One. Faciā. Atten

Quid  
causa.

20 de igitur attēniusculē. ¶ Tu interrogatus qd causa sit, ita rēdere debebis. Causa est ad quā aliud sequit. ¶ Quid

Quid esse  
ctus.

21 est ad eā aliquid sequi? Est ex ea, per eam, ab ea ipsiusq; gratia; aliquid esse aut fieri. ¶ Quid effectus? id ipsum est;

quod ad causam sequitur. ut quod ex aliquo, per aliquid, ab aliquo, alicuiusve gratia sit. ut tu ad corpus sequeris. nam ex corpore subsistis, ad animam. nam subsistis per animam ad parietes, nam ab eis ipsis ortum ducis, sequeris & ad sapientiam. nam sapientie gratia (quae Dei contemplatrix est: amatrix, memorque perennis) nasceris. haec itaque quatuor: corpus, anima, parietes, sapientia: tuae sunt causae. tu verò eorum effectus. ¶ Quid causa materialis primo, in primaque eius significatione? Est ex qua cum aliquo sit aliquid. Et haec scientiam omnem & artem omnem ambit, ut in grammaticis literarum, dictionis sunt materia. In logicis subiectum, praedicatum, & copula, enunciationis sunt materia. Et consimiliter Rhetor, Musicus, Arithmeticus, Geometra, Astronomus, Moralis, Politicus, philosophus & artifex: suam suo modo habent materiam. Attamen de ea solus, quae physica est, & rerum naturalium materia nobis propria aptaque determinatio est. quocirca subiungitur, quid rerum naturalium materialis causa? Ea enim ex qua cum forma sit com-

¶ Quid causa posita. ¶ Quid causa materialis secundo? Est in qua aliquid 24  
sa materia sit ut in subiecto. Et quia bifariam aliquid in aliquo esse ut  
lis secundo. in subiecto contingit. Vno modo ut consubstantiali in consubstantiali. quemadmodum tua anima in tuo corpore: quorum utrumque tibi substantiali est, & alterum alteri consubstantiali. Quippe quae simul totam concausent, constituentque substantiam. Altero modo ut accidet in subiecto: quemadmodum calor in corpore tuo. Idcirco subiectum ad duo comparatum, substantiam scilicet & accidet: materia, & hoc secundo modo causa materialis esse dicitur. Et materiam primo modo, materiam ex qua dicere solent. Secundo verò modo, materiam in qua, & materiam subiectivam. ¶ Quid causa 25  
formalis? Est per quam res habet esse. Et eius haec ponuntur elementa. Forma dat esse rei, remque conservat in esse. Ipsa namque praesente: res est. & ipsa fugiente, absenteque: res ipsa perit atque amplius non est. Epi. Vocasne elementa principia? quo pacto dignitates, suppositiones & definitiones vocare solemus? One. Voco. Si enim substantia fuerit: dat esse substantiale: & esse simpliciter. ut tua forma dat tibi esse substantiale & simpliciter: & ipsa praesente corpori ut in subiecto & consubstantiali in consubstantiali: proculdubio te confer-

- uat, atq; es. ipsa verò fugiēte protinus peris: neq; amplius  
vsquā subsistis. Et si accidēs fuerit: dat esse accidētale & se  
cū dū qd, ipsumq; cōseruat. vt quātitas esse quātū. & qualis  
tas esse quale. vt calor dat esse calidū, & cōseruat. quo qdē  
calore alicui præsente & sufficiēte quidē: ipsum calidū est.  
ipso autē absente: non amplius calidū manet. At quia hęc  
formę ratio huic disciplinę propria, accōmodaq; nō est:  
sed elementū cōmune atq; vagum: idcirco causę formalis  
26 physice diffinitio subnectit, hunc in modū. ¶ Causa for-  
malis rerū naturalium: est per quā res naturales, vna quidē  
aut plures existūt. Nihil refert. Nā per vnā vna res natura-  
27 lis: & per plures, plures res naturales existunt. ¶ Quo pa-  
cto diducit causa formalis? In causam formale substantia-  
28 lem & accidentalē. ¶ Quid causa formalis substantialis? est  
quę dat esse substantiale, & quę substantia est, vt anima.  
29 ¶ Quid accidentalis? Est quę dat esse accidentale. & quę  
30 accidens est, vt calor. ¶ Quid causa efficiens? Est à qua ali-  
31 quid fit, vt cōseruatur, producit, aut corrūpitur. ¶ Quo  
pacto diducitur? In causam efficientē, cōseruantē, in pro-  
32 ducentem, & corruptentē. ¶ Quid conferuās? Est à qua  
aliquid ne deficiat cōseruatur. vt calor & siccitas ignis, ca-  
lor & humiditas aeris, frigiditas & hūiditas aque, frigiditas  
33 & siccitas terrę. & in nobis sanitas. ¶ Quid pducēs?  
Est à qua alterum producit. vt ignis: ignem producēs,  
aerem: aqua: aquam, terra: terram, & homo: hominem.  
34 ¶ Quid corrūpēs? Est à qua alterum corrūpitur. vt corrū-  
35 pens ignē, aerē, aquā, terram, aut hominē. ¶ Quid causa fi-  
nalis? Est causa: gratia cuius aliquid fit, vt in nostro circulo:  
lo: elemēta gratia mixtorum, & omnino minus perfecta,  
36 perfectiorū gratia fiunt. ¶ Quo pacto partitur causa finalis?  
in finem præcipuum: & cuius gratia: & finem minus  
37 præcipuum. ¶ Quid finis præcipuus, & cuius gratia? Est  
causa cuius gratia aliquid fit: cū ipsa vltērius alterius gra-  
tia nō sit. Et hanc andē finem prima intentione nōnulli  
vocant. vt in nostro sensibilibus circulo: elemēta sunt gra-  
tia mixtorum. Et imperfecta mixta, gratia perfectiorum:  
mineralia, gratia vegetabilium & animalium. Elemēta ve-  
rō, imperfecta mixta, mineralia, vegetabilia, & cetera a nō

Quid cā  
efficiens.  
Causę ef-  
ficiētis di-  
uisio.  
Quid cā  
efficiens  
cōseruās.  
Quid effi-  
ciens pro-  
ducens.  
Quid effi-  
ciēs corrū-  
pens.



malia mentis rationisq; expertia, hominis sunt gratia. Sic  
 Pulchra em̄ natura, imò naturæ ac omnium optimus sator atq; effe-  
 rerū natu ctor: semper imperfectiora, perfectiorū ordinauit gratia,  
 valium or quem si imitari desideramus: nos semper opera nostra ad  
 dinatio. meliora dirigere oportet: vt opa corporis ad opa animæ;  
 & opera animæ ad vñū optimū ipsius animæ actū. Epi.  
 ¶ Quem ipsum ais? One. An quicquā melius esse putas: 38  
 quā Deum vniuersorū & maximū bonū cognoscere,  
 cognitū amare, & semper sibi præsentem memoria reuocare?  
 Epi. Nō puto. One. Talē igitur optimū mētis nōstræ  
 actum dico. homo aut̄ in nostro sensibili circulo, amplius  
 finē suū nō habet. ¶ Sed collatione ad ea quæ in ipso con- 39  
 tinentur facta: homo eius finis præcipuus esse videtur.  
 Nam ipse est cuius gratia omnia alia nostri circuli sint: nec  
 vltorius alterius gratia (quod in nostro sit circulo) existat.  
 Epi. Ausim te aliquid vñū interrogare? One. vt vis. Epi.  
 Quod sciscitari concepi forte præter ppositū esse iudica-  
 bis. One. Haud cura. Epi. Vt ergo tibi placet. hæc me audi-  
 uisse memini. fœlicitatē scilicet hoīs esse finē. Et Aristotē  
 cōtendisse cōtra illud Solonis Atheniēsis, postea à peritū  
 Arisotes.  
 Solon. sūmo poetacarmine notatum.  
 Ouidius. Sed scilicet vltima semper

Expectanda dies homini est, diciq; beatus  
 Ante obitum nemo, supremāq; funera debet.  
 Et voluisse cōtra Solonis sententiā: hominē in hac vita ve-  
 re dici posse felicē. Quare videt̄ & in hoc sensibiliū circulo  
 posse habere suū finē. An tu in hoc Aristotē non ap-  
 probes? cū te vt Peripateticū & ferē nusquā ab ei⁹ sententiā  
 dissentientē: celebrēt oēs. ad te pfecto & Hermeneū acces-  
 si, miro desyderio perit⁹: vt Peripateticæ sectæ sim discip-  
 ulus. One. Approbo fili & in hoc vel maxime. Et quīs  
 qd̄ quæris, huic loco min⁹ sit accōmodū: licet tñ aliquātū  
 lum tuī gratia digredi. ¶ Quod petis charissime fili: nos 40  
 Inuestiga vt puto natura ipsa docebit, vidisti aliquando pulchram  
 tio hīanē arborem? Epi. Vidi equidem: & bonam. One. Bonum igit̄  
 felicitatis tur fructum afferebat. Epi. Afferebat. One. Et quam opti-  
 p arboris mum quidem poterat. Epi. Quam optimū vt puto. One.  
 naturam. Modo non esset impedita. & optimam eius operationē

videlicet quam optimi fructus poterat productione: alteriusne gratia, & substantiæ quidē faciebat? Epi. Faciebat, hominis scilicet gratia. One. Qui mētis intellectusq; participans sit: & solus Deū in nostro sensibiliū circulo cognoscēs. Epi. Videlicet. One. Vides ergo quomodo arbor illa optimā suæ naturæ operationem exercet? & alterius superioris substantiæ gratia: optimū scilicet quē potest fructum producēs, quem quidem suum finem consequendo, superiori reddit substantiæ. Epi. Video. One. Videturne tibi homo ad aliquem fructū afferendū factus? Epi. Arbitror in similitudine. One. Et optima eius operatio: optimus eius erit fructus. Epi. Mihi videtur. One. Optimus igitur eius fructus operatio sapiētiae est: quæ sola, æterna contemplatur & respicit. Sed fructus ille optimus qui æternorū contemplatione genitus est: alteriusne superioris substantiæ gratia erit? cū homo substantiarum optima nō sit: & omnia infra hominē suas optimas efficiant operationes, alterius & superioris substantiæ gratia? Epi. Mihi quidē sic natura docere videtur. One. Et id cuius gratia aliquid sit, finis est. Epi. Est. One. Illū igitur superioris substantiæ finē cui homo suū optimū reddat fructū: hominē in nostro sensibiliū circulo dixi non habere. vt reliqua omnia infra ipsum hominē, suū habēt. Nā in nostro sensibiliū circulo nulla substantia homine superior, præstātorq; est. In ipso tamē finem vnū habere potest, vt optimā eius operatione: quæ in sensibiliū circulo alterius gratia nō est, sed eo ipso in circulo cetera omnia ipsius sunt gratia, & qui finis hominis secundū accidens est ab Aristotele dict⁹, huius vitæ, & in hoc sensibili mūdo hominis bonum, finis & felicitas. Et rectē quidē. Nam in hoc sensibili mūdo: alterius gratia non est. Epi. Videor te quodā modo intelligere. Aristoteles & Solon Atheniēsis de hominis fine secundū accidēs sumpto locuti sunt: tu autē de hominis fine secundū substantiā sumpto loquebaris. Ad quam quidē: hominis finis secundū accidēs sumptus (vt arboris optimus fructus ad hominē) Immortalis ordinat⁹. One. Id ipsum. ¶ Sed quē immortalibus & æternis fructū immediate deberi censebis? quē mortalibus & maxime arguenducis? Epi. Mortalibus & caducis: corruptibilem, caducū mentum.

cūq; fructū. immortalibus verò & sempiternis immediate debitu existimo, immortalem, & sempiternū. One. Sic caducū caduco, & sempiternū sempiterno rite sine medio cohærebit. Et optimus noster fructus: immortalib<sup>9</sup> substantijs & æternis, immediate debitus est. Nam substantiæ homine superiores: immortales atq; sempiternæ sunt. Epi. Ita cōsentiunt omnes. One. Optim<sup>9</sup> igit<sup>r</sup> hominis fructus: immortalis est & sempitern<sup>9</sup>. Sed qui immortalis & sempiternus esse possit, nisi mens à qua perficitur: immortalis sit & sempiterna? Epi. Nullo pacto. One. Est igitur mens nostra, nosterq; anim<sup>9</sup>: immortalis & sempiternus. Epi. Eius, & omniū laudet<sup>r</sup> parēs optim<sup>9</sup>. One. Laudet<sup>r</sup>. ¶ Optasne illā animi tui sempiternitatē in tuo fine possidere? Epi. Et tu, vt arbitror, maximē. One. Quo modo arbor illa (quæ modo nos docuit) in homine finē suū attingit? Quo pcedat, declara. Epi. Mihi qdē id difficile. Sed quoniā poscis: meū qualecūq; afferam iudiciū. Primū vegetat & se erigit in plantulā: solas frondes, solaq; folia ferēs. Hinc priusquā arbor perfecta sit, suūq; nacta sit incrementum: flores profert spirātes, mox flores & fructum: neq; fructum sine floribus vnquam. One. Fili illa nō est vera arbor, veri flores, verum odoris spiraculum, verus fructus, sed tu. & illa solum tui est similitudo: si naturā sequeris. Cum enim prius natus es: ad statutum tempus in plantulam erigeris, solis sensibus & appetitu vtēs, & hæc tua sunt folia. Hinc priusquā tu arbor adulta sis, tuūq; sumpseris incrementum: rerum nomina discis, & quædā ad virtutes præparamenta iacis. Et hi nostri sunt primuli flores: spirantes quidem, sed nondū fructum afferētes: mox perfectas nanciscimur nostrarū operationū cōsilio & prudentia moderatarum virtutes: quæ cōsequio pulchras sciētias, pulchros intellectus, & ipsam deniq; pulcherrimā sapientiam trahūt. Et hæc virtutes in nobis quidē naturā sequētib<sup>9</sup> d pulcherrime amice: spirantissimi, & veri sunt flores, qui naturæ ordinatione fructū præueniūt. Sapientia autē eiusq; operatio, optimus ille & verus in nobis fructus est. qui (vt neq; arboris fructus: non præuenientibus spirantib<sup>9</sup> flosculis) sine virtutib<sup>9</sup> nunquā acquiri potest. Si igitur velis naturā sequere

Quomodo  
do homo  
ad felicitatē  
tēdat  
per arboris  
rem man  
festatio.



- sequere. Philosophi siquidem ( vt dici solet ) naturam sequuntur & veritatem. Stude igitur & enitere virtutes tibi cōparare: quo possis aliquādo tuū optimum fructum tuo substantiāli fini reddere, & animi tui sempiternitatē in tuo substantiāli fine possidere. vt arbor optimū suū fructū, pio Dei cultori exhibendo: suū substantiālem finem assequitur, possidetq; in hoīe. Hac tua interrogatione nos huc nescio quomodo adduxisti. Epi. ¶ An ista sensibilia ad mentem nostram immediate censeas ordinata? One. Amice: Hæc vix intelligere sufficias. Immediate nostro corpori administrum præbent. Et homo in confinio vtriusq; naturæ & mortalis & immortalis est: vtriusq; nexus, & medium ad vtrāq;. Nam per mortale: mortalibus coniungitur, & ad mortalia descendit. Per immortale, immortalibus, ad immortaliaq; ascendit. Præbēt itaq; hæc corruptibilia sensibilia immediate corruptibili corpori aliquē vsum quo mediante menti præbent contemplationem, & necessarias, æternasq; veritates, quarum mens ipsa, ipseq; animus, cū æternus sit, præcipuus author est & opifex. Hasq; in se retinet veritates: vt æternarū veritatum, æternū sit & subiectum. Sed desine plura rogare: sine nos ad propositū nostrum reuerti. Epi. Sino iam. Hæc tamē digressio me mirū in modum demulsi: & eā quātum possum memoriæ affigo, mihi forte aliās amplius valituram. Nam cum quid in me mortale, & quid immortale sit cognosco: semp immortale præferre cogito, ipsumq; summopere excolere, modo mihi sit adiutor, optim<sup>9</sup> animi pater & factor. One. Oībus adest bone fili. ¶ Precipui finis & gratia cuius: determinationē expleuimus. De fine igitur minus præcipuo & quo: explendū est, de quo si quis percōteretur quid sit: ita respondendum est. Finis est: qui vltterius alterius sit gratia. vt mixta, elementorū sunt finis, quæ quidē alterius sunt gratia: hominis videlicet. ¶ Quid causa propinqua? Causa est quæ particulari nomine designatur, aut inter quam & suum effectum haud multæ interiacent causæ. vt huius domus: hic domificator causa propinqua est. nam particulari nomine designata, & tuus pater: tua causa propinqua est: nā inter tuum patrem & teipsum, non multæ interiacuerunt

Hominē  
mortalis  
naturæ &  
immortalis  
mediū  
esse.

Causa propinqua

**Causa res causa.** ¶ **Quid causa remota?** Est quæ nomine communi 46  
mota, designatur: aut inter quam, suumq; effectū multæ intercipiuntur causæ, vt huius domus, domificator & artifex causæ sunt remotæ. Nam cōmuni nomine designatæ. Et tuus abauus & atauus: tuæ causæ remotæ. Nam inter ipsos, & te: multæ interueniūt, intercipiunturq; causæ. Et quāto nomine cōmuniori designetur, aut inter ipsam & effectum plures eiusdem seriei causæ intercipientur: tanto remotior causa perhibetur. Et reuera prima harū diffinitionū particula: diffinitæ sunt causa propinqua & remota: vt penitus

**Causa** idē sūt, vt particularis atq; vniuersalis causa. Epi. Vis ergo  
**particula** cū dicit, causa quæ particulari nomine designatur ppin-  
**ris,** qua est, idem esse: ac si plane dicat causa particularis est, vt quādo indiuiduo nomine vt hic ignis, aut indiuidua specie vt homo designat. One. Id ipsum, & quæ singulari ac indiuiduo noīe: vt hæc materia, hæc forma, hoc efficiens, hic finis: maxime ppinqua & particularis est. Quæ vero

**Cā vni** specie indiuidua: particularis quidē, sed minus. Epi. Et cū  
**uersalis,** dicit causa quæ cōi nomine designat remota est: idē cēses etiā (vt arbitror) ac si plane dicat: causa quæ cōmuni noīe designat, vniuersalis est. One. Idem prorsus & cū eas aut particulares aut vniuersales nūcupamus: ad ipsarū causarum particulares aut cōmunes rationes (quibus eas efficiamus) respicimus. Cum verò eas ppinquas nominamus inter quas & effectū nō multæ eiusdē ordinis ac seriei interhiāt causæ: & eas remotas, inter quas multæ interiacēt, interhiātq; res ipsas, rerumq; cōditiones solas respicim⁹. Epi. Haud prius satis intellexerā: mihi tamē iam pene satis intelligere videor. One. ¶ Deinde petēdū est quid causæ 47  
**Causa** per se, cui respōdemus eā causam esse: quæ cū ad aliquē effectū suapte natura ordinata sit: causalitatis nomine pariter est expressa. vt calidū suapte natura ordinatur ad calefaciendum, lux ad illuminādū, & leuitas ad sursum mouendum, nominaq; causarū ad tales effectus retinet. Ideo fit, vt cū dico calidū calefacit, lux illuminat, leuitas sursum pellit, causas per se nomine: quarū quidem per se effectus sunt: calefactio, lumen, & motus sursum. & sub natura, autem & ppositum cōprehēdimus; vt ferra secāt & fossione

ad alicuius rei rationē aut aliquid tale: pposito, intēfione,  
 48 ac deliberatione ordinamus. ¶ Quid causa p accidens: est Causa p  
 quæ ad effectū non ordinat, aut quæ causalitatis nomine accidens.  
 minime sit expressa, vt agri fossio: inuentionis thesauri cau-  
 sa est per accidēs, nā neq; natura, neq; arte, neq; proposito,  
 ad thesaurū inueniendū ordinat. & Quis idē sit calidū &  
 leue, si tñ dixerō leue calefacit: causam talis effectus nomi-  
 no per accidēs. Nā causalitatis nomine eā nō expremo. Le-  
 uitas enim nō calefactionis, sed motus sursum causa per  
 se est. Epi. Forte quod dicis cōcipio. Primæ harum diffinis-  
 tionum particulæ: res ipsas, rerumq; conditiones respici-  
 unt. secundæ verò: ipsarū causarū ad suos effectus ratio-  
 nes. One. Probe admodū: bono es ingenio. Nam vt cau Quot req;  
 sa per se hic dicatur: & rei conditio, pariter & causæ ratio, runtur ad  
 concordare debent. hic etfi (cū dico leue calefacit) leue re cām p se,  
 ipsa ad calefactionem ordinetur: cū idem sit leue & calidū  
 quia tñ ad talē effectū, rationē nō nominat: causam per acci-  
 dēs esse diximus. q; vt causa sit per se: & rei conditio, &  
 ipsius causæ ratio requiratur. Epi. Ipsum igitur leue quo-  
 dāmodo vt reipsa causa per se calefactionis esse videtur,  
 rōne aut causa per accidens. One. Nec iniuria, qñquidem  
 49 ipsi leui rei conditio conueniat, causæ aut ratio: ad talē esse  
 50 etum eidem expressa non cōpetat. ¶ Quo pacto diducit Causæ p  
 causa per accidēs? in casum, fortunam, & neutrā: ¶ Quid accidēs di-  
 casus? Causa est per accidens eorū quæ raro contingunt, uisio,  
 & alicuius gratia, vt si te tēpore veris in hortulū fodiendi  
 gratia mitterē: tu verò fodiēs thesaurum reperires qualem  
 neq; habet, neq; vidit Polypragmon pater tuus: tua hæc  
 fossio, talis inuentionis thesauri casus esset. Thesauri autē  
 inuentio: illius casus effectus, nam tua fossio, talis effectus  
 causa esset per accidens: vt quæ neq; natura, neq; arte, neq;  
 proposito: ad talem effectum fuisset ordinata, & eorū quæ  
 raro contingunt, & alicuius gratia. Ratio enim huiusmo-  
 di contingit thesauri inuentio: quæ quidem alicuius est  
 gratia, Dicuntur enim aliqua alicuius esse gratia & pto: Quæ sunt  
 pter hoc, quæ digna sunt vt prosequantur: fugianturve alicui? gra-  
 51 cognita. ¶ Quid fortuna? Causa est per accidens secundū tia ppter  
 propositum, eorum quæ raro contingunt, & alicuius qui hoc.



de gratia, vt tu rōnis vsu potius agis secundū propositū. Idcirco talis inuentionis thesauri fortuna dicereris, & anima tua, pariter & voluntas. ¶ Quo mō diducenda sit fortuna? In bonā fortunam atq; malā. ¶ Quid bonā fortunam vocabimus? fortunā bonorum ac eligendorū vt fortunā inuenti thesauri. quæ q̄to prosperiorū eligibiliorūq; fuerit, tanto melior ac secundior fortuna dicitur. ¶ Quid malam? Fortunam malorum, aduersorū, ac fugiendorum, vt si quis multa tempora in perdiscēdis literis longe à patria domo peregrinus feliciter consumpserit: qui visendum parentū desyderio tractus, multos quidē post annos iter arripiat; & in viā sicarios offendat, qui ipsum spoliēt, spoliatū enecent, priuentq; vita. pia eius visendorū parentū volūtas, ipsius mala putaretur esse fortuna. & bonorū spoliatio & priuatio vitæ; sinistra ac aduersæ fortunæ euentus. ¶ Quid propositū; ratio atq; volūtas. ¶ Quid neutra? causa est per accidēs eorum quæ nō sunt alicuius gratia. vt præter intētiōē casus capilli, aut offensaculū lapilli in viā. ¶ Quid causa actus? Ea est quæ semper cū effectu existit, vt domificās cū domificatiōe. Fieri em̄ nequit vt quis domificans dicatur: si nihil (quod ad futurā attineat domū) extruatur. ¶ Quid causa potestate? causa est quæ nō semper cum suo effectu est: ea siquidem sine effectu esse potest. vt domificator; causa domus, potestate est. Epi. Etiā puto: si ab eo facta domus stet siue nō. One. Nihil refert. Et hi sex postremi causarū modi, causa scilicet propinqua, remota, per se, per accidēs, actu, & potētia, cuilibet quatuor præcedentiū modorū cōparātur hoc pacto. Causarū materialū quædā est propinqua, quædā remota, quædā per se, quædam per accidens, quædam actu, quædam verò potētia, & formarum, & efficientium, & finium cōsimiliter: cuius quidem rei talem descriptionem ponere possemus.

Materia  
Forma  
Efficiens  
Finis

Propinqua  
Remota  
Per se  
Per accidens  
Actu  
Potentia

58 Videmur tibi fortasse circulum causæ sufficienter expla-  
 nasse. ¶ Id tamen adhuc annotare licebit: eandē causæ &  
 effectus esse disciplinam. nā sunt opposita. opponūtur em̄  
 relatiue. ideo tu effectus ita deprehēdes, effectus materiæ,  
 effectus formæ, effectus efficiētis, effectus finis, effectus  
 causæ propinquæ, effectus causæ remotæ, effectus per se,  
 effectus per accidens, effectus actu, effectus potestate. Et  
 causam ad suū effectum referre, cōparareq; debebis: & ad  
 nullum alterū. sunt enim adinuicē correlatiua: sicut pater  
 & filius. vt causa materialis: ad effectū materiale referen-  
 da est. & forma: ad effectū formæ. efficiens: ad suū produ-  
 ctum, conseruatum, aut corruptum. finis: ad id quod ob  
 ipsum finem est causa propinqua: ad effectum propinquū  
 & remota: ad remotum. causa particularis: ad suum parti-  
 cularem effectum. & vniuersalis itidem ad suum vniuersa-  
 lem effectum. causa per se: ad suum effectum per se. causa  
 per accidens: ad effectū per accidens. causa actu: ad actua-  
 lem effectum. & causa potestate: ad effectum potentialem.  
 Si autem secus ipse feceris: rem ridiculam, indignamq; fa-  
 cies: perinde atq; si patrem ad seruū aut nepotem inepte  
 compares, referasq;. Sufficiunt ergo ne tibi, pro huius cir-  
 culi intelligentia: quæ adduximus? Epi. Suffi-  
 ciūt. One. Vis ergo nos ad circulū motus  
 explendum transferamus: an des-  
 fatisceris? Epi. Minime des-  
 fatiscor. One. Trans-  
 eamus igit̄ r.

59 C Vm itaq; sciscitabitur quid sit motus: ita respōden-  
 dum est. motus est alicuius in aliquo aut acquisitio  
 aut deperditio. vt aquæ calefactio. Est enim aquæ  
 60 calefactio, caliditatis in aqua acquisitio. ¶ Quid  
 acquisitio aut deperditio? Ea si quidem dicitur: quandiu  
 aliquid rei continue acquiritur, aut deperditur, vt quādiu  
 alicuius actus (siue substantia sit, siue sit accidens) aliquid  
 actu habetur, & aliquid continue relinquitur habendum  
 quod quidem continue acquiratur: talis actus (quicunq;  
 sit) acquisitio nominatur. etsi alicuius actus (quicunq; sit,  
 aut substantia aut accidens) aliquid continue relinquitur

deperdendū: deperditurq; continue: talis actus deperditio nominatur. imō & motus: cum fiat in aliquo non em̄ actus: sine subiecto vnq; esse potest. ¶ Quomodo acquisitio aut deperditio interpretatur: actus in potētia secundū q; in potentia. aut potius acquisitio, aut deperditio: actū in potentia secundum quodd in potentia interpretatur. Ni

**Cōpara** hil refert. Sunt enim hæc eadem: sola voce discrepantia. vt  
**tio diffini** actus in potētia ad esse secundū quodd in potētia, acquisi  
**tiōis mo** tio dicitur: & actus in potētia ad non esse, secundū quodd  
**t<sup>o</sup> datq; ab** in potentia: dicitur deperditio. Arbitraris modo multum  
**Aristote** differre motum ita diffinire. motus est alicuius in aliquo  
**le ad hāc** aut acquisitio, aut deperditio, aut hoc pacto. motus est en  
**diffinitio** tis actus in potentia secundū quodd in potētia. Epi. Cum  
**mem.** dicis motus est alicuius in aliquo: arbitror te intelligere,  
 alicuius scilicet actus. One. Scilicet. & cū dico est actus en  
 tis in potentia, idē intelligo: ac si plane dica: in ente actus  
 in potentia. Quemadmodū cū dico, parietis albedo, intē  
 dens idē esse, ac si plane dicere albedo quę est in pariete,  
 cui quidē entis: in aliquo respondere fecimus. Epi. Ergo  
 hæc duę motus descriptiones solo vocis interstitio distant.  
 One. Nisi forte adhuc differre putes quod primæ Hermē  
 nei sunt verba. secundæ verò verba sunt Aristotelis: vtrū  
 usq; tñ eadem sententia est. Intelligisne ex his: entis, & in  
 aliquo, & in subiecto idē esse? Epi. Intelligo. One. ¶ Quo  
 pacto interpretatur motus: mutatio, trāsmutatio. ¶ Quid  
 generatio: est substantialis formę in aliquo acquisitio. vt  
 formę ignis in materia acquisitio: ignis generatio dicitur.  
 ¶ Quid corruptio: est formę substācialis in aliquo deper  
 ditio. vt formę ignis in suo subiecto, suāq; materia deper  
 ditio: eius corruptio nominatur. ¶ Quid augmentatio: est  
 maioris quātitatis in aliquo acquisitio. vt cū pedaneū fiat  
 bipedale. motus ac mutatio facta est, quę augmentatio di  
 citur. ¶ Quid diminutio: est in aliquo à maiore quātitate  
 in minore mutatio. Ex his diffinitionibus eā quātitatē quę  
 dimēssio est, intelligere debemus: & nō numerum aut suc  
 cessionē. Sunt ei dimensiones tres: longitudo, latitudo, &  
 profundū. vnicuiq; rerum corporearum concessa: quo oc  
 cupent, rebus verò sensibilibus; quo occupent, secuntur,



67 atq; distrahatur. Epi. ¶ Si operæ precii ducis: vellem mihi  
 planius aperires qd sit dimensioes nobis concessas esse: quo  
 occupem<sup>9</sup>, secemur, distrahamurq;. One. O fili arduum est  
 quod petis: & qd sibi nō modicā philosophiæ partē ven  
 dicat. Enitar tñ vtcūq; potero: tibi illud aliquātulū aperio  
 re. Si abs te sciscitarer cur, d bone fili, optimus naturæ opi  
 sex tibi albedinē cōcesserit, arbitror te, p̄tinus responsurū:  
 vt albus sim atq; videar, cur iterū igni lucē tribuit: quo sit  
 lucidus atq; illuminet. Itāne plane respōderes? Epi. Respō  
 derē plane. One. Cum te rursus p̄cōtarer cur rebus tribuit  
 magnitudinē: respōdendum tibi cōsimiliter esset: quo res  
 ipse magnæ sint ac occupēt. Et cū insuper: an tu tua essen  
 tia albus sis ac videaris: an ignis sua substantia lucidus sit  
 & luceat? Epi. Protinus subiungerē nō, sed ego mea albe  
 dine sum albus & videor: & ignis sua luce lucidus, lumī  
 nisq; diffusor. One. Et rectē quidem. Sed quid tum si que  
 rerem: an tua essentia sis magnus ac occupes. Epi. Forte  
 velles me respondere, non, sed mea magnitudine sum ma  
 gnus, ipsaq; occupo. One. Ita volo, & ita sicut albedo, vna  
 res in te est à qua diceris albus & visus, ita magnitudo, Qd quā  
 titas disti  
 guitur à  
 re quāta.  
 vna res in te est: à qua diceris magnus & occupās, quam  
 quidem dimensioem nūcupamus. Epi. Primum mihi cla  
 rum est: secundū verò nō vsque adeo. One. Ne cura, te do  
 cilem præbe. nondum (vt aiunt) nixus es collo giganteo.  
 Epi. Non mediussidius. nam parū distātia perp̄dere suffi  
 cio. One. Cur tu ipse vbi ego sum, huic scilicet sedili imme  
 diatus insidens: vnā mecū simul esse, insidereq; immedia  
 tus non possis: ita vt tua potentia simul sit cum mea: &  
 tuus actus simul cum meo sit actu. Epi. Quia corpus meū  
 nequit (vt mihi videt) tuū corpus subintrare. One. Quod  
 videlicet tua dimensio, pariter & mea, nequeūt se inuicem  
 subire. Sed sic dimensio suū locū occupat, vt vetet, obstat  
 cūlo, impedimētoq; sit, ne quēuis alia dimensio & quoduis mē color  
 aliud corpus pariter, vnāq; cum ea eūdē locū occupare, ac  
 replere possit. Quod si cōtingeret: hoc philosophi dimen  
 sionum occupationē, penetrationemq; nūcupāt, quā & quantitas  
 natura impossibilem esse ponūt. Sed si esset in oriente vn<sup>9</sup> tes,  
 sol lucis aurex, item & alius in occidente lucis rubicūdx:

vbi esset primi, aureiq; solis lumen? Epi. In toto nostro concavo. One. Et totū nostrū concavū, sensibiliūq; circum repleret? Epi. Repleret. One. Nam totū ipsi? lumine suffusum, oppletūq; esset. Et vbi secūdi rubicūdiq; solis lumen? Epi. In toto nostro concavo. One. Ipsumq; repleret? Epi. Repleret vt primū. One. Sed vñ hoc, vt hæc duo diuersa lumina nō occupēt, neq; se impediāt: quo min⁹ idem repleāt? & tñ hæc duo nostra corpora occupāt, sibiq; mutuo ne oīno idē repleāt: impedimento sunt. Epi. Nescio qd respōdendū sit: nisi qā nos dimēssiones habem⁹: quæ (vt paulo ante dicebas) ad occupandū rebus cōcessæ sunt. One. Sane. & vbi in manu tua color est, illic omnino & calor. Epi. Arbitror vbiq; in mea manu colorē esse pariter & calorem. One. Verū quidem cū nulla tuæ manus pars colore vacet ac calore, illorumq; sit expers. Nunquid se occupant? Epi. Non vt iam facti sumus. Nam vbiq; in manu color est: illic & calor. One. Quid causæ huius rei tibi esse videtur? Epi. Quod dimēssiones nō sunt. One. Probe, potes ne ergo lumina illa, & colorē, & calorē, dicere quātitates: vel magnitudines, extensiones ac dimensiones? Epi.

Quod lu Minime profecto. One. Tu fateris ergo lumina illa dimensionē magis siones non esse. Nam dimensiones sese occuparent, quod suapte natura re: impossibile est: & tamen fateris illa replere. Epi. Fateor. One. ¶ An non putas ea magis replere: quæ ita replent vt 68 ab altero nō impediānt quo minus repleant: & quæ idem cū altero replent: an ea quæ cum altero replere nequeūt? Epi. Existimo ea magis, quæ vt repleant à nullo præpediuntur, & quæ cū quouis altero replent. One. Et vna dimensio: simul cū altera dimēssione replere non potest? Epi. Non potest. One. Et vnū lumē simul cū altero lumine replere potest. Epi. Verū. One. Magis igitur lumē suapte natura ipsa dimēssione repletium est. imo verō dimēssio potius replētia impedit. Facit em̄ mea dimēssio & tua: vt id quod repleo tu simul vnā mecū replere nō possis. Epi. Impedit proculdubio. One. Cum itaq; charissime fili dimēssio replētiam impediat: ab ipsa dimēssione replentia nō proficit. Epi. Non. vt mihi videtur. One. Et ego & tu sine dimēssione melius repleremus: quādoquidē mea replētia simul

sum tua tunc esse posset. Epipo. Melius: vt mihi appareret. One. Et vt ex concessis sequitur. & quanto quicquam magis à natura dimensionum recedit: magis recedit ab eo quod plenitudinē & replentiam impedit. Epi. Præcedentia trahunt. One. Et tu forte magis arbitraris lumen à natura dimensionum recedere: eo ipso sensibiliū colore atq; calore. Epi. Nec iniuria fortasse: nam luminis replētia magis for, magisq; se diffundit. One. ¶ O beate si intelligere pergas. lumen hoc sensibile de quo sermonem agitamus: extensioni, dimensioniq; cōiunctum est, & per accidens longum, latum, & profundum. quoddam longitudini, latitudini, atq; profundo coniunctum sit: & eidem subiecto coherens, cuius quidem subiecti distractione, distrahitur: & sectione secatur. Sed est aliud verius lumen: cuius hoc sensibile lumen vestigium quoddam & similitudo est. quod etio ab neq; dimensioni coniunctum est: neq; distrahibile, neq; occupabile defecabile sit vnquam. Sed tu vtrum horum duorum luminum: magis à natura & cōditione dimensionum recedere putes? Epi. Magis illud lumen verius. One. Et cōfessi diuinam sumus: dimensiones, replentix impedimento, obstaculoq; q; plenitudo esse. Epi. Confessi sumus. One. Magis ergo verius illud lumen dinem. men replebit: quādoquidem magis ab impedimēto repletionis recedit. Epi. Videtur. One. Et quid si adhuc magis recedat? Epi. Magis replebit. One. Et si magis in infinitum recedat? Epi. In infinitum replebit. One. Fili, illa veriora lumina: cœlestes, & supramundanæ sunt mentes, spiritualesq; lumina. quæ (si sensibile lumen: alterū sensibile lumen non impedit) tanto minus vt veriora lumina, & magis à natura & conditione dimensionū semota, sese impediunt atq; occupabunt: quo minus amplissima & eadē repleant cœli spacia. & cū imptia sint, & partes nō habētia: vbiūq; ipsa sint, tota esse necesse est, quare cū sint in oriente: tota erūt in oriente. & cū sint in occidēte: tota in occidento. & tota in qualibet cœli parte. & in qualibet sempiterna laude Deū collaudātia. nec vnū alteri præpedimēto est: quo minus vbi vnū est, nō sit & alterū. & vbi vnū laudat: laudet & alterū: qd̄ forti humanæ corporea mole præpeditæ cōcessum nō est, & q̄a Deus: in infinitū magis quā bea



te illæ & supramundanæ mentes ab omni dimensione,  
 omniq; dimensionum conditione recedit: ipsæ infinita ple-  
 nitudo est, qui cum sit maximè vnus, & omnium maximè  
 simplex: totus vbicq; præsens est, neq; excludi, neq; à quo  
 quam includi potest, cuius quidē infinitam plenitudinem  
 hæc sensibilia in ea ipsa (quam vides) parua dimensione  
 quoad possunt, imitantur. & illa felicissima entia ipsi quis-  
 dem infinitæ plenitudini similiora: illam in maiori pleni-  
 tudine atq; repletia imitantur. Epi. Hæc profecto gratissi-  
 ma sunt: sed quæ infirmus (vt neq; oculus æger, lumen;  
 aut è tenebris repente emergens) mentis vix perferat obs-  
 tutus. One. Ad sensibilia nostra relabor: illis supramunda-  
 nis & felicissimis vix à nobis tenuiter accessibilibus lumi-  
 nibus (quibus nos cōmendo) dimissis. ¶ Meministi nos 70  
 concessisse repletiam à dimensionibus non provenire?  
 Epi. Memini. One. Finge igitur ab omnibus quæ in no-  
 stro concavo continentur, dimensiones ablatum iri: quid  
 tunc nostrum sensibilem circulum replebit? Epi. Non vi-  
 deo. One. Quid ipsum replebat: cum adhuc suas dimen-  
 siones seruaret? Epi. Dimensiones ipsæ. One. Et res natu-  
 rales & rerum naturalium substantiæ, potētia atq; formæ.  
 Epi. Ita est. One. Et non habent rerum substantiæ materia  
 & forma à dimensionibus quod repleant? Epi. Non ha-  
 bent. One. Remotis igitur dimensionibus vidēsne adhuc  
 rerum sensibilem substantias remanere? & totum nostrū  
 concavum, rerum materia & formis plenū esse, vt prius,  
 quandoquidem vt repleant, dimensionibus non egent.  
 Epi. Non videbam. One. Attamen materia & rerum for-  
 mæ non occupant, neq; distrahi, secariq; vilo ingenio pos-  
 sunt: nō adueniente noua dimēsiōne, nam ad occupandū  
 & secandū sunt dimēsiōnes rebus additæ: vt scilicet occu-  
 pent, & à seinuicē discretæ & diuise sint. huc te solum fili  
 euagar<sup>9</sup> adduxi: quo frequēti cura & meditatiōe intelli-  
 gere studeas: dimēsiōnes esse ad occupandū & distrahedū, &  
 non ad replendū: vt nos aliquādo ex nostra occupatione  
 & occupante plenitudine: ad coelestiū perfectam plenitu-  
 dinem contemplandā erigamus. & ex nostra distractione  
 & pluralitate: ad illorū stabilitatem & vnitatē. Hic fili nos

fixæ philosophiæ finis: hic totus Aristotelis & philosopho Quis philosophum conatus: ex recta rerum sensibilibus cognitione (vt ex philosophiæ æternorum quibusdam remotissimis simulachris) mundi in finis, intelligibilis, nobis parare introitum. Et hinc nos utcumque possumus ducere: nostram scilicet felicem regionem cognoscere. Sed desine de his plura rogare: ne nos longius à proposito trahas, & sine nos ad dimissa reuerti. Epi. One. Reuertamur igitur.

71 Cum quaeritur quid alteratio: hanc adhibemus responsionem. alteratio est à qualitate, aut ad qualitatem mutatio. vt tenebræ sunt à qualitate, & illuminatio ad qualitatem.

72 Quot alterationum modi: sex. de contrario in contrarium: vt cum ex albo fit nigrum. de contrario in medium: vt cum ex albo fit rubeum. De medio in contrarium: vt cum ex rubeo fit album. De medio in medium: vt cum ex rubeo fit flauum. ex habitu in priuationem: vt cum ex luminoso fiat tenebrosus. ex priuatione in habitum: vt cum ex tenebroso luminosus.

73 Quid mutatio secundum locum: est ad locum, aut circa locum mutatio. ad locum quidem: vt motus recti omnes. vt ignis motus sursum. & motus terræ deorsum. Circa locum verò. vt motus circulares omnes. vt orbium cœlestium: qui circa propria loca, aut inferiorum

74 omnium circulo aguntur. & rota figuli: quæ circa proprium locum vertigine torquetur. Epi. Sed sine id plusculum intelligam si fieri possit. Cum enim ambulo, me latet quid mea sit ambulatio. quam tamē lationem dicerem. One. Fili cum tu generaris: tua forma, tua generatio est. & cum tu aliquando corrumperis: tunc tua forma tua corruptio erit. & cum tu augeris: tua dimensio, tua augmentatio est. & cum tu minueris: itidem. & cum calefcis: tua caliditas, tua est calefactio. & cum tu ambulas: tua ambulatio, tua latio est. quæ quidem aliquantulum à reliquorum motuum conditione euariat, quod nunquam tota actu sit, neque factæ aliquid maneat, sed duntaxat partim est dum fit, atque partim non est. Et ideo cognitum difficilior. Sed tu aduerte. Audisti aliquando corpus sonans? Epi. Audiui frequenter. One. Vt tibiam, tubam, aut organum. An sonus ille permaneat? an ipsius facti aliquid supersit? Epi. Nihil. One. Et solum dum fit, partim est, atque partim non est. Epi. Sic est.

Declinatio motus localis per sonationem

One. Et cum quis cōtinuè tibiam inflat: à quo causatur ille sonus? Epi. A motu (arbitror) aeris inflati illiusq; ad tibiæ latera. One. Quo motu? Epi. Latio. One. Vide igitur: quo modo sonus ille naturam motus (vnde progignitur) retinet. vt scilicet nō maneat factus: sed solum partim sit dum fit, atq; partim nō sit. Epi. Videre videor. One. Tu ergo p sonum illum, motū scilicet quendam & alterationem corporis sonori: motum localem concipe. Sicut enim sonus ille in toto aere emisso illisoq; est: cuius facti nihil manet, sed duntaxat partim est dum fit, atq; partim non est. ita in te toto dum ambulas quædam latio est: quā ambulationē dicimus. cuius quidem facti nihil manet: sed duntaxat partim est dum fit, atq; partim non est. Epi. Motus localis pulchram imaginem mihi obiecisti: sonum & corporum sonantium alterationem. & mihi quod quærebam sapere videor. One. Cum tibi itaq; ita persuaideas, procedam?

¶ Quo pacto interpretatur mutatio secundum locum? 75  
motus localis, latio. ¶ Quo pacto diducitur? in rectam, 76  
circularem, & mixtam. Rectam quidem: vt motū sursum aut deorsum. circularem: vt quæ sit circa medium. Centrū enim, medium nuncupamus, mixtam verò: quæ vtiusq; aliquid participet, vt volatus auium. ¶ Quid subiectiuè 77  
mutatur? Quod mutationis subiectum est. Quod si gñationis subiectū est: subiectiuè generari dicitur. Si corruptionis, corrūpi. si augmentationis, augeri. si diminutionis, minui. si alterationis, alterari. si deniq; mutationis secū 78

Qd vna  
& eadem  
forma est  
mutatio  
subiecti  
ua. termi  
natiua &  
cōpletiva  
dū locum, ferri. ¶ Quid mutatur terminatiue? forma quæ  
acquiritur, deperditur ve: terminatiue mutari dicitur ea. si  
forma est quidem terminus est. quæ si substantialis forma fuerit &  
mutatio acquiratur: terminatiue generari dicitur. & si deperdatur:  
subiecti dicitur corrūpi. Si dimensio maior fuerit, dicitur augeri ter  
minatiue. si minor: diminui. si fuerit qualitas: alterari. si la  
tatio, ferri. Et reuera terminatiue generari, corrūpi, augeri,  
minui, alterari & terminatiue ferri: nihil aliud est quā gñatio,  
corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, & latio.  
quarum quælibet, quidā terminus est & forma. ¶ Quid 79  
mutatur completiue? Totum mutatione acquisitum aut  
deperditum, vt ignis qui gignitur aut corrumpitur: com



pletiuè gigni corrumpive dicitur. nec iniuria. nam ipse ignis totum, & completū est. Itidem tota & completa: cōpletuè augeri, minui, alterari, & ferri dicuntur. Ex his manifestū euadit: formā dum acquiritur, deperditurve, materix comparatam: subiectiuā mutationē dici debere. Nam materix est vt subiecti. & ad seipsam relatā: mutationē terminatiuā. Nam ipsamet, ipsa forma, atq; terminus est. Et ad totum ipsum: mutationē cōpletiuā. nā totius est vt cōpleti. Epi. Dicitur igitur (vt arbitror) mutatio subiectiua: hoc est mutatio subiecti. & mutatio terminatiua: mutatio termini. & mutatio cōpletiua mutatio totius & completi. One. Omnino. sicut Euandrius ensis dicitur ensis Euandri. 30 ¶ Quid mouet per se? qd' motu qui in eo est mouet. Epi. An dicis in eo vt in subiecto? One. Aio. vt quod in se generationē habet: per se generat. quod corruptionē: per se corrumpitur. quod augmentationē: augetur. quod diminutionē: diminuitur. quod alterationē: alteratur. & quod in se lationem, per se fertur. Et quod etiā in se vt in toto generationē aut corruptionē habet: etiā per se aut generari, aut corrumpi dicitur. Epi. Completuè vt arbitror. One. Res 81 tē quidem. & materiam omnifariam, modisq; omnibus subiectiuè. ¶ Quid mouetur per accidēs: quod nō à motu qui in eo est, sed alterius moueri dicitur, quemadmodum cum tu augeris: illa augmentatio minime in tuo colore existit: sed in materia. cuius quidem augmentatione: color ille pariter augeri, maiorq; fieri dicitur. ideoq; accrescit augeturq; per accidens. nam non augmentatione quæ sit in ipso: sed alterius materix videlicet. Et cum te de loco in locum transfers: omnia quæ in te sunt, moueri dicuntur. vt anima, vt accidentia, non motu quidem qui in ipsis sit: sed qui in tua sit materia, ideo tua materia, per se 82 mouetur. cætera verò quæ in te sunt: per accidēs. ¶ Quid motus acquisitiuus: est quo aliquid acquiritur. vt in generatione substantia, in augmentatione quantitas, in acquisitiua alteratione qualitas, & in mutatione secundum locum. 83 cūlatio. ¶ Quid motus deperdituus: est quo aliquid deperditur. vt in corruptione: substantia. in diminutione: quantitas, in deperditua alteratione: qualitas, & in mutatio,

ne secundū locū:latio. ¶ Quid motus naturalis? est qui rei 84  
 cui inest cōuenire natus sit, vt condensatio, frige factio, &  
 motus deorsum: terræ. ¶ Quid violētus? qui rei cui inest 85  
 discōuenire natus est, cōtrāq; eius naturā est, vt rarefactio,  
 calefactio, & motus sursum: terræ. ¶ Et cū oīm & actū 86  
 & formarū tam substantialiū quā accidentalīū materia  
 ad suscipiendū sit indifferens, & quantū ex parte sui indif  
 ferenter sese habens; omnis conuenientia & discōuenien  
 tia, naturale & violentū; à forma sunt perquirenda, ita vt  
 ea cōuenientia, naturalia, & secundū naturā dicantur: quæ  
 formæ cōuenire nata sunt, eamq; saluare, & ea discōueniē  
 tia, violenta, præterq; naturam: quæ ipsi disconuenire na  
 ta sint, eamq; labefactare ac expellere. Epi. Iudicas ergo ni  
 hil à materia cēferi debere: aut naturale, aut violētū. One.  
 Nihil. ¶ Quid indifferens? qui neq; oīno conuenire, neq; 87  
 disconuenire natus est, vt lateralis flatuum motus. Res em̃  
 naturales quæ recto tramite agitari natæ sunt; si obstaculū  
 offendant, quo se minus in rectum agitare valeant, ad la  
 tus sese deuoluunt, vt graua ad latus deorsum, & leuia al  
 trorsus & ad latus sursum. Et quia motus & quies oppo  
 sita sunt: & Peripatetici, oppositi naturam per suū opposi  
 tum perquirunt, nos quietes per suos oppositos motus  
 peruestigabimus hoc pacto. ¶ Quid quies? priuatio mo 88  
 tus in subiecto nato, quando vbi moueri natum est, quæ  
 quando est priuatio generationis: quies generationis di  
 citur, & quando corruptionis: quies à corruptione, quan  
 do augmentationis: quies ab augmentatione, quando di  
 minutionis: à diminutione, quando alterationis: ab alter  
 ratione, & quando lationis: quies à latione. Quæ quando  
 subiectum & materia respicitur: quies subiectiua nunc  
 patur, quando forma: terminata, & quando totum: com  
 pletiuua. Et sicut mutatio semper pro forma atq; actu acci  
 pitur: nunc ad subiectum, nunc ad se, nunc ad totum re  
 lata, ita quies semper pro subiecto: nunc ad se, nunc ad for  
 mam, nunc ad totum relato. Epi. Sentire ergo debeo  
 idem esse subiectiuum motum, terminatiuum, & comple  
 tiuum. Idem & esse idem: quietem subiectiuam, & com  
 pletiuam. One. Subiecto videlicet atq; essentia, sunt tam

Diuisio  
 quietis p  
 analogiā  
 motus.

hæc tamen quam illa: ratione tria. Et quando est priuatio alicuius per se: quiescit per se. quando verò alicuius priuatio, motus per accidens fuerit: quiescit per accidens, & quando est priuatio motus acquisitiui: quiescit à motu acquisitiuo. & quādo deperditui: à deperdituo atq; abiectiuo.

89 ¶ Sed quies naturalis ea est: quæ rei quiescenti conuenit,  
90 eamq; saluat. vt terræ quies deorsum. ¶ Et violenta dicitur, quæ rei quiescenti disconuenire nata sit, vt terræ quies sursum. Indifferentem tamen haud multum dicere cōsueuimus. verum ipsa esset: quæ neq; omnino conuenire neq; disconuenire nata esset. Hæc pro tua qualicunq; in circulo motus introductione, satis esse puto. nisi aliud tibi minus detectum fuisse videatur. Epi. Nihil. One. Nos igitur transferamus ad infiniti circulum.

91 ¶ Ta expediēdus nobis erit infiniti circulus. ¶ Quid infinitū primo: est quicquid nō est quātū. vt mēs, punctus.

92 ¶ Et interpretat̃: nō finitū, nō quātū. ¶ Quid infinitū secūdo: vides notulā illā nigrā instar spherulæ? Epi. Equidem. One. Nobis insinuat id cui adiūgitur, in nostro sensibiliū circulo reperiri non posse. nos itaq; quæstioni, quæ quæritur quid infinitum secūdo: ita satisfacturi sumus. Si quæritur quid rei: nihil est. nā vt diximus esse non potest. vt in paraphrasi demonstratione perspicuū euadet. Si quid nominis: est quantum transitum habens sed incōsummabilem. vt si aliqua linea extremis & diuisibilibus & indiuisibilibus careret. diuisibilibus quidem: vt si nullum dā dum esset eius primum pedaneum, aut vltimum, aut pars altera quæcunq; determinatæ quātūtat̃is. Indiuisibilibus verò vt pūctis: linea hæc hoc secundo modo esset infinita & semper transitum haberet sed inconsummabilē. vt quæ nūquam tota posset esse pertransita. & ita de discretorum multitudine, cuius nulla vnquā prima dari posset vnitas aut vltima. illa siquidem numerando esset impertransibilis  
93 & hoc secūdo modo infinita. ¶ Quo pacto diducitur infinitū secūdo: in infinitū magnitudine & multitudine.  
94 ¶ Quid infinitū magnitudine: est quod suæ magnitudinis caret extremis: vt linea quæ suæ longitudinis careret extremis: diceretur infinita. & superficies infinita, quæ suæ



longitudinis & latitudinis, & corpus infinitum: quod par  
 riter longitudinis, latitudinis, & spissitudinis extremos  
 rum esset expers. ¶ Quid infinitum multitudine: est quod 95  
 suæ quidem discretæ, diuisæq; multitudinis caret extre  
 mis. Discrete quidem appositum est: ad multitudinem par  
 tium continui adinvicem continuatarum excludendâ. &  
 hæc diffinitiones quid nominis sunt. ¶ Quomodo interpre 96  
 tatur infinitum secundo: infinitum actu. ¶ Quid infinitum 97  
 tertio: est spacium cuius cum pars vna pertransita sit: non  
 dum totum pertransitum est. vt si proficisceris Romam:  
 & postquâ Mediolanum peruenisses aut aliquid aliud: ali  
 quis te percõtaretur, fili (cum tu petas Romam) an tuum  
 iter & susceptum spacium iam finitum sit, an infinitum: respo  
 deres infinitum: & bene quidẽ hoc tertio modo. ¶ Quid 98  
 infinitum quarto: est quod cum transibile sit: difficilem ta  
 men habet transitum. magnitudine: vt orientis & occiden  
 tis intercapedo. & multitudine: vt multitudo capillorum  
 tuorum numerando. ¶ Quid infinitum quinto: est cui 99  
 semper additio, subtractiove fieri potest. vt cuilibet conti  
 nuui numero semper additio fieri potest: superatq; semper  
 aliquid addendum. Et cuilibet continuo semper fieri pos  
 test subtractio: semperq; relinquitur aliquid subtrahendum.  
 Idcirco quodlibet continuum & cõtinui multitudo: hoc  
 quinto modo cognoscitur infinita. ¶ Quo pacto diduci 100  
 tur: in infinitum additione: cui semper aliquid superat ad  
 dendum. vt multitudo continui, & tempus. & infinitum  
 subtractione: cui semper aliquid relinquitur demendum.  
 ¶ Quo modo interpretatur subtractio: diuisio. ¶ Quo 101  
 modo infinitum quinto: infinitum potentia. Et cum infi 102  
 niti quinque sint modi, & significationes: duarum tamen,  
 secundæ & quintæ philosophorũ præcipua cura est. Epi.  
 Quæ infi Memini me aliàs audiuisse. vt infinitum categorematicum  
 niti accer & syncategorematicum: & infiniti syncategorematici mul  
 tiplices ad triplices, variosq; modos. One. Fili mitte sophistas suas, &  
 philoso philosophis suas. quas dicis: sophisticæ sunt aptæ, philo  
 phiâ spe: saphicæ parum. Et contra: quæ philosophicæ sunt aptæ:  
 Etant. perparum sophisticæ prosunt. Sed sine ad circulum loci  
 veniamus. Epi. Sino.

103

**Q**uid locus? Ita respondendum est. Locus est extrinsecus terminus corporis alterum continens. Additum est extrinsecus, non quidem corpori continenti sed contento: quod et si contenti superficies circumdans, ipsum contineat (ut te tux cuticulæ superficies extrema) ea tamen eius locus non est: quia ipsi contento non terminus extrinsecus, sed potius intrinsecus existat.

104 ¶ Et diducitur locus in locum communem & proprium.

105 ¶ Quid locus communis? est qui multa continet: quibus immediatus non est, ut cæli lunæ concavum: aerem, aquam, terram, & ex his cōtemperata continet, quibus immediatus

106 tum non est, & eorum locus communis dicitur. ¶ Quid locus proprius? est terminus corporis continentis contento immediatus, ut concavum lunæ: ignis locus est proprius.

Nam est terminus & extremum cæli ignem continentis, & igni immediatum. Nam inter cæli lunæ concavum & ignis conuexum: nullum omnino intercipitur, interhiatque

107 mediū. ¶ Quid terminū hic vocamus? corporis superficiē concavam. Corporum enim cōtinentium superficies dux

108 sunt: concava videlicet & conuexa. ¶ Quid concava? est corporis continentis interior vltima. ¶ Quid conuexa? ea

109 est quæ est corporis omnium circūdans vltima. Vidisti ut arbitror rotūdum vitreum pomum. Epi. Et plerūq; habui.

One. Cum plenum est aqua aut pigmentario aliquo liquore, illa eius interior superficies, quæ liquorem illum

contingit: concava est. illa verò cui manum admoues, quamq; tāgis: conuexa. Epi. Nec hæc mihi captu difficilia

110 sunt. One. ¶ Quid locus naturalis? est in quo res naturales natura quiescunt, ut ignis in cæli lunæ concavo, aer in

concavo ignis, aqua in concavo aeris: & terra in concavo aquæ. Et solum hic rerum naturalium naturalem locum

diffinimus. Sunt enim singula secundum subiectam materiam passim expetenda. ¶ In quo loco res naturales natura quiescunt: in eo natura quiescunt: in quo saluari, cō-

111 seruarique natæ sunt. ¶ Quid locus violentus? est in quo res naturalis minime natura quiescit, ut locus sursum, ut lentus,

cæli & ignis concavum: locus violentus esset & aquæ & terræ. Nam in eo minime natura quiesceret. Verum vna

Quid superficies  
concava,  
Quid cō  
uexa.

Quid locus  
naturalis.

Quid vio

quæq; res naturalis: vbi saluari, cōseruariq; nata est, natura quiescit. An plura de hoc loci circulo requis? Epi. Abunde dictū esse puto. One. Vacuū igitur transigamus.

Quid vacuum,

**Q**uid vacuum primo? si quærat quid rei: nihil est. si quid nominis: responsionem adhibemus, quod sit locus non repletus corpore: natus repleti. Corpus hic corpoream substantiam dimensionibus præditam: longitudine scilicet, latitudine & profunditate intelligimus. Si itaq; effingas omnes nostri cōcaui corporeas substantias in non esse redigi, aut ab ipsis dimensiones auferri: tunc illa cœli cōcaua superficies inter cuius latera nō interiacet corpus, dimensāve substantia vlla, vacua esse hoc primo modo ficta est. neq; vacuū esse intēdimus, quod omni substantia, omniq; plenitudine vacet. Nam infinita illa plenitudo (quā Pythagorici volunt esse infinitam plenitudinis substantiæ sphaerā: cuius centrū sit vbicq; & circumferentia nusquā) excludi nuncp̄ potest. Epi. Si igit mea substantia manente: à me subtraheretur dimēssiones: velles tunc eum (qui mihi nunc locus est) esse vacuum: tamen si mea substantia superficiem illam repleret? One. Scilicet. Dum tamen aeris te continentis latera se non cōiungerent. Epi. An se coniungerent? One. Procul dubio. Nam tu amplius non occupares, neq; obstaculo illis aeris dimensionibus vllō pacto esses: quo minus se coniungerent, & simul, vnaq; tecū replerent. ¶ Quo pacto interpre

Quid vacuum secundo,

tatur vacuum primo? vacuum priuatione: nō quidem cuiuslibet omnino, sed corporis dimensi. ¶ Quod vacuum secundo? si quærat quid rei: nihil est. Si quid nominis: dimēssio est corpora intra se nō cedendo recipiens. vt si intelligas vnā dimensionem: longitudinem scilicet latitudinē & spissitudinē nostrum sensibilem concauum replentem, quæ non cedēs corporibus, ipsa intra se recipiat, & tantū suarum dimensionum simul cum corporū dimēssionibus, quantæ ipsæ corporum dimensiones fuerint, semper ha-

Quid vacuum tertio,

beat: talis dimēssio, vacuū secūdo diceretur. ¶ Quomodo interpretatur vacuū secundo? spacio separātū. ¶ Quod vacuum tertio? quid rei: nihil est. si quid nominis: est quod corporibus immersum, plenū est. ¶ Quo pacto diducitur, in



vacuū tertio priuatione: & quod quidem esset quedam parua vacua, inania corpore, nata repleti, & in vacuū tertio diuisione: & hoc quidem esset parue dimensiones corporibus immerse: aduenientibus corporibus non cedentes. An aliud quicquid de vacuo desideras? Epi. Nihil. Sed dicta modo: mēte reuoluo, quo singula rectius intelligā, & firmitus teneā. One. Vltimus igitur superest labor: Circulū scilicet tēporis tibi declarare. Epi. Superest. One. Ordiamur ergo hunc in modum ipsum tibi recludere.

118

**Q**uid tempus? Epi. Me interrogas? One. Interrogo. ego hunc circulū te interrogando absoluiam. Epi. Respondeo igit tempus numerū esse primū motus: secundum prius & posterius. ¶ One. Vt annus numerus est mensium, & mēsis numerus dierum, & dies numerus horarum priorum & posteriorū. Quem primum motum vocamus? Epi. Motum primū mobilis. One. Verum ais. Et primū mobile: vltima supremaque mo-

119

bilis sphaera est. ¶ Quo ordine sita sunt mobilia: semper à propinquiioribus nobis ad remotiora procedendo? Epi. Hoc ordine. Terra, aqua, aer, ignis, cœlum lunæ, cœlum mercurij, cœlū veneris, cœlum solis, cœlum martis, cœlū iouis, cœlū saturni, firmamentū, & primū mobile. One. Vides ergo primū mobile omnium mobilium esse supremū: quod & tu numerādo fecisti vltimū: ipsum tñ natura, per-

120

fectione, & dignitate omnium primū est. ¶ Sed quo motu mutatur hoc primū mobile? nūquid gignitur, corrumpitur, augetur, minuitur alteraturve? Epi. Non mihi de illis videtur intelligi debere. verum de eo motu qui latior est.

One. De eo scilicet: & quem motum, circulationem nūcupamus. Sed vbi est ille motus? Epi. In primo mobili vt arbitror. One. Vbinam ergo? quandoquidem omnis motus in suo sit mobili: & sicut vox ī aere? Epi. hoc modo. One. voxne aeri cui inest coextensa est: quemadmodū albedo parietī? Epi. Hūc in modum. One. Per accidens videlicet quia non extensione quę in ipsa sit: sed sui subiecti. Quanta vox, quātāque parietis albedo? Epi. Quantum aer cui vox

Quoddā tēp  
adeſt: & quantus paries cui adest, adhærētque albedo, pus ē cōpō  
121 One. Per accidens tamen. ¶ Quātum ergo tempus? Epi. p accidēs

Respondendum mihi est: quantū primū mobile cui inest, sed addo sicut & tu, per accidēs. One. Cautius respōdisti. ¶ Habētne dimensio extensionem? Epi. Suapte natura. 112 One. Et albedo intensio? Epi. Cōsimiliter. One. Et latio successionem? Epi. Idētidem. One. Animaduerte igitur, quod in quātitate extensio est: in qualitate est intensio, & in latione successio. An quātitas vt dimensio suapte natura extensionē habeat? Epi. Iā diximus ita esse. One. An suapte natura intensio & successionē? Epi. Minime. One. An qualitas vt albedo suapte natura intensioē habeat? Epi. Falsi sumus. One. An suapte natura extensionem aut successionē? Epi. Non: nisi per accidens. One. Rationabiliter loqueris: diuisibilisne albedo secundū intensioē? Epi. Maxime. vt mea fert opinio. One. Sane mōdes, partes ergo secundū intensioē habet. Sed quas eas vocas? Epi. Nescio: nisi vt tu modo. One. Et gradus & partes intensiois eas nūcupamus. cōsidera igitur quot diuisiones, parietis albedo recipiat. Epi. Duas vt puto: vnā videlicet secundū partes extēssionis, ad sui subiecti & dimēssionis (cui adiungitur) diuisionē ei impropriad & accidentariā: alterā verò secundū intensiois partes ei quidē propriam, per se, suæq; naturæ accōmodam. One. Peritius quā ipse expectabam respondisti. cōsidera igitur vt ita apte de tēpore respondeas: quot diuisionibus secetur. Epi. Cōsimiliter duabus. vna secundū extēssionis partes: ad sui subiecti & dimēssionis (cui coniūgitur) diuisionem: quæ temporali impropria & per accidēs est. altera verò secundū successionis partes ei ppria, per se, eiusq; naturæ accōmoda. One. Optime. & harum diuisionum prima: primæ albedinis diuisioni respōdet. & secūda, secundæ. ¶ Sed age dic mihi, 113 duo vnus dimensionis pedalia partēsne dimensionis vocas? Epi. Voco. One. Et omnes vocant. Sed nunquid possunt secundum extensionem simul esse? Epi. Non. One. Nam se occuparent. quod minime natura finit: tamen illa duo pedalia simul esse possunt secundum successionē. Epi. Possunt. One. Nunquid primæ lationis: successionis partes, simul esse possunt secundum successionem? Epi. Non vt mihi videt; sed vna semper prius est; & altera postenius

Quodd tēpus bifariā diuiditur.

semperq; priori succedens. One. Hinc merito successionis partes appellari videntur. & diximus quod in quantitate partes tō vt dimensione extēſio est: in latione ſucceſſio nominatur. poris ſecū Epi. Diximus. One. In analogia videlicet & proportionē. dū ſucceſſio ideo quāta pugnātia eſt duo pedalia ſecundū extensionē ſionem ſi ſimul eſſe: tanta eſt duas ſucceſſiōis partes, vt duas horas, mul eē nō aut duo minuta: ſecundū ſucceſſionē ſimul eſſe. & ſicut ſi poſſe. duo pedanea ſimul eſſent ſecundū extensionē: non plus cōtinerent, occuparēt atq; replerent quā vnū pedaneū. Ita quoq; duæ horæ ſimul ſecundū ſucceſſionē: non plus atq; vna hora durarēt. De partibus aut extensionis ſecus

124 euenit. Nā bene ſimul ſunt ſecundū ſucceſſionem. Epi. Et loqueris de partibus extensionis primæ lationis? One. Loquor equidem. ſed procedamus vltērius. ¶ Quem numerum partium primi motus arbitraris eſſe tēpus, an primæ diuiſionis, partium videlicet ſecundū dimensionem ſumptarū, an potius ſecundæ & partium ſuccedentium: quas ſucceſſionis partes nuncupauimus? Epi. Secundæ profeſſo. quæ ipſi & propria per ſe, ſecundumq; eius naturam exiſtit. One. Ideo pulchrē in diſſinitione adiectum eſt: ſecundū prius & poſterius. ad diſcrimen numeri partium extēſiones & ſecundum dimensionem ſumptarum: latio ni impropriarum, & ſecundū alterum conuenientiū. Epi. Pulchrē adiectum eſt. & videor mihi plane intelligere: diſſinitionisq; intellectum hunc haberi. tempus numerus eſt primi motus ſecundum ſucceſſionis partes ſumptus.

125 One. Sane admodum. ¶ Quid præſens primo? Epi. Eſt Quid præſens primo? impartibile: præteritum futuro connectens. One. Quem admodum medium punctum in linea partem extensionis priorem linæ coniungit & poſteriorem: ita id impartibile (quod nobis adiacet) temporis ſucceſſionis partes. priorem ſcilicet & poſteriorem ſimul neſcit, quarum quidē partium tempus prius diximus eſſe numerum: & id impartibile præſens primo nuncupamus. ¶ Quomodo

126 interpretaberis præſens primo? Epi. Nunc, inſtans, adiacens. One. ¶ Quid præſens ſecundo? Epi. Eſt tempus à di Quid præſens ſecundo? ſo impartibili vtrinq; non multum diſtans. One. Vt hora ſens ſed o vt minutum, & præſens hoc ſecundo modo temporis no



men est: primo autem modo non. ¶ Quomodo interpretatur præsens secundo? Epi. Nunc. One. Est enim nunc homonymum ut præsens: modo impartibile, modo tempus

Quid præteritum. significans. ¶ Quid præteritum? Epi. Est temporis præsens pars prior. One. ¶ Quid futurum? Epi. Est temporis præsens pars posterior. One. Id profecto temporis præsens, quod nunc & impartibile nobis adiacens antecedit: præteritum dicitur, & temporis præsens pars prior. & quod idem nunc & impartibile, præsens temporis sequitur: futurum dicitur. & temporis præsens pars posterior. ¶ Te id tamen aduertere licet, bifariam dici & præteritum, & futurum: actu videlicet & potentia. & præteritum actu & futurum actu, nunc distincta sunt: & sunt, quæadmodum pars cuius sunt partes. Epi.

¶ Habentne ergo præsens suas successionis partes simul? quas prius simul esse posse negauimus. One. Habet similitudinem filii ut in toto: non autem simul secundum successionem quæadmodum aliqua dimensio: duo media ipsam constituentia simul ut in toto habet. non tamen illa simul habet secundum extensionem: sed extra se sunt. & se non occupantia: ita successionis partes præsens secundum successionem extra se sunt: & quasi se non occupantes. Epi. Rectè iam concipio: aperiri modo quid præteritum potentia. quidve potentia futurum.

Quid præteritum potentia. One. Omnino præteritum potentia tempus id dicimus: quod fuit & cuius nihil omnino est. ¶ Et id futurum potentia: quod erit, sed nihil eius adhuc est. Epi. Et quid? si concipero totum tempus: tuo natali ad nunc usque: quod nobis adiacet.

Quid futurum potentia. One. Tempus id non omnino præteritum actu, neque omnino præteritum potentia: sed ipsum dicere deberes partim actu & partim potentia præteritum. Epi. Intelligere videor. One. Finge tibi charissime fili unam lineam ante tuos oculos quietos & immobiliter stantes directe porrectam sine termino quidem à te perceptibili: hoc modo,



Visus tuus ex utraque parte in aliquo signo porrectæ lineæ

deficit: vt in A & B. Sitq; c in visus medio ab utroq; perce-  
 pti spacijs extremo æquidistans. ipsum c est vt præsens pri-  
 mo. A B, vt præsens secundo. C A, vt præteritum actu.  
 C B, vt actu futurum. A F, præteritum potentia. & B E,  
 potetia futurum. & si intelligas lineam moueri F versus  
 quousq; signum E perueniat ad punctum B lineæ oculi,  
 tunc B E fiet actu futurum: quod prius futurum erat po-  
 tentia. & A D potentia præteritum: quod prius erat actu  
 præteritum. Epi. Descriptionem intelligere videor. One.  
 Fili, si cōprehēdere posses: prompta dictorum de tempore  
 cognoscendorū analogia est: suam tamen Aristoteles assu-  
 gnaret in circulo. Epi. Haud satis intelligo. One. Nec cura  
 modo: sed sine nos procedere. ¶ Quæ sunt in tempore? Quod dī  
 Epi. Quæ mēsurantur tempore. One. ¶ Quæ sunt ea quæ uerso mō  
 mensurantur tempore? Epi. Ea ipsa sunt quæ incipiunt & res sint in  
 desinunt in tempore: aut quorum ipsum tempus duratio tempore,  
 est. Oneropo. Vt res sensibiles & rerum sensibiliū mo-  
 tus incipiunt ac desinunt in tempore: & orbū cœlestium,  
 suorumq; motuum tempus duratio & mensura est. Idcir-  
 co hæc omnia & sunt in tēpore, & mensurantur tempore:  
 hæc quidem vt mensura æquante, illa uerò vt mensura su-  
 perante. Epi. Vis ergo omnium & cœli, & terræ & sensi-  
 bilium durationem esse tempus: quod tamē extra terram  
 & sensibilia omnia existit. One. Dictorū omnium omnisq;  
 corporeæ substantiæ: soli primo mobili intrinseca dura-  
 tio, cæteris autem omnibus, extrinseca. Quemadmodum  
 tua dimensio tuæ materiæ, coloris, caloris, & reliquorum  
 tuorum sensibiliū accidentium extensio est: soli tuæ mate-  
 riæ intrinseca. Nam soli materiæ inest: cæteris autē extrin-  
 seca est. Epi. ¶ Sed an omnia sint in tempore? One. Mul-  
 tum dī fili refert. sicut non omnia dimēsa sunt extensione,  
 sed meministi nos dimensiones rebus ad occupādum &  
 desecandum additas esse dixisse? Epi. Memini. One. Et di-  
 mensiones replentiæ impedimento esse. & quæ à dimen-  
 sionum conditione & natura recederent: magis replere,  
 magisq; plena esse? Epi. Et hoc memini. One. Quia vnā di-  
 mensio cum alia dtensione simul esse nō potest. Epi. Se-  
 cundum extensionē uidelicet. One. ¶ Neq; vna successio

simul cum altera secundum successionem. ut dies hesternā  
 Manudu simul cum hodierna nullo ingenio esse potest. Epi. veriss  
 Etio à tpe mum est. One. Tota igitur tēporalis duratio simul esse nō  
 ad æterni potest: aut alicuius tēporis dux simul medietates. ut neq  
 tatem, dux simul corporis medietates. Epi. Verū. One. Corpor  
 ris scilicet secundum extensionem: & temporis secūdu  
 successionem. Impedit igitur tempus durationē: perinde  
 atq; corpus replentiam. Epipo. Videtur. One. ¶ Videturq; 139  
 tempus rebus concessum: quo ipsarum vna duratio ita  
 occupet: ut alteram secum nunq̄ admittat, utq; secetur in  
 partes ut in annos, menses, dies, horas, minuta: quemad  
 modum omnis dimensio in infinitum secabilis est. Epi.  
 Omnino. One. Ad durādum ergo successio & tempus mi  
 nime requirūtur, ut neq; ad replendum dimensio. Epi. Mi  
 nime requiruntur. One. Nonne ergo quorū duratio à suc  
 cessionis & temporis cōditione & natura recedit: magis  
 durabunt: quādoquidem successio & tēpus durationem  
 impediāt. Epi. Videtur: ut de luminū replentia & dimen  
 sione. One. Et si magis adhuc recedūt: magis suapte natu  
 ra durabunt. Epi. Magis. One. Et si in infinitū duratio illa  
 à successionis & tēporis natura & conditione (quæ dura  
 tionis ut diximus impedimēto, obstaculoq; sunt) recedit,  
 euaditq; semota. Epi. In infinitum durabit. One. Enimu  
 ro omnem durationem continebit. & cuilibet durationi  
 semper aderit: neq; vlla duratione cōtineri poterit. ut neq;  
 infinita plenitudo dimensionis: neq; ab vlla excludi vnq̄.  
 & amice si scire cupis ( & cupis ut arbitror ) quæ ea sint  
 entia, sua duratione à successionē & tempore recedentia:  
 sunt illa beata, & supramundana entia, quorum duratio  
 & æuum, sic se ad nostram temporaneam durationem ha  
 bet sicut sua plenitudo ad nostrā dimensam & corpoream  
 plenitudinem. & id quod in infinitum ab omni successio  
 ne, tēpore, & æuo, semotum recedit: Deus ipse est, omnis  
 æui, successionis, & temporis fons & origo, infinita durat  
 ionis immensitas, & æternitas. cui omnia & præterita &  
 futura præsentia sunt. ut omni dimensionis præsens adest:  
 qui nulla duratione, aut tempore, aut æuo contineri pos  
 test: neq; à quoq̄ excludi. cuius quidem infinitā sempitern



nitatem, res caducæ & sensibiles in hac paucula (quã vis des) temporalis durationis functione, imitantur. Et cœlestes corporeæ substantiæ in toto tempore, totaq; temporis successione. & entia illa beata, & supramundana in toto super temporalis æuo: maiore æternitatis similitudine. Epi. Gratissima sunt hæc: sed quæ nõ facillime infirmus (vt de plenitudine diximus) capiat mentis obtutus. One. Gratissima fili: & ad quæ & altiora multo nostræ philosophiæ contendit conatus. Sed hæc nunc pro tua mediocri introductione satis esse videntur. Tu hæc interim digere, & digesta memoriæ manda. Et cū voles abito: nisi quicquid tibi relictum est quærendum. Epi. Nihil omnino, ab eo & quæ mones memoriæ mandare curabo.

¶ Dialogi Physicæ introductionis, Finis.

### DIALOGI DIFFICILIVM PHYSICALIVM introductionis notæ.

¶ Analogia, certa rei ad rem proportio: quæ incerta certis probatur, à Platone mirifice inchoata, ab Aristotele cōpleta, multis ignota: & à plerisque philosophorum occultata.

¶ Proteus filius Oceani & Tethyos: vates maximus, nõ nisi coactus, victusq; volens ora veridica soluere. ¶ Milo Crotoniensis athleta fortissimus: qui nudæ manus ictu in certamine olympico taurum interfecit: stadio vno: spiritu retento portauit, quæ totum die illo comedit.

### DIALOGVS IACOBI FABRI STAPULENSIS difficilium Physicalium introductionis. Ætiorius. Enantius. Homophron. Neanius. Oneropolus.



Quam me humane hospitio susceptis O Homophron: Deo semper æternas gratias ago, habeoq; tibi & semper habebo gratiam. maiorem quidem semper habiturus, imò verò maximam: si priusquàm à tua domo recessero, & me mex domi recepero, ope tua Oneropolū videam. Ho. Non modo videas: sed & eius familiaritate vt voles vtaris, vir enim humanissimus est, & me, vt Hermeneū fratrem quidem

grandiorem natu, summa beneuolentia prosequitur & amat. Enan. O opportune. sed scis cur id tantopere optarim. quia si domum concessero: vix aliquādo ad vos sum rediturus. sic grandæua sum ætate. & me ad remotiora loca sæpius transferre defessa ætas non patitur. fragile mihi domicilium est: vt quod propediem mihi ruinā minetur, & quod vbi me transferendo sæpius agitare veluti valido perflatum vento statim illisum corrueret. Ho. Verum ais. ego & tu ð Enanti fragile & vetustate caducum corpus habemus. anima autem ipsa non senescit, nosq; corporis maleficio: & demolitione aliquando mori oportet. quando autem, nescimus: nisi quodd nos qui multos iam viximus annos: & veluti curretes vt spaciū transgimus: multos nobis non superesse cognoscimus, quos in futurum viuamus. Enan. Ita natura vult: & recta ratio iubet. Sed audi potius quid dicturus sim. In hac tam grādexua ætate non vidi, qui me maiore voluptate affecerit tuo filio. neq; id assentandi gratia dictum puta: quia eius pater sis, & eius probam indolem libenter audias. Ego propter ætatem ipsum accersens dixi. ð fili Neania ad me venias. planè dic mihi quæso si pulchrarū literarum ludo indulgeas: si ipsum colis. colo inquit. probè inquā facis: si hanc tuam pulchram iuuetam virtutibus & scientijs adornare conaris. sed quam disciplinarum inquam profiteris? an Grammaticam, Rhetoricam, Poëticam? quid? quadā benignitate respondit. In his ð Enanti non amplius versor: aliquādo sum versatus. meum siquidē nunc studium circa philosophiam intentum est. Ipsam vltèrius interrogo. ad singula modo quidē mirabili & mihi insueto pròptissime respondit. meq; suis responsionibus attonitum reddidit. Quod cū persensit puer, ð inquit Enanti: si Oneropolum præsens audias (præceptor nempe meus est Oneropolus) te in maiorem admirationem conuersurus est. Ex illa certe hora videndū Oneropoli validum & admirabile desiderium concepi. Turpe mihi videtur senem virum: puerum admirari. Siquidem admiratio ex ignorantia nascitur: eorū etiam quæ pueri mihi cognoscere videntur. Sed turpius suā ignorantiam ad sua sepulchra seruare, mihi visum est.

Puerū tñ fateor sum admiratus. Tu igitur cū Oneropolū cognoscas: maturemus gressum ad ipsum, vt & videam⁹, & pariter (vt pollicitus es) ipsum audiamus. Ho. Mature mus. Enā. Iube puerū vnā nobiscū venire. Ho. Heus Ne nia. Ne. Præsto assum pater. Ho. I celer, præcurre, nuncias Oneropolo me vnā cū amico hospite Enantio: nūc ipsum visitaturos. Ne. Nunciabo. Ho. Iā puer nunciauit, eccum Oneropolū egrediuntē hūc facie macilentū. One. O vos Homophron & Enāti gaudio me afficiis multo: & multū faciis vt amici: qñ ad hoc meum domiciliū vos cōuertitis. hxc mihi profecto animorū beneuolentia: nullo auro, nulloq; precio æstimāda est. Ho. Voluit te δ Oneropole Enantius videre, qui cum doctus sit: oēs doctos viros amat, atq; cum doctis libens conuersatur. One. Eū ipsum à multo tēpore itidē videre cupiebam. & tibi debeo gratiam referre: qui hunc ipsum ad me adduxeris: qui cū doctus sit: ab ipso poterimus aliquid obtinere. Enā. Qualem te absentē Homophron prædicabat: talē præsens intueor. Sed δ Oneropole nequaquā à me quicquā discere possis. Homophroni nuper narrabā, quo pacto puer qui te audierat: admiratione me pene stupidum & attonitum reddiderit. tanto magis id facturus es δ Oneropole: & me de ignorantia multorū liberaturus. Ho. Tu Oneropole nunc (vt putamus) alienis negocijs minime es occupat⁹. One. Neq; domesticis quidem, verum enimvero optabam aliquid huc aduētaturum, quo cum mutuos sermones agerem. Ho. Et nos itidem tecum conferre optamus. Obsequere igitur Enantio & mihi: & in tuo docendi genere aperias nonnulla, quæ Enantius summopere cognoscere desiderat. Neq; multum in accessorio sermone laborem⁹. Enan. Nos id efflagitamus: & nos huc hac de re venim⁹, gratificare igitur Homophroni. One. Quandoquidem ita vultis: non possum vobis nō morem gerere: modo id possim quod me rogatis. Sed camus intro: sunt subsellia quibus insideamus, quiescamusq;. Vos modos explicetis qua in re vobis gratificari queam. Enan. Si quantitatis naturam nobis aperueris, hinc à puero in admirationem sum adductus. One. Vt vtriq; ergo gratificer; à quantitas



Quantita  
tis pitio.  
Quantita  
tis conti  
nuæ diui  
sio.

tis aperienda natura hoc pacto sumamus exordium.

**Q**uantitatum hæc est cōtinua, hæc verò discreta. <sup>1</sup>  
Enan. Discretā nūc omittamus: & continua na  
turam prosequere. One. ¶ Continuarum hæc li  
nea, hæc superficies, hæc corpus, illa verò tēpus.  
Et lineā superficiē, & corpus dimensiones nuncupamus,  
quarū forte naturā prius audire desyderas. Enā. Id ipsum.  
Sed interroga puerū obsecro. in hoc vel gratificabere non  
parum Homophroni: cognoscetq; de filio me nimis vera  
locutū. Gratūmne tibi hoc factum putabis Homophron?  
Ho. Gratum. One. Dicage d Neania quādo tuo patri &  
Enatio gratum est. ¶ Cur dimensiones: vt longitudo, lati <sup>3</sup>  
tudo, & pfundū, rebus sint tributæ? Ne. Quo res ipse di  
mensæ sint: longæ, latæ, atq; profundæ, quo res occupent,  
distrahantur atq; secētur. vt albedo rebus tributa est: quo  
res albæ sint, & visu discernantur. One. Et si omnes ad di  
strahendum rebus sensibilibus concessæ sint: maxime o  
mnium corpus ad occupandum tributū esse videtur. Nā  
corpora nūq; sese occupare & simul esse: natura pmittit. <sup>4</sup>  
¶ Sed an si vnus sol in oriente situs laceret, & alter in oc  
cidente: an inquam vtriusq; lumen nostrū concavū offun  
deret? Ne. Vtriusq;. One. Etiam si lumina, collustrantia illa  
diuersarum essent naturarum? Ne. Etiam. One. Et vbicūq;  
in nostro concavo vnum illorum luminum adest: illic ad  
est, & alterum. Ne. Adest certe. quemadmodum per totā  
manum meā & vbiq; simul adest color & calor: & vbiq;  
in lacte cādor & dulcedo. One. Quo pacto id potius eue  
niat: quā de me & te? vt vbicūq; nostrum sit vnus: si  
mul alter nunquam esse possit? Ne. Non sine ratione. Nā  
lumina illa, color, calor, candor, dulcedo, & similia: neq;  
dimensiones sunt, neq; in se dimensiones habent. nos au  
tem dimensiones habemus. quæ cū se occupare nequeāt:  
nos simul esse posse minime permittunt. One. Sed quid  
replent lumina illa, calor, color, candor, & similia? Ne.  
Replent, & quidem suapte natura: at non occupāt. One.  
Et tua anima tuāq; potentia? Ne. Et hæc quidem. vt quan  
tum meæ dimensiones replent: tantum & mea anima, &  
mea potentia, & quæcūq; illis dimensionibus in me cō

iuncta sunt. neq; quidē hęc se occupāt. nā dimēſiones nō sunt. One. Dimensionibus ergo, vt repleāt, tibi non egere vidētur. Ne. Scilicet, quin potius officiunt, nocentq;. One. Sublatis ergo nostris dimēſionib⁹: Homophrō, Enātius, ego & tu simul idē replere possemus: vt vniuscuiusq; nostrū simul actus cū actū: & potētia cū potētia adesset. Ne. Nihil prohibet. nā nos non occuparemus, neq; alter alteri impedimēto esset: quominus simul esse possemus: vt neq; lumē lumini. One. Et censes (vt arbitror) quæ à natura dimēſionū & corporea mole recedunt: magis suapte natura replere. Ne. Censeo. nec ab re quidē, cū dimēſiones plenitudini & replētix obstaculo, præpedimētoq; sint. One. Et quæ magis à dimēſionū cōditione quàm lumina illa posita recederēt: magis vtiq; replerēt, Ne. Magis. One. At quæ neq; sua natura, neq; per alterū dimēſa sunt: magis à dimēſionū cōditione recedunt. Ne. Magis certe. One. Magis ergo replent. Ne. Fateor. One. Et si quid adhuc in infinitū magis à dimēſionū cōditione recederet quæ plenitudini, replētixq; officiunt. Ne. Id in infinitū repleret, imò id ipsum infinita plenitudo esset. One. Vides ergo chare Homophronis fili quàm facile sit cœlestes, supra mūdanasq; beatas intelligentias cœlos replere. quandoquidem hoc sensibile lumen tam facile nostrum concavum offundens: minus à dimēſionum cōditione, atq; natura recedat. vides rursū quomodo Deus omnīū rerū principīū: infinita sit plenitudo: omnia idcirco replens: quā neq; cœli & terra capiant, infra mundum totus existens: totus & extra, huncq; mundum factum in atomo. Ne. Haud hoc vltimum intelligo. One. Sux plenitudinis scilicet, hęc forte & similia, d Enanti à puero audiuisse potuisti: si hac de re ipsum tentaueris. Enā. Audiui equidem & alia. & semper modo mirabili: more tuo in fine aliquid diuinum conficiebat. ¶ Sed tu age, te aliquantulum de animi nostri plenitudine loquentem audiam. One. Vt tibi placet. Mihi siquidem videtur nostra anima magis suapte natura à dimēſionum natura & cōditione recedere: quàm bouis, leonis, aut cuiusquam alterius animalis anima: vt cui nihil vnquam distrahi; aut addi quicquam possit.

Ab infī  
ma plenī  
tudine ad  
summam  
subue  
ctio.

Coercetur tñ, contineturq; dimensionum finibus. Enan.  
 Quodd aia Magis recedere arbitror. One. ¶ Quodd non distrahit; hoc  
 ronalis cū habet q̄ cū superioribus mētibus cōuenit. quodd verò dū  
 supiorib⁹ mēfione coercetur, cōtineturq; qua cum inferioribus for  
 mētib⁹ & mis. Enā. Quid ais coercetur? One. Per accidēs videlicet,  
 cū inferio Nam nostra anima nostris dimēfionibus coniūgitur: par  
 ribus for tim sicut albedo, partim verò alio modo. Nam corpus di  
 mis cōue mensum informat, & sua plenitudo, suaq; repletia tanta  
 niat. est: quantū corpus ipsum, corporisq; dimensio. Et si cor  
 pus excrefcere quantūlibet intelligamus: ipsa nullo addi  
 to totū repletura est. & si quantūlibet minui: neq; plus mi  
 nusculo corpore replebit. extremēta tñ & decrementa: na  
 tura determinata sunt. habet igitur rōne dimensionū: vt  
 nō plus quā suū corpus (sue magnū sit, sue parū) re  
 pleat. Enā. Et diceret forte animā quātā per accidēs. One.  
 Nihil obstat: nam dimensionibus cōiūgitur: eiusq; dimē  
 fionibus arcetur atq; cōtinetur plenitudo. sed non defeca  
 tur, distrahiturq; (vt & cæteræ formæ) dimensionū distra  
 ctione. ¶ Sed si superior, supramundanaq; mentiū aliqua 7  
 sit in oriēte: totā ponemus esse in oriēte. nam partes nō ha  
 bet. Enan. Verū ais. One. Et in occidēte: totā in occidente.  
 & vbiq; fuerit: totam. Enā. Vbiq; fuerit: ponemus  
 totā. Sed quid tū? One. Et cū nostra aia cæterarū inferiorū  
 formarū: sit maxime vna (vt quæ partibus careat: quibus  
 strahi, diuelliq; possit) & ipsa vbiq; in nostro sit corpore:  
 ipsa tota erit in toto corpore & tota in qualibet corporis  
 parte. quēadmodū intelligentia: tota in toto cœlo, & tota  
 in qualibet cœli parte. Vt enim cœlū ad intelligentiam: ita  
 corpus hoc nostrū ad animā. hoc tamen interest, quodd su  
 pramūdana mens cœli dimēfionibus nō cōiūgitur, illis  
 nō coercetur aut cōtinetur. quod mens nostra suis cōiū  
 ctis dimēfionibus: sustinet & patitur. Enā. Videor cōcipere  
 re quomodo nostra anima: tota sit in toto corpore, totaq;  
 rursum in qualibet corporis parte. quod ad hanc vsque  
 ætatem elangui cognoscere. & me hac ignorantie ægri  
 tudine (fateor) pulchre soluisi. One. ¶ Sed quid de puris 8  
 eto? Enan. Tuum expecto iudicium. One. Perparum mi  
 hi replere videtur; sed potius esse repletie terminus.

Aiam rō  
 nalē eē to  
 tā in toto  
 & totā in  
 qualibet  
 corpis pte



Nam *linēx*: quæ longitudine tantū replet. *Enan*. Et mihi quidē ita videtur. *One*. Quod igitur horū magis plenum, magisq; replet: an punctus, linea, superficies an corpus? *Enā*. Corpus. *One*. Nā sua plenitudo tribus perfecta consistit: lōgitudine, latitudine, & p̄fundo, replet em̄ & sēcūdū longū, & latū, & p̄fundū. Deinde superficies, cuius plenitudo duobus cōtenta tantū lōgitudine & latitudine replet. mox linea: vno, sola lōgitudine replens. Et horum omnīū vltimū locum obtinet punctum: minime sua natura plenū. *Enan*. Ita videtur. *One*. ¶ Vtrū ergo illorum an punctū, an corpus: superioribus mentibus & animæ nostræ similis esse putas? *Enan*. Ego ratiocinatione tua huc adductus: corpus similis esse puto. Nam maxime dīmēnsionum plenum, replentiāq; habēs conclusisti. punctum autem omnium minime. mentes autem superiores & anima nostra: maxime plenæ. *One*. Ergo tibi videtur superiores mentes & animā, melius per corpus inuestigari posse & concipi: quam per punctum. Qui autem id per punctū efficere moliretur: tentaret id efficere: per id quod remotius est atq; dissimilius. *Enan*. Tentaret profecto, ideoq; id satius efficeret per corpus. *One*. ¶ Vides ergo quomodo nostra anima: superiorū & inferiorū media est. his affinis: quoddam materiæ coniuncta, dīmensionibus arceatur: cōtineaturq; illis verò: quoddam impers sit, nullas (vt & cœlestes formæ) quibus distrahatur partes habens: vinculum omnis & cœlestis & sensibilis creaturæ. *Enan*. Hæc mihi d̄ *One* ropole audire gratissimū est. ¶ Sed age si à nostro concavuo dīmensiones sublatas intelligamus (quod tamen fieri natura non posse nulli dubium est, in nulliusq; controuersiam venit) Quid tum: an nostrum concavum plenum, an vacuum putas? *Enan*. Et tu quid eo in casu sentires? *One*. Plenum: substantiā scilicet, vt materia & rerum formis. Nam à dīmensionibus plenitudinē, replentiāq; non habere confessi sumus. vacuū autem corpore dīmensio. *Enan*. Gaudeo hæc à te cognoscere. ¶ Sed tunc materia & rerū formæ nullo pacto occupant. *One*. Neq; villo pacto quidem distrahi, diuelliq; possunt, imò sicut dīmensio, rerum continuatio est: ita quoq; rerum distractio atq;

Materię à diuifio. Enan. Quo pacto igitur tūc materia totū nostrum  
 dimenfio concauū replens: à superiore fubftātia differet? & ei⁹ replen-  
 nibus fē: tia ab illius replētia? One. Longo interftitio. Nā ipfa femp  
 paratæ & dimenfionib⁹ coniungi nata eft, eas in fe recipere, earū fē:  
 fubftāriæ ctione fecari, & occupatione occupare. Intelligentiæ autē  
 fupioris & fuperiori fubftāriæ: nihil tale cōuenire potest, ficut neq;  
 difcrimē. alba, neq; nigra, calida, aut frigida vnquam efle potest.  
 Quod oī Enā. Nunquā fane. One. ¶ Vident ergo diuifio & partes: 13  
 mnis diui quātitatē fequi. Enan. Proculdubio. One. Sed hæc diuifio  
 fio quātis & hæ partes quātitatē difcretam, hæc rursus diuifio & hæ  
 tatem fē: partes vt diftra ctæ, difciffæq;: continuam. Quo fit vt fēpa-  
 quitur, ratæ eo quo poſuimus modo materiæ: hoc modo partes  
 nullæ ſint. Nam fecari, diuelliq; non potest. Enan. Difcre-  
 tam quantitatem alio loco determinandā poſtulauimus.  
 Sed tu modo dic obſecro: haberēt ne materia hoc modo  
 ſeparata, partes? One. Idcirco addidi hanc diuifionem,  
 hasq; partes: quantitatem difcretam fequi. Enan. Quo pa-  
 cto: non perpendo quid velis, perpēdis tu Homophron? Ho.  
 Haud adhuc Enā: ſed nobis clari⁹ aperiet. Fac nob  
 his ō Oneropole: claram huiusce rei intelligentiā. One.  
 Rem quæritis faciendam, ad quam graues ſcirpi, grauesq;  
 infurgūt difficultates. morē (tamen) geram (vt cūq; poter  
 ro) facere quod optatis. capio materiā dimenſam a b  
 inter nos & cœli concauum contentam: quam in quinq;  
 partes a, c, d, e, b, dimenſionis diuifione, intelligo diuiſibi-  
 lem. vocoq; materiā ſub dimenſione a: conſimiliter ma-  
 teriam a: & contentam ſub c materiā c. & ita deinceps.  
 manifeſtū eſt materiā a: nō eſſe materiā c. Nam ſimul  
 diftra ctione dimenſionis a diftra heretur ſeorſum à c. & pa-  
 ri ratione ſeorſum à d. quare materiā c non eſt materiā d.  
 & de reliquis idē ſubit iudiciū. Enā. Idem. One. Subtra-  
 ctæ ergo dimenſione à tota materiā a b, remanet tota mate-  
 ria a, c, d, e, b, totum nō occupando replens. Enan. Rema-  
 net. One. Remanet etiam materiā a & materiā c, & d, &  
 e, & b. & materiā a non eſt materiā c: neq; c materiā d. vt  
 neq; prius. Fieri enim nequit, vt quæ prius diuerſæ, diſtino-  
 ctæq; ſunt: vnquā fiant idem. Et de e, & b, idem ſubit iudi-  
 ciū. Enā. Proculdubio. One. Et partes illæ diuerſæ totam  
 materiā

materiam a, b, cōstituentes (vt diuerſe dimenſionis partes:  
 totā dimenſionē) diſſectionis, diſtractionisq; partes dici  
 nequeūt: vt quæ nullo pacto deſecari, diſtrahiq; valeant.  
 Enan. Rationabile videt. One. Partes igit, diuerſe diſcre-  
 tionis erūt, & ſecundū numerū ſumptæ. & diuiſio illa: ſ.  
 cundū quāritatē diſcretā intellecta. Enan. Oportet. One.  
 Intelligis ergo: cur prius dixerim hāc diuiſionē, hasq; par-  
 tes quāritatē diſcretā ſequi. Enā. Arbitror: utrūq; noſtrum  
 14 mediocriter cōiectare. ¶ Sed forte neuter noſtrum ſentit:  
 q̄s grauis ſcīpus, quæve grauis difficultas inde emergat.  
 One. Maxima proſecto, ſecretiſſima & latētiſſima: quō vi-  
 delicet vnū ſit multa. quā quidem ſophiſtæ, ſophiſtice tra-  
 ctāt: & philoſophi occulte, & pfunde. Enan. Apertius id  
 nobis intelligēdū cōmūte. One. Vt poſſum. id addubitat,  
 ne quēadmodum partes replentiæ materiæ, a, c, d, e, & b,  
 multę ſunt & diuerſe: tamenſi nūcūp dimenſionib⁹ ſubtra-  
 ctā, ſubiectāq; eſſet materia, an id plenitudini intelligētix,  
 & animæ cōpetat. vt ſi ſit corpus meū g h ſecundū dimen-  
 ſionē & materiā in quatuor partes g, h, i, k, diuiſibile: non  
 vobis dubiū eſt aliud mex potētix & materiæ eſſe ſub g,  
 aliud ſub h, aliud ſub i, & aliud ſub k, quatuorq; eſſe po-  
 tentiæ diuerſas replentiæ partes. Enan. Non dubiū. One.  
 Sed vobis dubiū eſt: an aliud animę ſit ſub g, aliud ſub h,  
 aliud ſub i, & aliud ſub k. Enā. Id nos angit. One. Sed qd  
 tandem vobis videtur. Enan. Mihi quidem ſic eſſe oport-  
 tere: quid aut Homophron ſentiat, nescio. Ho. Idē quoq;  
 One. Non igitur g, animæ eſt ſub h, neq; h, ſub i. Enan. ſic  
 eſt. One. Euanuit igitur ſuperior ſermo: n. q; id plane verū  
 eſt: noſtrā animā totā eſſe in toto corpore, totanq; in qua-  
 libet corporis parte. quemadmodum tamen ſupra cōfeſſi  
 fuimus: ſed tota erit in toto: & partes in partibus. imō cū  
 materia quædam ſit partium infinitas ex quibus conſtat:  
 ſimilibus tamē natura ( ſicut linea ex infinitis partialibus  
 conſtat lineis ) ita quoq; anima noſtra quædam erit par-  
 tium infinitas ex quibus ſuo modo ( vt materia ex ſuis )  
 ſubſiſtet. tamenſi cum dimenſione ( vt materiæ partes )  
 diſtrahibiles non ſint. quod ſi vobis abſurdum videtur:  
 neuter veſtrū rectē ſenſit. Enan. Neuter vt opinor. & nos




belle ad concessorum opposita deduxisti. Sed nunquid aliud & aliud repletiæ animæ nostræ esse oportet sub g, sub h, sub i, & sub k? One. Non, si vt oportet redarguti sumus. Enan. Ostēde ergo nobis si putes quomodo id non oporteat, & nos hac ignorantia libera. One. Graue onus imponitis, id tamen quomodo cūq; efficere moliar. Enan. Sat nobis erit. One. Rectēne dictū putatis: rerū omnium principium infinitam plenitudinem esse, omniaq; replere? Enan. Rectē. One. Et id ipsum vnum est. Enan. Imò maxime vnū. One. Quod autem maxime vnū est: fieri nequit vt partes vllas habeat. Nam iam potius multa esset: & nō ipsum maxime vnum. Enan. Effet. One. Et tamē eius plenitudo atq; repletiā adest parti materiæ a, & c, & d, & e, & b. quandoquidem infinita est: & omnibus adest. Enan. Adest proculdubio. One. Et tamen nō aliud & aliud plenitudinis eius & repletiæ. nā partes haberet. Enan. Sic est. One. Non igitur si alicuius plenitudo & repletiā alicui toti dimensio assit, oportet cuilibet dimensī mediārū tertiarum, aut quararū, aliud & aliud plenitudinis illius respondere. Enan. Non certē oportet. One. Et ita de intelligentia & nostra anima. quæ si secus replerent, diuersasq; numeri plenitudinis partes haberēt: quælibet essent quædam partium infinitas & potius infinita q̃ vnum. Enan. rectē dixisti nos in grauē vnus & multorum incidisse difficultatem. One. ¶ Grauis hæc fuit (nec immerito) Jan<sup>is</sup> 15  
 Parmenides. quorum philosophorū difficultas: vt Parmenidis Pythagorei, & Zenonis Heleatæ. vides ergo quomodo anima nostra sit punctum: corpus nostrū replens, & intelligentia punctum replens cælum. Deus autem punctum replens vniuersum. punctū autem, vbiq; in analogia. Enan. Effecti si quod postulabamus: reddistiq; nos tua respōsione contentos. graues quæ ex dictis emergere possent difficultates nunc missas faciamus: & aliqd leuius tractemus. One. Quidnā? Enan. Cum nobis de dimensione inciderit sermo: quam trimam posuisti, longitudinē, latitudinē, & profundum. Itidem lineam, superficiem & corpus: & punctū omnium videat̃ esse terminus: nobis gratificabere, si eius naturā explices. One. Sūm opere cuperem vobis obsequens

Parmenides.  
 Zeno.

do placere: & vobiscum conferendo veritatem inquirere. Sed forte  $\delta$  Enanti harum rerum longi temporis usus te fecit peritum, aut proprii ingenij excellens bonitas: aut ex aliorum libris (qui perquirendi studiosus es) iam optime didicisti, & solum nostrum dogma examinare tentas. Enan. Non ita est per amicitiam nostram  $\delta$  Oneropole. verum ubi ceteris meo more contrarius sum: ergo tecum vnâ & Homophron libenter concordamus. & ego id abs te promunere requiro: vt tuam depromas sententiam. Ho. Ego itidem requiro. One. Quandoquidem me serio requiritis: qualemcunque tamen meam depromam sententiam. hinc mihi aucupans exordium.

- 16 Continua, sunt quorum vltima sunt vnâ. Se tangens  
 17 tia vero: quorum vltima sunt simul. ¶ Punctum est  
 18 lineæ vltimum: cuius quidem pars nulla est. nam si  
 19 partes vllas punctum haberet: ipsum minime vlti-  
 timum esse posset. ¶ Et linea est superficiæ vltimum: lati-  
 tudinis expers. ¶ Superficies vero: corporis vltimum: spif-  
 19 situdinis, crassitudinisque expers. Puncti siquidem natura  
 est ad continuandum, terminandum & tangendum.  
 Continuat enim lineam: lineam terminat, inchoat atque  
 finit. Et lineæ aut in directum protrahæ vt a c, & c b:  
 aut angulum facientes: vt d e, & e f se tangunt in puncto.  
 Nam c vnus vltimum, & c vltimum alterius: simul sunt.  
 Itidem & e vnus: & e alterius. Lineæ verò natura est ad  
 continuandum, terminandum, tangendum, & distrahendu-  
 dum: vt qui secundum vnum secandi intervallum sectionem  
 recipiat. Enan. Ad continuandum scilicet superficiem.  
 superficiem terminandum, & quo se (seu in directum  
 protense seu ad angulum) superficies tangant. Id  
 te velle opinor. One. Id ipsum. Et superficies identidem  
 rebus accommodata videtur: quo corpus continuat, ter-  
 minet, tangat, quæ ve distrahatur. Nam duo sortita est se-  
 candi intervalla. Corporis autem officium atque natura:  
 non amplius continuare, terminare, aut esse tangendi me-  
 dium. sed eo opus est ad occupandum & distrahendum.  
 Enan. Ita mihi consonum videtur. Nam nihil corpore cõ-



tinuat: sed corporis media, & ceteræ partes oēs. superficie  
 continuatur. neq; corpus vllū, corporis terminus est. One.  
 Nā huiusmodi terminus: quiddā corporis vltimū esse debet.  
 quod nullū corp<sup>9</sup> esse pōt. Neq; corpora ad tangendū: vt  
 puncta, lineæ aut superficies, conducūt. nā simul esse non  
 possunt: vt quæ sese occuparet, quod natura nō finit. Enā.  
 Sic est. One. Ad occupandū autē cōducit corpus: vt quod  
 nunq̃ simul alterū corpus admittat. Et ad distrahendū:  
 q̃ triplex sortitū sit secādi iteruallū. Enā. ¶ Sed vtrā One <sup>20</sup>  
 ropole duarū vltimarū conditionū: corpori accommodatio  
 re, magisq; ppriā arbitraris? One. Ego reor occupationē,  
 nam omne corpus occupat: nō autē distrahit omne, vt co  
 leste. Sed dūtaxat distrahitur diuelliturq;: quæ fluxx po  
 tentiæ, simul vnāq; distrahibili addicta sunt. Enan. Ita mi  
 hi conijciebam. One. Sed putasne aliud esse magis accom  
 modū, magisq; propriū corporis officiū quā occupare:  
 simulq; cū altero corpore esse non posse? Enan. Quidnam  
 aliud? One. Rem facere esse corporeā. Nam id nunq̃ à cō  
 iuncto corpore separari potest, alterū autē potest: etsi nō na  
 turæ ingenio, atq; potestate. Enan. Quomodo hoc dicis?  
 One. ¶ Mens tua suapte natura nō occupat. Enan. Non <sup>21</sup>  
 occupat. One. Et tuū atq; meum corpus hoc pacto occu  
 pant. Enan. Vtrūq; hoc pacto. One. Et mens tua, & aīa iī  
 dem mea: per tuū & meum corpus occupat: ita vt tua aīa  
 simul cum mea: itidem replere non possit, neq; possit  
 simul esse. Enan. Per accidens videlicet: quandiu nostris  
 corporeis molibus coniunctæ, alligatæq; fuerint. One.  
 Et mens nostra magis à dimensionum conditione & na  
 tura recedit, & ad plenitudinis naturam accedit: q̃ dimē  
 sio à conditione & natura plenitudinis & repletæ. Enā.  
 Videſ. One. Nec iniuria. Nā corpus per seipsum plenum,  
 repletiamq; habet: animus autem noster non per se occu  
 pat. Enan. Haud dubium. One. Si igitur mens nostra ad  
 corpus sese haberet: vt nunc corpus ad ipsam sese habet:  
 sicut mens nostra nūc corporis conditionē, ita & corpus  
 tunc mentis sequeretur conditionē. Enan. Consentaneū  
 videtur. One. At nūc mens corporea obruta mole, per cor  
 pus occupat: datq; animæ corpus (vt ita dixerim) replen

Quid pro  
 prium cor  
 poris offi  
 cium.

Quod oc  
 cupatio  
 superna  
 turalit̃ pōt  
 abesse cor  
 poris.



tiā occupantē. Enā. Cōcessum est. One. Daret igit̃ tūc mēs  
 corpori plenitudinē atq; replentiā haud occupantē. ita vt  
 nihil obstaculo foret: quo minus vnā cū alijs corporibus  
 esse posset. Enā. Quā pulchre me deduxisti (quod & ego  
 diu in hac cana ætate deductus desyderauerā) ad cōtem-  
 plandū quō beatifica corpora haud occupēt: etsi dimensa  
 longa, lata, atq; profunda sint. & me nū hac tua gratia li-  
 berasti ignorantia. One. Per accidēs videlicet alterius con-  
 ditionē & nō suā quidē sequētia. sed vide quō euagati su-  
 mus: de pūcto disputaturi. Ridebit nos Homophrō: si lō-  
 gius pergere perseueremus. Enan. Feliciter quidē. optaret  
 etiā Homophron te longius euagaturū. sed qñ tibi placet  
 ad propositū reuertamur. ¶ Hoc tñ petito: cū & puncto, Quod sup  
 & lineæ, & superficie i terminare cōe sit, quod illorū perfe-  
 ctius, magisq; terminare statuemus. One. Sicut corpus ma-  
 gnitudinū perfecta est & oīs: suo ternario completa, perfe-  
 ctasq; cōsurgens (longitudine enim latitudine, & spissitu-  
 dine cōsurgit, præter quæ nulla magnitudo, nullumq; ses-  
 candi interuallū relictū est) ita superficies terminus perfe-  
 ctus est & omnis. suoq; ternario cōpletus perfectusq; con-  
 surgens: qui trinus est longi scilicet lati & profundī. At si  
 prosequi voles: nos tandem digredi coges. Enan. Haud  
 plura hac de re ampli⁹ sciscitor: ad nostrū relabor punctū.  
 One. Ipsum ad continuandū & terminandū & tangendū  
 aptū esse posuimus. Enan. Vtiq; & tametsi ipsum impers-  
 fit: indiuiduumq; diuisioni tñ aptū est. One. Nō sui scilicet  
 sed lineæ. nā linea, secundū punctum diuidua est. Enā. hoc  
 ipsum est quod me angit. quō lineæ videlicet secundū pun-  
 ctum partiatur: vt linea a b secundū punctum c. nam pro-  
 tinus diuisa, duo puncta sese offerūt vt puncta c & d, quæ  
 si simul in linea a b erant, proculdubio duo puncta in ea-  
 dem linea sibi inuicē proxima & immediata fuissent. & si  
 duo: cur non omnia, imō & infinita: abeatq; linea ex pun-  
 ctis conflata. One. Hoc siquidem impossibile. quādoquidē  
 dem punctum puncto aditū, nullam attollat magnitudi-  
 nē. Qui enī fieri possit, vt quod omnino extēsiōis expers  
 sit & immune, omnino extēsiōis experti additum, ali-  
 quam extēsiōem pareat. Enan. Nullo pacto. Id me rursus

vrget: quomodo diuisa linea iterum continuetur. nam capere nequeo vnum punctū ex duobus conflare posse continuando: vt neq; prius ex vno, duo conflatum iri diuidendo. quæ si manet in linea, postea q̄ recōtinua facta fuerit: iterū duo puncta in eadē linea simul erunt. eademq; mihi insurgit difficultas de linea cū superficiē diuido: & cū diuisam reuio. eademq; de superficie cū corpus diuido, diuisumq; reiuugo. Libera me si potes o Oneropole hac ambiguitate. One. Nō vtrinq; parua est o Enāti. enimvero eam puto: ex qua vniuersa de puncto, & philosophia pēdeat. Enā. Ea absoluta cōtentus abibo. One. Conabimur quōcunq; id efficere. Et statuamus nobis lineam a b in qua sit gnumus duo puncta terminātia & nō continuātia a b, & c mediū punctū cōtinuās: quod quidē lineā a c vt finis terminet: & lineā c b vt principiū. & lineas a c & c b copulet, vniat & continuet. vt quarū c vltima sit: re autem & subiecto vnū. Enan. Ratione scilicet multa. One. Hoc ipsum. nā rationū diuersitatē attendentes q̄ vnus sit finis & alteri⁹ principium: ipsum c vltima dicimus, attendentes autē rem ipsam & id quod est: ipsum dicimus vnū. Et si abs te sciscitor. an punctū a termin⁹ lineæ a c: alicui⁹ alteri⁹ lineæ non cōicantis sit terminus? Enā. Subduco nō. One. & tale punctum solū terminus est: & non cōtinuat. Enan. Planū est. One. Tale igit punctū & vnūquodq; cōsile: qd sic vnū lī neq; q̄ nullius alterius nō cōicantis termin⁹ sit, vocem⁹ pūctū actu, & solū terminans. Enā. Vocemus. One. Et punctū c, terminus est lineæ a c, & similiter terminus lineæ c b, & lineæ a c, & c b: nulla parte cōicant. & non modo earū terminus est: sed & eas cōtinuat. Enā. Hæc rata sunt. One.

Quid pūctū Tale igitur punctū & vnūquodq; cōsimile: quod diuersum potētia & continuans. Enan. Id rationabile est. One. Et cōtinuās, ita de linea & superficie actu & potētia, intelligamus. at tamen bifariam dicemus punctum in potētia. Primo. eodem modo qui dictus est: quod punctum potētia & cōtinuās nominamus. Secūdo, pūctum potētia dicemus quod nō est lineæ terminus: sed esse potest. quod punctum potētia & nondū continuans appellare possumus. Enan.

Possumus. One. Quod a puncto potètia primo in hoc dis-  
 stat: q̄ ipsum pūctū potètia priō: est & cōtinuat. pūctū autē  
 potètia secūdo, & nōdū cōtinuās, neq; est, neq; cōtinuat.  
 & ex his forte perquirem⁹ quæ desyderas: hoc modo. cū  
 diuidit̄ linea a b in pūcto c ipso qdē c manente: aut mane a c b  
 bit c solū versus a: aut solū versus b. Enā. Mihi sic apparet. a c b  
 One. Nā si vtrinq; & a versus & versus b maneret: adhuc  
 medix illæ lineæ cōtinuæ essent. quippe quarum vltima  
 essent vnū. Enā. Proculdubio. One. Neq; aliqd c manet: in  
 parte a, & aliqd in tpe b. nā c impers nō esset: imd̄ imparti-  
 bile. Enā. Sic oportet. One. Manet ergo totū in parte a: aut  
 totū in tpe b. Enan. Totum indubie. vt in parte a. One. In  
 qua parte: nihil refert. intelligimus ergo duas lineas a c, &  
 d b actu factas. quarū alterius percipis c (quod prius erat  
 punctū potètia & cōtinuans) factū esse punctū actu. Enā.  
 Percipio equidē. One. Et d etiā factū est pūctū actu. Enā.  
 Est. sed an prius erat pūctum potètia? One. Non vt c. nam  
 fuisset. & c & d in eadē linea p̄xima fuissent, & immediat̄  
 ta: quod est ad tuā ambiguitatē reuolui. sed prius erat pun-  
 ctum potètia secūdo. & nondū cōtinuās: vt quod esse po-  
 terat lineæ terminus. & ita cū prius nō esset: nō simul erat  
 cū c. quare c & d in eadem linea neq; erant proxima neq;  
 immediata. Enan. Optime. iā ambiguitatē egredi occipio.  
 23 ¶ Sed à quo & vnde prouenit ille pūctus? One. An de li-  
 nea loquimur separata. an materiæ cōiuncta? Enan. Con-  
 iuncta p̄fecto. One. Et recte quidē. nam etsi mathematici  
 cogitatione & intellectu separēt: re tamen ipsa omnis dis-  
 trahibilis dimensio, semper sensibilibus materiæ cōiuncta  
 est. sed attendē: ne quomodo quādocūq; solidum corpus  
 aliquod collidis: statim medius aer perstrepat. & nunq̄ id  
 efficias, quin semper similis effectus sequat̄. Enan. Verissi-  
 mum est. One. Et si lucidū aliquod in aliquē tenebrosū  
 locū inferas: totus subito efficitur luminosus. Enan. Subi-  
 to. One. Et fit vnūquodq; quemadmodum fieri natum est  
 (modo non fuerit impedimētū) & q̄ optime fieri potest.  
 Enan. Maxime. One. Et res suapte natura terminari natæ  
 sunt: res dico sensibiles omnes. Enā. Sūt indubie. One. Et  
 actū & formā habent vt tales fiant: quales fieri natæ sunt.



Enan. Ad hoc ipsum actus est. One. Statim igitur (cū pun  
Vnde o<sup>o</sup> ctum linea & superficies separata non sint) rei sensibilis  
riant punctum punctum lineā aut superficiē suæ molis terminū effi  
cta, lineæ ciet: vt res ipsa sit: quæadmodū ipsa esse nata est. Enan. Ra  
& superficiōnabile videtur. One. Et ita prōpte perfectō: sicut corpo  
cies, re percussio aer perstrept, & luminosum illuminat, sed si in

rarefactionis & condensationis sermonem aliquādo inci  
derimus: id planius intellecturus es. Percipis ergo modo

a c d quo pacto c & d, priusquam linea a b secaretur simul nō  
a c d b erant: nam d non erat. Enan. Equidem percipere videor.

One. Et experientia cognitum habem<sup>9</sup> sensibiles diuisas:  
iterum continuari & vniri natas esse, vt aquam aquæ, &

Ingenu<sup>9</sup> flammā flammæ. Enan. Experientia certe. One. Et res sen  
naturę co sibilis ad hoc naturale desyderiū habent. Nam continuæ  
natus, & reunitæ melius sese habent: vt sint magis vnæ, magisq̃  
saluētur. Enan. Hæc vera sunt. One. Appetit autem natu  
ra vnūquodq̃ esse q̃ optime potest: vnum esse & saluari.

Sic enim summo bono, summeq̃ appetibili similis euas  
dit. Enan. Hunc ingenuum conatum naturæ esse fateor.

One. At continuari nō potest vtroq̃ puncto, vtrāq̃ linea,  
aut vtrāq̃ extrema superficie simul adueniente: superfluit  
atq̃ manente. Enan. Non profecto. One. Actus igitur qui

ad agendum natura ordinatus est, alterū diluet quod suæ  
officit continuationi, vnitati, & salutis, aut vtrunq̃, nunq̃  
reparabit. Enan. Id rationabile videtur. One. Nimirum ra

tionabile, nam in vnoquoq̃ ita euenire cōpertū est, vt q̃  
officit vnius cuiusq̃ natura expellat, & quod deficit repa  
ret: modo impedimētū nō sit vllū, hinc efferuens aqua offi

cientē calorem expellit & domat, & necessariū frigus indu  
cit & reparat, nā frigida meli<sup>9</sup> est, meliusq̃ saluat. & ignis

ex imo p̃tinus sursum emicat: eo motu suā salutē quærens.  
& mutilus coluber se iterū cōtinuare, vnireq̃ laborat, imo

duriuscula corpora, nisi sua durities suæ recontinuationi  
resistentiā, reluctamenq̃ præstaret, p̃tinus (vt aqua aquæ,

& flāma flammę) diuisa iterū coirent. Enā, ita arbitror: &  
id cōgenex naturæ metalla fusa pandūt. One. Non igitur

in linea a b iterum facta cōtinua: simul erunt proxima &  
immediata c d, vt quorū alterū nō maneat. Enan. Procul

- 24 dubio. ¶ Et pene mea vtrinq; ambiguitas tota collapsa  
 vanescit: modo id mihi retegas vbi pūcta, lineas & superfie-  
 cies locabis. One, Amice Enanti, imperfecta sunt hæc: &  
 natura, imperfecta perfectōū gratia elaborat, atq; facit. Si  
 igitur quæras vbi ipsa vt in subiecto sint: respōdeo in sui  
 perfecti subiecto, vt in quo subiecto linea est: & pūctum,  
 in quo superficies: & linea, & in quo corp⁹: & superficies,  
 sed imperfectissime quidē: quæadmodum & ipsa imperfe-  
 cta sunt, corpus autē perfectissime subiecto adest: vt quod  
 tota plenitudine & repletia sustētetur, post corpus superfie-  
 cies: quæ longitudine & latitudine solū replet, post super-  
 ficie: linea, & post lineā: omnīū minime pūctum, vt q̄  
 per lineā & alterum: repletig; assit. Si autem sciscitaris vbi  
 hæc sint vt termini: pūctum in linea est, linea in superfie-  
 cie, & superficies in corpore: corpus autem in alterum nō  
 25 vterius transit. Enan. ¶ Arbitror hos duos modos aut  
 eosdem esse, aut perparum distare, nam ferē terminus: per  
 id ipsum cuius est terminus: subiecto adest. One. Imō plu-  
 rimum & quasi ex opposito distant. Enan. Quo pacto  
 istud? One. Hoc pacto, nam accidens separari, scorsumq; à  
 suo subiecto saluari nequit. Enan. Nequit indubie. One.  
 At lineæ a b nondū diuisę: c terminus est lineæ c b. Enan.  $\begin{smallmatrix} a & c & b \\ a & c d & b \end{smallmatrix}$   
 Est. One. Diuidatur igitur a b in pūcto c: maneatq; c ver-  
 sus a. Enan. Placet. One. Nam id possibile, verum tamē c  
 prius erat in lineā c b vt terminus. Enan. Erat. One. Et nō  
 amplius est, & scorsum manet. Enā. Hæc vera sunt, & in-  
 telligo quorsum hæc. Onero. Et accidens de subiecto cui  
 assit: nunquā transit, emigratq; in alterū. Enan. Nunquā.  
 One. Terminus autē vt terminus, de vno in alterū transit.  
 Enan. Quo pacto? One. d terminus est lineæ d b, & nullo  $\begin{smallmatrix} a & d & b \\ a & d h & c \end{smallmatrix}$   
 pacto est lineæ a c. Enan. Nullo pacto. One. Intelligo ergo  
 lineas a c & d b continuari, delectiq; c. Enan. Esto ita. One.  
 facta est lineā a d b quā rursus intelligo diuidi in d: ipso  
 quidem d ad partem a manente, nulla enim potior ratio:  
 ipsum posse manere ad partē b quā a. Enan. Nulla pror-  
 sus. One. Transiuit igitur de lineā in lineam, vt de lineā b  
 in lineam a. Enā. Perspicuum euasit. One. Quo fit vt pro-  
 misce pūctum de lineā in lineam, & lineā de superficie

in superficiem, & superficies de corpore in corpus trāfire  
 queat. vt verbī causa pūctum d trāfire potest in lineā b: &

|   |    |   |                                                              |
|---|----|---|--------------------------------------------------------------|
| f | g  | b | postea e in lineā a. Iungo enim e b lineæ f g: abeatq; g ma  |
| f | e  | b | nente e. Deinde seco lineā f b in pūcto e, ipso quidē e ma   |
| f | eh | b | nente ad partē f: reparato pūcto h, & iūngo lineā a d & h b  |
| a | dh | b | manente d & ipso h deletō. quādoquidē lineā a b rursū        |
| a | d  | b | diuido in pūcto d, ipso quidē manēte in parte. b iam de a    |
| a | id | b | transijt in b. Enan. Transijt. One. Copulo a i & e fiabeūte  |
| a | ie | f | i, fitq; lineā a e f. quam diuido in pūcto e, ipso quidē ma  |
| a | e  | f | nente in parte a. Nōne constat e postea transijisse in partē |
| a | ek | f | a, & propositum? Enan. Constat. One. Rursus accidens in      |

diuersis subiectis non communicantibus esse non potest.  
 Enan. Non. One. Et idem pūctum vt e propositæ lineæ  
 a e f, diuersarum linearum a e & e f non cōmunicantium  
 terminus est. Enan. Est. Sed quomodo tunc d Oneropole  
 idem accidens vt e, diuersis subiectis non cōmunicantib;  
 bus: vt subiecto lineæ a e & subiecto lineæ e f nō aderit?  
 quandoquidem pūctum ei subiecto adesse cui sua lineā  
 assit, concessimus. One. Id pūctū d Enanti his varijs subie  
 ctis per se non adest. sed per alterum: quod minime incō  
 modum reputare debes. per se tamen pluriū est terminus.  
 Quod aut̃ superius cōcessum est, idem accidēs in diuersis  
 subiectis non cōmunicantibus esse non posse: arbitror te  
 planē per se esse nō posse intelligere. Enan. Vis ergo forte  
 si pūctum per se & sine dimensione subsisteret (quod mi  
 nime natura fieri potest) ipsum minime esse in subiecto.  
 One. Quid prohibet? nam minime plenū est: vt ab aliqua  
 plenitudine per se fulciri, sustentariq; aut possit, aut natum  
 sit. Enan. Rationabile. One. Perpēdis ergo hos duos mo  
 dos plurimū inter se & quasi ex opposito distare? Enan.

Quomodo Perpendo. One. ¶ Neq; tibi iterū perpendere difficile pu  
 do variē to, quo pacto pūctū actu: pūctum potentia cōtinuans  
 tur pūcta alternatim fiat, & interdum pūctum potentia non con  
 tinuans. & quo pacto pūctus potentia continuans: nūc  
 in pūctū actu, nūc verō in pūctū potētia secūdo modo  
 dictū & non continuans transeat. Similiter & pūctū po  
 tentia nondū cōtinuans & existēs: nūc educitur in pūctū  
 actu, nūc verō in pūctum potentia cōtinuans. neq; cor



gnitu difficile est omnē secabilem lineā in vnoquoque extrēmo: infinita puncta potētia secūdo, potestate habere. nūq̃ tñ plura vno aut pūcta actu, aut pūcta potētia & continuātia: simul habere potest. Vnde manifestū est eandem lineā infinita successiue puncta: eandē partē terminantia, & actu quidē & potētia cōtinuantia habere posse. Enā. Hæc facili præcedentiū discursione statim perspecta haberi possunt. One. Vtiq̃. & ita de linea & superficie sentiendum. sed non decuit d̃ amici vr arbitror, de tam exigua re & pene inani (quid enim pūcto inanius?) me tantū sermonem extēdisse. vereorq̃ vos plurimo tædio affecisse. Enan. Nequaquā d̃ Oneropole. verum ea quæ nobis requirētibus adduxisti: mihi apprimē necessaria visa sunt. Idem visum arbitror & Homophroni. puncto enim, punctiq̃ neglecta natura, sicuti & dimensionū. non parua philosophiæ pars cæca redditur. id neglectum mathematicis disciplinis magnum affert incommodū. One. Est vt ais. sed alio conuertamus sermonē: nisi vobis de hac re alia superant quærenda: quæ forte vobis aperire sufficiū. Enan. Nulla prorsus: nisi Homophron aliud velit. Ho. Nihil. Enan. Attamen si tibi quærendo molesti non fuerimus, vellem condensationis & rarefactionis naturam à te percipere. nam te supra dixisse memini: id nonnihil ad aliqua quæ pertractata sunt cōducere. One. Minime molesti. verum hæc vobiscū exercitatio mihi periucūda est: & eo maxime quod vestrum alter responsionem alternat. Enan. Homophron sua vice alternabit: ne forte tacendo tædio afficiatur. Ho. Haud afficior. verum vt vultis, licet ad id efficiendum minus me elegeritis idoneum. Sed intelligo. Enantius defessus hoc onus mihi libens impartit: quo audiēs aliquantum respiret. One. Rectē te coniectatum fuisse arbitror d̃ Homophron. Ho. Aggredere igitur d̃ Oneropole, quandoquidem Enantio placitum est: me eius vices gerendo responsionem alternare. One. Vt tibi placet.

pūctū ad  
disciplinas  
mathema-  
ticas plus  
rimū con-  
ducere.

- 27 **D** Ic age d̃ Homophron: qd̃ rarū, & qd̃ dēsum esse Quid ras  
ais: Ho. Si rectē memini: id rarū eē audiui, qd̃ sub rum.  
28 **D** pauca materia magnā quātitatē habeat. ¶ Et id dē Quid dē  
fū, qd̃ sub multa materia quātitatē habeat parua. sum.

a One. Apte multum ad sequentia. Ho. Forte si declarando  
 b hæc detestiora feceris. One. Vt cunq; potero. Arbitrorq;  
 c hoc modo aliquantulū recte posse cōcipi. vt si esset aliq;  
 d corpus vt a k decupedale, cuius partes decē sint a, b, c, d, e,  
 e f, g, h, i, k, ipsum totidem haberet materiæ partes numero  
 f quidē & essentia distinctas, partibus illis respōdentes. Ho.  
 g Haberet indubie. One. Si igit̃ tota materia a k & eius de  
 h cem partes, sint sub pedanea quantitate l: collatione facta  
 i ad corpus a k, multum dicitur esse materiæ sub l & parua  
 k quantitas: quod sub pauculo corpore l tantundē sit mater  
 l rix: quantū sub magno corpore a k. Ho. Dices certe. One.  
 Et si retro comparo l ad a k: dicemusne paucum materiæ  
 esse sub a k & quantitatis multū: quod non plus materiæ  
 sit sub magno corpore a k quā sub minuscule l: quodq;  
 deculpa quantitas ad pedaneum multa sit. Ho. Mihi quī  
 dem sic rectē videtur. One. Si ergo rectē descriperis: cor  
 pus a k rarum est, & l densum. Ho. Corpus a k rarum ad l  
 & l densum ad a k. One. Scilicet. Nam rarum & densum,  
 relatione descripsisti, sunt em̃ multū & paucū, magnū &  
 paruum: relatiua. Ho. Sunt. One. ¶ Quapropter aerem ad 29  
 ignem relatū, cōparatumq;: densum esse te dicere oportet.  
 ad aquā aut̃ collatū: esse rarū. Quid aut̃ absolute rarum, &  
 quid absolute dēsum: forte postea incidemus. nūc aut̃ tuā  
 responsionē sequamur. Ho. Optime d̃ Oneropole. ¶ Ve 30  
 rū nunq̃ me ipso, nec meo studio cōtentus satis plene per  
 cipere potui: quo pacto decupecale vt a k fiat pedale vt l.  
 & omnino quomodo maius vnquam fiat minus, & quo  
 modo minus iterum exurgat in maius nullo subeūte cor  
 pore: quemadmodum aer aut aqua spongiā intrat. aut  
 egrediente: quo pacto pressa spongia, protinus aer aut  
 aqua egreditur & fugit. quod de aqua sensu, de aere au  
 tem flatu, cognoscere promptum est. Iuxta enim faciem  
 aut manū pressa spongia: flabellū, & ventulus quidam  
 Duo rare apparet. One. Quod ambigis idipm̃ est quod quærimus.  
 factionis At de tali dilatatione extraneo subeunte aut egrediunte  
 & cōdēsa corpore, aut extensione quæ partium distractione fieret,  
 tiōis mor vt cum tenditur corium aut mollicula cæra: arbitror te  
 di. hic non velle nos laborem terere. Ho. Non. Nam paruum

difficultatis ingerūt: præsertim ijs, qui norūt corpora cor-  
 poribus cedere. One. Hanc igitur dilationē, & coartationem,  
 cōpressionemq; missam faciamus. & quæ de raro  
 & denso (nullo alieno subeunte corpore; aut nullo intus  
 clauso, eff lato, abeūteq;) sentias, palam effer. Ho. Nihil di-  
 gnum (quod in mediū asserā) habeo. imō si verum fatear,  
 mihi ipsi dissentio. Enā. Neq; de hac re mecū planē cōsto.  
 31 moro raudire qd tu Oneropole sentias. One. ¶ Res hæc d  
 amici nimis difficilis & ardua quā plurimis visa est, & mi-  
 hi quoq; aliās. quā si atq; ego sentiat: statim quam facillī  
 mam indicabit. Ho. Quo pacto d Oneropole quā facillī  
 mī? One. Vt calidū, & frigidū, aut albū & nigrū. Ho. Ho-  
 rum d Oneropole magna facilitas est. sed illis rarum & dē-  
 sum paria nō facio. Neq; (vt puto) Enātius. One. Attēdis  
 te quæso. & si dicēda vobis rōnabilia videbuntur: & ma-  
 gis ijs quæ vos vobiscū. cōstare nō permittūt. mecū sentie-  
 te. Ho. Id rōnabile est: & vterq; nostrū est (vt ait Horatius)  
 nullius addictus iurare in verba magistri. One. Tales p̄fes-  
 cito facile doctrinā capessunt. An imeduerit ergo Homo  
 phron: res albescit suscepta albedine. Ho. Certe. One. Et  
 simul depulsa nigredine aut medio colore. Ho. Simul des-  
 pellitur. One. Ita amice res rarefcit suscepta rara dimensio-  
 ne: & depulsa dimensione densa aut media. Ho. Quid ais  
 d Oneropole? One. Rē facillē vt vobis promiserā. Est enim  
 rari dimensio: vt albedo. & dimensio densi: vt nigredo. &  
 maxime vt rari ignis dimensio: maxima albedo est. Et maxi-  
 mē densi vt terræ: maxima nigredo. & mediorum rarorū  
 & densorum, vt aeris & aquæ dimensiones: medij sunt co-  
 32 lores vt f lauum & rubeū. ¶ Quo fit vt quātitas quātitas  
 ti, vt dimensio dimensio ni habeat cōtraria, hæ vt extremum  
 extremo, hæ vt extremū & mediū, hæ porrō vt medium  
 medio. Ho. Sentio quorsum hæc tua de coloribus ad di-  
 mensiones analogia. Sed altera ex parte rubore suffundor:  
 quæ me hæctenus ignorantia tenuerit. One. Quæ? Ho.  
 Quantitati nihil esse contrarium. One. Forte categoriarū  
 dictum occasionem præbuit: quantitati nihil esse cō-  
 trarium. Ho. Proculdubio id dictum. One. Sane quan-  
 titatis dicibilia hic non agimus; quæ indubiē logica cons-

Quo pa-  
 sto fit ras-  
 refactio  
 & condē-  
 satio.



traria non habet. sed physicarū quantitātū hic contemplationes exquirimus: quarū planē fatemur esse physica contraria. Ho. Obtusus ego: id nō presentiebam sic esse vten-

Cauilla<sup>33</sup> dum. ¶ Sed vnum id requiro: an raritatis & densitatis nominibus aliud quicquā quā dimensionē intelligi velis.

One. Nihil raritatis nomine nisi rarā dimensionē intelligo & densitatis nomine nisi densam. Attamen dimensio & rari-

tas ratione duo sunt. Itidē dimensio & densitas. ¶ Et quā<sup>34</sup> dimensio ta contrarietas ē Homophron & Enanti in coloribus tum extremis, tum medijs comperitur: tāta aut fecūdior in reior sit conrum sensibiliū dimensionibus existimāda est. Nā diuersi colores secundū aliquid sui in eadē subiecti parte se simul tēpore admittūt. quemadmodū in tepido caliditas & frigiditas: cū aqua se sponte ad natiū frigus reuocet. At nūquā diuersae dimensiones: seu sint extremae, seu mediae, in eadem subiecti parte se simul tempore admittūt. Nam se occuparent: quod natura nō permittit. ¶ Vnde nobis ex<sup>35</sup>ploratum esse potest omnem maiorem raritatem minori, & omnem minorem maiori: itidem omnem maiorem densitatem minori, & omnem minorem maiori esse contrariam: vt quae se ab eodem subiecto mutuo expellant, & eidem vicissim assint: non tamen vt extremū extremo. sed interdum vt albedo & flauities, nigredo & liuor. interdum vero vt flauities & liuor. Et reuera de raro & denso philosophari: perinde est atq; de albo, nigro & medijs coloribus

Nono capite. iij. physicorū. nu. 33.

philosophari. Ho. Mira sunt haec ē Enanti. Enan. Et me iudice vera. videor enim mihi Aristotelicam sententiam de raro & denso per calidum & frigidum in Xuthum deprehendere: quod per album & nigrum nobis pulchrē contexit Oneropolus. Et diu animum circa id deprehendendum volutaueram: & nunquam plenē quid esset, ad hāc diem deprehendere poteram. At me semper veri fugiebat sententia: quam aperiente Oneropolo tandem tenuimus. Et planē video philosophandum esse de raro & denso: perinde atque de albo & nigro, calido & frigido. Sed tu perge absoluerē Oneropole. One. Idipsum est ē Enanti quod dixisti. ¶ Et quemadmodum magna facilitate rebus concessum est; vt de minus calido per<sup>36</sup>

mutentur in magis calidū, & de magis calido in minus.  
 Halitus noster huius rei argumēto est. nā manu proximē  
 ad os admotā: apparet calidus. ea verō paulo distātius se-  
 mota protinus apparet, frigidus: iā de calido permutatus  
 in frigidū. Enā. Apparet. One. Eadē quoq; facilitate res de  
 minus raro permutatur in rarius: & de minus dēso in dē-  
 sius. Cōsyderaſti ne aliqñ quā facile noster halit⁹ dispa-  
 reat? Enan. Paruula ad modum mora. One. Quo pacto d  
 Enanti? Enant. Quia rarior factus sit. One. Et ita de fumo  
 & vapore: cum quid caleat, efferueatq; ab igni. Enan. Idē.  
 One. Nam si semper æqualem grossitiem seruarent quam  
 habet apparentes, nequaquā disparerēt. quēadmodū aqua  
 sub eadem molis dēſitate manēs: semper viſibilis apparet.  
 Enan. Sanē. One. Et qua facilitate atq; promptitudine ea  
 rareſcere intelligis, & de minus raro in magis rarum per-  
 mutari: eadem promptitudine (conuenientibus adhibitis  
 cauſis) minus densa permutantur in densius. vt modica  
 aqua (magno etiam non continente vase) valido ſeruore  
 rarefacta: modico inieſto frigido ſtatim reſidet, permuta-  
 turq; in densius. Enan. Perpalam eſt. One. Ita quoq; mul-  
 to genito fumo: aer aliubi cito efficitur craſſior. & multo  
 raro corpore inſpiſſato. vt cum ſiant nubes: prompta rari-  
 tudine fit aer extenſior. Eſt enim corporibus & potissi-  
 mum aeri hæc inſita pronitas: nunc vt cita condenſatione  
 occupatio corporum vitetur, nunc vero vt cita & facili  
 raritudine excludatur vacuum. Enā. Et id quidem ratio  
 nabile multum. Et tua gratia perpendo hanc rareſcendi,  
 denſandiq; pronitatem ac facilitatem: conuenientibus  
 adhibitis cauſis, miram eſſe. One. Miram certē, nam aeris  
 mira habilitas eſt ad calidum & frigidum: tametſi hoc illi  
 innaturale ſit, illud verō ſecūdum naturam. Ita vt nunq;  
 tam cito frigidum aerem inſpiratum emittere poſſis: quin  
 calidum expires. Enan. Nunquam. One. Talem conieſto  
 aeris: nunc ad maiorem & nunc ad minorem rareſcen-  
 37 tiam facilitatem. ¶ Sed quis actus, quæve forma maxime  
 caliditati gignendæ aptiſſima eſt? Enan. Arbitror ignis.  
 One. Sic eſt. Et quæ maxime raritudini gignendæ? Enan.  
 Itidem ignis. One. Profeſto, nam ignis calidiſſimus, ra-

Quodd  
 rarefacti  
 onem va  
 cuū p cō  
 deſationē  
 viteſ pe  
 netratio  
 dimenſio  
 rum,

rissimusq; est. & quàm promptum est ignex formæ: maximam in propria potentia inducere caliditatem, ita quoq; & maximā raritatem. Et si te de maxima siccitate & densitate percontarer: autumo te de terrea forma idē respondurum. Enan. Idem certē respōderem. One. Et cū ipsi vnā cōsentiamus raritatem re ipsa dimensionē esse: vides quō ignis & ignea forma suā corporeā efficit molē. nā raritatē,

**Quod**  
 à forma  
 substantiæ  
 li. pducā  
 magnitudinū  
 terminū  
 mini, si  
 cut & ipsa  
 magnitudo.

& quidē maximā. Enan. Video. One. Et si corpus efficit superficiem efficiat necesse est. Nam corpus interminatum nō faciet. Enan. Non indubiē. One. Et si superficiē efficiet & lineā. Nam superficiē terminatā & cōtinuam esse oportet. & si lineā: efficiet & punctū. alioquin neq; linea continua, neq; terminata esset. Enan. Optimē certē. One. Perpetuis igitur quàm facile corpore diuisio, superficie, & linea: noua superficies, noua linea, & nouū pūctum reparetur. Idem cum hæc iterato coire, cōtinuāq; debeant quàm facile vna superficies, vna linea, & punctū vnū dispereat. Enan. Manifestius quàm ante. quemadmodū hoc in loco te ita facturum spopōderas. One. Vtrum autem puncti, lineæ, & superficiēi eductiones ad ortū, abolitionesq; motus sint: hoc in loco si tibi placet missum faciamus. aliās illud discussuri. Enan. Mihi quidem maximē placet. One. Videam⁹ an Homophron approbat, quæ diximus. Enā. Non ab re certē. Nam rem ei⁹ intercepti: & maluisset forte tecū differuisse, responsionesq; alternasse: sed amico veniā dabis o Homophron. Ho. Tui gratia disputatio suscepta est o Enanti, nihil deliquisti, & dicta maximē approbo. & haud secus atq; tu (aut te deterius) respōdissem. Nōdum tamē detexit Oneropolus, quid rarum simpliciter aut simpliciter densum vocare possemus. One. Nondum certē. neq; in hoc sermonis incidimus. id figuraliter expediam.

**R**arum simpliciter id dicere possumus: quod subtilitas  
 te sua nostrum fugit intuitum, insensibileq; reputamus. vt  
 ignis, vt aer. Et id densum simpliciter: quod crassitie sua  
 bene sensibile est. vt terra, vt aqua. **S**ed qd vos antehac  
 de raritate & densitate sentiebatis. Ho. Ego rarefactionem  
 fieri putabam nulla abolita quantitate: sed priori, noua  
 adueniente. Enan. Et ego id sæpe. One. Sit corpus a c b.  
 quantitas



quātitas a c b est in materia a c b. Si igitur rarefcebatur: existimabatur totam dimensionē, & a & c & b manere. Homophron. Sic existimabam. One. Si igitur adueniat noua quātitas toti materiæ a c b: prior quantitas & posterior se occupabūt. nā replentiā quātitatis a c b æquatur replentiæ materiæ a c b, & posterior eidem æquabit. Sed q hoc fiat nisi se occupet: aut prior dimensio quæ accidens est suum subiectum deferat: & alteri hæreat. Homophron. id mihi bono iure defendi non potest. One. Et si posterior priori quātitati adueniens simul replentiā suam nō haberet: cū diuelleretur, secareturq; maneret sine subiecto. vt pote quā cū nihil auferret potētix. Homophron. indubie. Nam materia solū replentiā suā haberet cū dimēsiōne a c b coniunctam: ad cuius distractionē sectionēq; solū distrahi posse videt. One. Et si quātitas posterior solum parti materiæ a, aut parti c, aut b adueniat: nōne eadem accidēt incōmoda? Homophron. Hæc incōmoda pfecto nostrā sequuntur absurditatem. One. Nam corporea dimēsiō soli illi materiæ vt subiecto adest: quæ eadē distractione distrahitur: & diuisione diuiditur: & quæ simul suam plenitudinem atq; replentiā habent. Ho. Ita est certē. Sed id me fallebat, q crediderim dimēsiōnes materiæ esse coæternas: & eiusdē naturæ omnes, & insuper dimensiones nihil agere posse. One. Attēde d Homophron quid dicas. Quomodo stat: eiusdē naturæ dimensiones esse omnes? & has materiæ coæternas esse: & tamē cum quicq; rarefuit, nouā, & eiusdē naturæ inducis. Sed cur potius prior materiæ coæterna sit, q posterior eiusdē, consimilisq; naturæ? Ho. Ridiculus sum. Sed me futurū respōdēdo minus idoneū: vero præfatio prædixeram. One. Nullā rei sensibilis materiæ: Dimēsiōnes materiæ non esse coæternas, sed materiæ sensibilis inseparabile accidens. quemadmodum color nobis inseparabile accidēs dicitur: q nunquā sine colore esse possumus. sine tamen hoc, & sine illo esse possumus. Ita materia nunq; sine dimēsiōne esse potest, attamen sine rara, & similiter sine densa esse potest. nō aut simul. sed successiōe quadam. Ho. Cōsentaneum est. One. Et cōdensatio sola quantitate corrupta, & nulla aduētans

re noua: eisdem argumentis fieri non potest. Ho. Non esse  
tē. Nam aut se occupassent illæ dimensiones, aut maneret  
materia sine dimensione: sua quidem corrupta & nulla  
noua reparata, aut accidens: vt reliqua dimensio immigra-  
ret in illam. One. Recte sentis. Ho. Excogitavi rursus  
aliquando rarefactionem distractione fieri: sicut mollicius  
la cera distenditur, nunc in longum, nunc in latum, non  
attendens quantum in lōgum porrigitur: tantum eam in  
profundo & lato minui. Ideo q̄ cū ex pedaneo aquæ lon-  
go, lato & p̄fundo: decem tantundē longi, lati & profun-  
di generentur aeris, id partium distractione nullo pacto

Quod rarefactio  
nō fit: elō-  
gatione  
partium:  
neq; con-  
dēfatio il-  
larum ap-  
proximas-  
tione.

|   |   |   |
|---|---|---|
| a | b | c |
| d | e | f |
| g | h | i |

e

fieri potest. Deniq; bellissimē omnium mihi excogitasse  
visus sum, & totus esse Pallade plenus: rarefactionem &  
condensationem fieri nulla prorsus adueniente, nulla q̄  
abeunte quantitate, rarefactionem inquam elongatione  
& fuga partium à centro: & condensationem, earūdem  
appropinquatione & vicinia ad centrum. One. Si pedale  
e & octo ipsi æqualia pedalia a b c d f g h i se occuparent:  
quātum replerent? Ho. Solum quātum e. One. Et extraher-  
entur ab omni quaq; pedalia a b c d f & cōsequētia. Ho.  
Proculdubio. One. Quid igitur refert tua hæc condensatio  
à dimensionum occupatione? Et quid tua hæc rarefactio:  
a dimensionum se occupantium extractione? Ho. Id  
ego ambigebam, fieri q̄ id mihi minime posse videbatur:  
vt decem pedalia (vt cum ex aere fit aqua) tantū atq; vnū  
tandem occupent, semper suas partes extra seinuicē seruā-  
tia: quin se occuparēt. & vnū sursum pedale ad denariam  
molem se extēdere (vt cum ex aqua fit aer) nisi prius illa  
decem se occupassent, aut interiectū, interhiās q̄ relinqueretur  
vacuum. Enan. Constanter tamē semper d̄ Homophron  
inicias ibas: aut corpora se occupare, aut corpora  
ex corporibus extrahi, aut aliquid interceptum reliqui va-  
cui. Ho. Constantissime d̄ Enanti id ore negabam: tametsi  
forte id meæ sententiæ pugnaret, nunc autē longe verissi-  
me cum Oneropolo & suo pulchro Aristotele aliter sen-  
tiamus rarefactionē scilicet fieri dimēfione densiore abie-  
cta & rara acquisita. Et cōdensationē dimensione rariore  
depulsa; & densa suscepta, & hunc motum ad quātitatem

esse: & de contrario in contrarium, aut medio quemadmodum & ceteri motus. Itane tecum sentiemus o Oneropole? One. Ita maxime: si vobis recte dicta videantur, Ho. Mihi quidem recte. Enan. Et mihi, & sentio me tua gratia o Oneropole æterno problemate liberatum, & te mentem meam a languore (est enim ambiguitas & opinio: mentis anxietas & languor) eripuisse. One. Gaudeo potuisse quod vobis gratum visum sit: sed nunc hæc missa faciamus. Paratæ sunt epulæ, nos vnâ (si res mihi quam gratissimam facturi estis) hodie discubemus. Enan. Præstare nos amico difficiles minimè decet: quo minus hodie conuiuiamus, cum quo nobis vel semper conuiuere felicissimum esset. Ho. Lepidus es o Enanti; fiat ergo ut vult Oneropolus.

**C** Omis es o Oneropole, & nos liberaliter & laute admodum tractasti: & non minus læta fronte quam liberalibus sermonibus. Enan. Pro tripliciter cœna o Homophron gratiam Oneropolo habituri sumus. Pauid enim ante hanc corpoream cœnam: superiorum intellectus partem contemplatione & doctrina. Mox corpora nostra lauto ferculo curauit. & prudentiæ sermones non defuerunt: quo simul inferiorem animæ partem pasceret. Et si corporea cœna multi æstimanda sit, si tamen ad eam respicimus o Homophron quæ cœnam illam præcessit: parui æstimabimus. Ho. video cur hos sermones in medium adducis: velles nos ad priores sermones relabi. Enan. Id ipsum est o amice. Et anima semper diligentiore cura, corpore: curanda est. Petamus igitur uterque nostrum ab Oneropolo: ut talem cœnam iterum nobis præstet. One. Imò iubeatis, si quid possum: id totum vobis deuoueo. Enan. Non est igitur: cur sermonem prolixius extendamus. **C** Dic nobis igitur an puncti, lineæ, etiam mutæ & superficiæ sint motus: quod alio loco discutiendum prius tione physici missum feceras. One. Præter senum conditionem fœcundæ cœnæ acq̃da o Enanti memoria polles. De puncto igitur non arbitror te ambigere: absque motu & transmutatione esse, atque quod deperit cum deletur, absque motu & transmutatione deleri, ut quod datur,



impers sit, quodq; in sua acquisitiōe deletioneq; successio-  
nem habere nō possit. Enā. Ita rationabile videt. One. Sed  
cum aliqñ nō sit & postea sit: & cum aliqñ sit & postea nō  
sit, sine motu tñ & mutatione: similitudinē tñ cum ijs quæ  
generatur & corrūpūtur gerit, habetq; aliquid gñationi &  
corruptioni simile. Enā. Quo pacto id sermone explicabi-  
mus? One. Id appellat subitā, momētaneamq; mutationē.  
At subita & momētanea mutatio: minime mutatio est, vt  
neq; oculus pictus: oculus est. Enā. Aptū mihi vocabulū  
visum est. ¶ Sed hæc tua respōsio amplius me in dubietate  
tem cōiecit. Punctū ais absq; motu & trāsmutatione nūc  
ad ortū duci, nūc deperdi. One. Quia sit impers. Enā. Hinc  
mea ambiguitas est. Nam rationalis anima impers est.  
One. At nō vt punctū: cū plena sit. Enā. Et id volo nihilo  
minus tamen in sua acquirenda plenitudine: nulla prorsus  
successio esse potest. One. Nulla. Enā. Quomodo igit  
homo cū prius nō sit: posterius absq; motu & trāsmuta-  
tione nō est? & cū desinit: quomodo absq; motu & trāsmuta-  
tione nō desinit? One. Rem perarduam tãgis d. Enā.  
Et generatio & corruptio hominis nō omnino ceterarū

Solutio.

Aia nō rerum generationibus & corruptionibus similis est. Ope-  
stre dupli ræpretiū est enim te hoc in loco meminisse hominē omnis  
cē esse or creaturæ vinculū esse: & hæc superiori substantiæ, hæc ve-  
tum, rō inferiori similia gerentem. quia igitur rationalis anima  
superioribus substantiis cōuenit: tota simul surgit ad esse,  
& neq; in tempore, neq; instanti temporis: sed in sua pul-

Qd'aia rō chra æuiternitate aut æuiternitatis momento. qua verò  
nalis suc inferioribus substantiis assimilatur: materiam, corpusq;  
cessiue cor ipsum sibi paratum carcerem, pedetētim totum informat.  
pus infor Tam tempus & successionis seriem obseruās. quemadmo-  
met. dum & prior forma depellitur. Ita & in hominis obitu  
pedetentim ab informationis officio desinit: quēadmodū  
dū forma sequens introducit. Non enim formæ omni-

Cur ho in tempore & successionē possunt, cum enim homo tabe  
mo mo. scit morte resoluend⁹: videas prius manus emortuas, mor-  
riēs tabe tuosq; pedes quā partes cordi vicinas. Enan. Id exper-  
scit, tum est. One. Hoc amice ideo est, q; hominis mors inferio

nam mortē imitatur: & suum claustrū relinquendo; tēpus  
& successionis seriē seruat, quēadmodū intrādo obseruat. Qd' aīa rō  
uerat. Enā. Tua ratio ita necesse esse cōcludit. Alioquin si nalis suc  
in hominis ortu nō seruaretur successionis series: aut duo cessiue à  
actus starent in eadē materia, aut p̄cedēs actus in nō tēp corpis for  
pore abijceretur. Et i hominis obitu aut staret materia nū matiōede  
da & informis, aut forma sequēs in nō tēpore in tota mas sīstat.

42 teria produceret. One. Recte calles. ¶ Veruntamen hoc in  
terest, q̄ exterorū formæ in obitu ipso in suis corporibus  
deficiūt. vt frigiditas in aqua aduētante calore. & nūq̄ &  
nūq̄ postea subsistūt. at nōstra nequaq̄. Sed hoīs mors:  
sola est animæ à corpore seīctio atq̄ separatio. qua facta  
ipsa rōnalis anima sine corporis functiōe & vsu subsistit,  
ad corpus tñ semper & corporis vnionē, luctamen desys  
deriumq̄ gerēs. hinc d' amici cognoscere possumus futuræ  
resurrectionis ordinationē, nā nullus naturæ conatus: fru  
stra, ociosusq̄ esse potest. Enā. In iucūdā d' Oneropole

43 nos traduxisti sententiā. One. ¶ Primū d' amici nostræ ani

Quid ani  
mæ nos  
stræ crea  
tio.

mæ ortū ad esse, creationem dicere possumus. nā & ipsas  
supercelestes & beatas substantias: quæ in sua duratione  
(seu sempiternitatē seu euiternitatē nūcupem?) totæ simul  
oriūtur (nā impertes sunt) creatas esse asserūt. Et successi  
uā, & tēporalē nostrī corporis à nōstra anima informatio  
nē nostrā gñationem dicere possumus. successiuā aut nos  
stræ animæ informationis desistentiā: nostrā corruptionē.  
Enā. Cōcipio. Si quis à me sciscitare, quid hominis gñas  
tio sit: protinus subiūgere possem, hominis gñatio est suc  
cessiua & tēporalis à rationali anima corporis iformatio.

Quid ho  
minis ge  
neratio.


quemadmodū si īterrogaret quid leonis generatio. haud  
male responderem successiuā, & tēporalē esse à leonina  
forma corporis informationē. Et si quid hominis corrup  
ptio sit: similiter subiūgere possem. hominis corruptio  
est successiua, & tēporalis rōnalis animæ ab iformatiōe  
corporis desitio. One. Sanē quidē. Hoc tamen interest, q̄  
id illa tota tēporali & successiua parte post partem cor  
poris informatione: rationalis anima tota est. non autem  
leonis anima: aut cuiusq̄ alterius rei naturalis forma: in  
toto suæ successiuæ, & tēporalis informationis tempo

Quid ho  
minis cor  
ruptio.

re est. Et rationalis anima in toto successiua & temporalis  
desistentia informationis tempore est: qua quidem desistentia in  
formatiōis facta: adhuc manet & subsistit. At leonina for  
ma aut cuiuscūq; alterius rei sensibilis, neq; desistentie in  
formationis tpe manet, neq; ea facta vsq; subsistit. Enan.  
Ita intelligo. nam leonis & ceterarū rerū sensibiliū corrup  
tio substantiæ & formæ desitio est. hoīs aut corruptio (vt  
dixisti & vt mihi ipsi semper cōscius sum) nō substantiæ  
& formæ desitio est, sed remanentis separatio. One. Pie d  
Enāti. & ea ex parte substantias superiores respicit: quarum  
substantiæ, aut inceptio, aut emanatio, creatio est. Et quarū  
desitio vnquā nihil est. Nā deficere sua natura nō possunt.  
Animæ igit nostræ desitio: nihil est. Enan. Nihil certē: &  
hæc mihi rectē videtur. One. Vis ergo Enāti ad dimissum  
propositū reuertamur? Enā. Volo. Attamē cognoscere des  
yderabā, cur corpus nostræ aīx carcerē vocasti. sed aprior  
aliquē forte dabitur locus: nūc aut de puncto prof. quere.  
¶ Momento inquis emergit punctū: momentoq; ortū va 44  
nescit. One. Inquo. Enā. Cū ergo pūctum momēto abijci  
tur: an punctū emergēs nouū simul cū primo, eodē sit mo  
mento? One. nō simul sunt, at se simul expediūt: ita vt eorū  
vnū in illo sit momento, & alterū non sit, quēadmodū

Motū ac  
quisitiuū  
& deper  
dituū eo  
dē tpe se  
absolui.

h k l i



motus acquisitiuus & deperdituius se simul absoluūt. vt  
gñatio & corruptio, rarefactio & densitatis abiectio, cale  
factio & frigoris pulsio. at expulsiuis, deperdituiuisq; quāti  
tatis & qualitatis molibus: nomina posita nō sunt. Enan.  
Ita oportet. Sed perge id in motibus ostēdere. One. Sint a  
b, & c d, duo æqualis molis subiecta. quorū signatæ par  
tes vnus: signatis partibus alterius æquales sint. & a b  
æqualiter secundū molem albescat: & c d à nigredine defi  
ficiat. quod denigrescere dicamus, cum nobis aptius nos  
mē nō succurrat: fiantq; hæ mutationes (quarū vna acqui  
sita est, & altera deiectiona) in tempore h i, & partes in par  
tibus: quid igitur albedinis in tempore h k acquisitum est  
& quid nigredinis deperditū? Enā. Albedo a e acquisita  
est: & deiectiona nigredo c g. One. Et in tēpore h l? Enā. albe  
do a f acquisita est: deiectiona nigredo c h. One. Semp æqua  
lis molis. Enan. Semp æqualis. One. Et in tempore h i



Enan. Totā prorsus albedo a b confecta est: & tota nigredo c d depulsa deiecta q̄. One. Nōne igit̄ illa albatio, & denigratio (denigratio nē voco continuā nigredinis abiectionē) se simul absoluūt: vt quātū cōtinue, sit vni⁹. simul, eodemq̄ tpe cōtinue nō sit, deficiatq̄ tantū alteri⁹? Enan. Sic est. One. Et si harū mutationū vtrancq̄ fieri intelligas in eodē subiecto vt in c d: nōne se simul absoluūt in subiecto c d? Enā. Simul. vt prius in subiectis æqualibus. One. Ita vt quo tēpore pars c g omnino albescat: vt in eodem tēpore eadem pars c g omnino denigrescat. Et in quo tpe præcise parta sit albedo in c g: nihil amplius nigredinis sit in c g. & ita de quacūq̄ altera parte æquali, & de toto? Enan. Simile certe. One. Ex hoc facile perpēdere possum⁹ quo pacto in rei successiua generatiōe, nihil duarū substantiāliū formarū eidē parti materiæ simul affit: vt si in tēpore h k substantialis forma acquireretur in c g: tantū dē formæ substantialis oppositæ abiret, abijcereturq̄. & de singulis alijs quibuscūq̄ partib⁹, & de toto simile iudiciū est. Enā. Simile. One. Et si in tēpore h k acquirīt raritas in tota parte c g, nōne in eodē tempore h k depelletur densitas c g? Enan. Necesse est: alioquin se occuparēt dimēSIONES. One. Ingenue ergo fateris motum acquisitiuū, depulsiuumq̄ substantiæ: quātitatis & qualitatis: se simul absoluere. Enā. Fateor. One. Ita est & de pūcto. Sicut enim motuū acquisitio & deperditio se simul tēpore absoluūt: ita & momentearū mutationū ortus & abolitio, eodem se absoluūt

45 momēto. ¶ Et sicut punctum absq̄ tēporanea mutatione Quidd li  
oritur: ita & lineā & superficiē contingeret, si simul quicq̄ neq̄ sup̄  
totum diuidi cōtingeret, quod & forte cōtingit in duarū cies sine  
aquarum contactu (se enim bene momento contingunt) successiōe  
quæ si tunc se cōtinuent ac vniant: in nūc & momēto orta acgrant̄.  
sunt pūcta, lineæ & superficies aut saltem abiecta. Enan.  
Ita est. One. Et quis in ortu, abiectio neq̄ lineæ & superfis  
cies, successio esse possit: hæc mihi accidētaria videt̄, neq̄  
ab illis quicq̄ moueri dici. vt neq̄ a punctis aut ortu aut  
deletionē, vnde manifestū fieret omnē augmentationē, &  
diminutionem, & rarefactionem, & cōdensationē solum  
fieri, aut suscepto corpore, aut corpore deperdito. nūquid

enim superficies corpori addita, aut ipsi ablata: efficit ipsum aut maius aut minus. Enan. Non certè. neq; linea superficiei addita eam efficit maiore: vt neq; punctum additum lineæ eam efficit maiore. aut sublatū, minore. One. Attamen linea lineæ addita: eā efficit maiore. & superficies superficiei addita: superficiem. Enan. Sic est. ideo mihi iterū apparere facis: nullo adhibito corpore fieri posse augmentationem. One. Quo pacto? Enan. Nam eadem cera aliquādo longior est: nullo aut adiecto, aut deperdito corpore, aliquālatior. hoc autē esse nō potest, nisi à linea & superficie. q; linea addita lineæ eam efficit maiore: & superficies addita superficiei: superficiē maiore. quemadmodū huius rei me admonuisti, & sicut corpus additū corpori, totum efficit maius. One. Hoc d' amice partiū distractione puenit, sicut si digito aquā, longā per planitiem extendas: partes prius secundū latum cōtinue (ipsis à sua prima continuatione distractis) secundū longū cōtinuantur. & nō modo lineæ lineis additæ sunt, sed & superficies superficiei, & corpus corpori, ideo cera hæc longior dicitur: q; habeat non modo lineas actu longiores quā prius, sed & superficies & corpus. Attamen non aptè eam dixeris auctam, minutā, rarefactam aut condensatam. Enan. Video iam sic esse: vt neq; si diuisero lignū secundū longum in quatuor partes: quæ secundū longū additæ longitudinē octocubitā efficiant, cū indiuisum lignū solū longitudine bicubitū esset, q;uis partes illæ continuè intelligantur: nullus dicet lignū illud auctū, minutum, rarefactum aut densatum. One. Ita mihi videtur. sed hanc extensionem quæ partiū distractione & locali motu prouenit: ego & Homophron dudum missam feceramus. Enan. Et consultè quidē. non censeo multam operam in illa discutienda esse terendam. Sed superest vt de cōtrarietate & alteratione nobis aperias: si cōmodè id fieri queat. quam rem si feceris, nunq̃ tibi hodie quidq; molesti erim⁹. One. Nihil mihi molesti estis modo possim. Enan. Id te posse confidimus. præcedentium discussio: te id posse magno nobis est argumento. Incipe dum voles. One. Quandoquidē vobis ita persuadetis: libes vobis obsequor, & quod possim (vt dixi) efficiam.

Obiectio

Solutio.

**Q**Uod in quantitate extensio est, in qualitate est  
 intēssio, & in latione successio; estq; vnū alterius  
 apta similitudo. Enan. Eum qui discit Onero  
 pole; credulū esse necesse est. Et idcirco nos tibi  
 in hoc assentimur: quo à te quod reliquum est discamus.  
 One. Nos iuuabit quodd de rari & densi cōtrarietate iam  
 percipimus. Enan. Quo pacto? Nam sicut res quæ actu  
 sunt; magnitudine, & paruitate natura determinatæ sunt;  
 ita duratione & durationis p̄ensione & breuitate. Hinc  
 δ Enanti pendent rerum periodi: & vnum alterius apta  
 est similitudo. Itidem & res intensione & remissione natu  
 ra determinatæ sunt. Et reuera philosophari de qualitātū  
 intensione & remissione & earum contrarietate; est philo  
 sophari de magnitudine & paruitate & quantitatum con  
 trarietate. Enan. Manifestius id nobis aperi. & primum  
 mihi expedire videtur vt nobis manifestes, an solum tota  
 qualitas toti qualitati sit contraria: an & pars parti. One.  
 Sequar quod me trahis. si sit a b corpus densum quadricu  
 bitum: quod totum fiat rarum, acquiratq; quantitātē rarā  
 c h i k d. Arbitraris ne totam dimensionem a b, toti dimē  
 sioni c d esse contrariam? Enan. Etiam. nam eidem subie  
 cto vicissim assunt: à quo mutuo se expellant, necesse est.  
 One. Et quartam partem c h (quantacūq; sit) productam  
 in tota materia a e: arbitraris ne etiam contrariari cubitali  
 a e? Enan. Ego quidem arbitror. quandoquidem eidem  
 subiecto a e vicissim assint; & nunquā simul se eidē adesse  
 permittant. One. Nam se occuparent. nōne ergo tota di  
 mensio a b: cōtrariatur toti c d? & pars vt a e: parti vt c h?  
 Enan. Sic est. One. Et si c h aduenisset materix e f: nōne  
 densam dimensionem e f expulisset? Enan. Nimirū expu  
 lisset eadem ratione. One. Et si aduenisset materix f g: ex  
 pulisset dimensionem f g. & si materix g b: expulisset cu  
 bitalem dimensionem g b. Enan. Indubiē. One. Est igitur a e f g h  
 c h: cuiuslibet cubitali a b contrarium. Enan. Est vtiq;. One. c h i k b  
 Et ita de h i, & i k, & k d, ne ceterum argumentum, ostē  
 deremq; vnumquodq; ipsorum vniciq; cubitalium a b:  
 esse contrarium. Enan. Consimiliter certē. One. Ita amice  
 tota qualitas toti qualitati quam expellit abit contraria;



vt tota expellens dimensio : toti expulſæ dimenſioni.  
Enan. Nihil minus. & totas adinuicem abire contrarias,  
minus in cōtrouerſiā venit : præſertim cū intenſæ fuerint.

**Obiectio** ¶ At quid de partibus ſentiendū ſit & de iſtis cū remiſſæ 47  
fuerint: ambigendū eſt. nam & pars parti, & ipſæ remiſſæ  
in eodē ſubiecto & ſecūdum eandē partē : ſe ſimul admiſ-

**Solutio.** tere videtur. One. Attamē totā toti eſſe cōtraria & partem  
parti: nobis dimenſio inſinuat. Enā. Mihi quidē non ſatis.  
One. Dic age, cū incipit a b rareſcere à parte a, ita vt acqui-  
rat c h & nihil vlti<sup>9</sup> : nōne ſtat c h in materia a b cū e f,  
f g, & g b: quæ ſua tñ conceſſa ſunt eſſe contraria : neq; ſe  
mutuū expellūt : imō neq; vnq; expellerent. Enan. Sic eſt.  
Onero. Perpendisne id eſſe, quodd rara dimenſio c h non  
adueniat in ſitu e f, aut alicuius aliorum cubitaliū. Si enim  
adueniſſet: proculdubio quodcūq; illorum abieciſſet, vt  
abiecit a e, alioquin ſe occupaffent. Ita ne ſentis? an aliter?  
Enan. Sic rectē. One. Et nunq; ſe expellūt, niſi ſimul adue-  
niant ſecundum extenſionem, ita vt niſi alterum expelle-  
retur, abijcereturq; : ſe occuparent. Enan. Eſt vt ais. One.  
Et quod in dimenſione extenſio eſt: in latione eſt ſucceſſio,  
& in qualitate intenſio. Et quemadmodum dimenſiones  
extenſione ſe ſe occupare nequeunt, ita neq; lationes ſuc-  
ceſſione, neq; qualitates intenſione. Si enim decem peda-  
lia ſe ſe occuparent: decem pedalia ſolum tantū atq; vnum  
occuparēt. Et ſi decem horæ ſe duratione occuparēt: decē  
horæ ſolum tantum atq; vna durarent. Ita ſi decem qualis  
tatis gradus ſe intenſione interciperēt occuparētq; decem  
gradus ſolum tantum intenſi, atq; vnus apparerēt. vt decē  
caloris gradus ſe intenſione penetrātes, ſolum tantum cal-  
loris (vt vnicus) inducerent. Enan. Gaudeo Oneropole  
hæc à te audire & diſcere. Sed perge: moror cognoscere  
quid inde facturus ſis. One. Omnia cubitalia & pedalia:  
dimenſiones ſunt extra ſe ſecūdum extenſionē. & omnes  
horæ & horarū minuta: lationes ſunt extra ſe ſecūdū ſuc-  
ceſſionem, & durationē. Quid igitur qualitatib; accidet?  
Enan. Videre videor quod tua tēdat interrogatio, & cenē  
mihi qualitatibus rectē accidere videtur, omnes ſuos gra-  
dus extra ſe inuicē eſſe ſecundū intenſionē. One. Sanē cōces

pisti. Enan. Pulchrā cōiecturā mihi fecisti, & haud dubita  
uerim verā: quō duorū lucidorū lumina (etsi in medio se  
intendāt) nunq̃ tñ se permisceāt, confundantq̃ (vt aiūt in  
spectiui) sed distincta se mōstrēt. One. Sit igit̃ caliditas l m  
& frigiditas n o: toti caliditati l m, contraria. Enan. Esto. l p q m

One. Intelligam⁹ utrūq̃ in tres partes intēsiōne æquas di  
uidi. vt l m: in l p, p q & q m. & n o: in n r, r f, & f o. Manife  
stū est totā frigiditatē n o aduenientē subiecto l m: expelle  
re totā caliditatē l m. Enan. Haud dubiū est. One. Et si n r  
adueniret l p secundū eundē intēsiōnis situm: expelleret l  
p. nā se intēsiōne occupare nequeūt, permiscere, & confun  
dere: vt diximus. vt dimensio c h adueniens secundū eun  
dem extensionis situm dimensio a e: ipsam expelleret.

Enan. Mihi iam quidem perspicuū est. One. Est igitur pars  
frigiditatis n r contraria parti caliditatis l p. vt quæ eidem  
subiecto vicissim assint: à quo se expellant mutuo. Enan.  
Sic indubiē est. One. Et cuiusq̃ reliquarū partium l m, se  
cundū suæ intensionis situm aduenisset: itidem ipsam per  
pulisset. vt si aduenisset secundū situm p q: pepulisset p q.

Enan. Eadem ratione vt l p. One. Et si secundū situm par  
tis q m: pepulisset q m. Enan. Eadem ratiōe q m. One. Est  
igitur frigiditatis pars n r: contraria parti caliditatis l p, &  
p q. & q m. Enan. Est indubiē. One. Et quilibet gradus  
qualitatis cuiuslibet qualitatis: contrariæ gradui contrarius:  
vt de dimensionibus & dimensionū cubitalibus dixim⁹.

Enan. Eodem modo. One. Vides ergo quomodo philoso  
phari de dimensionibus: est de qualitibus philosophari.

Et retro agitur: de qualitibus philosophari: est philoso  
phari de dimensionibus. Enan. Percipio hæcenus quodā

48 modo, sed non quantū cupio. ¶ An tu ais idem simul ei  
dem inesse posse, cum se debeant mutuo expellere. One.  
Non simul. Enan. Age iū concessimus n r, & l p esse con  
traria. One. Concessimus. Enan. Et in eodē subiecto & ea  
dē subiecti parte sit l p. & p q. One. Verū, quia extra se nō  
sunt secundū extensionē, & si n r aduenit secundū situm  
intensionis p q, delet p q, & non l p. One. Verum eis. Enā.  
Sunt igitur n r, & l p (quæ adinuicem sunt contraria) in  
eodem subiecto & eadem subiecti parte & simul. One.

Obiectio

**Dilutio.** Acutissimè d̄ Enanti. verū secundū sanā (quā solā ego & tu & quærim⁹, & curam⁹) intelligētīā plura quā debueris intulisti. nā id tecū sentio, n r, & l p, eidē subiecto & eidē subiecti parti adesse. At nō simul. Nā extra seinuicem esse iā cōcessimus. Cōtrariorū em̄ natura est: nō posse eidē subiecto simul adesse. Si quantitates sint: nō posse quidē simul extensione eidē subiecto adesse. si qualitates simul intensione, & si contrariæ lationes: simul duratione, successioneq; sunt ergo n r, & l p, in eodem subiecto: sed nō simul. nā se intensione nō occupant. Enan. Et rationabile id quidem. sed dabis veniam, id me fefellit quōd solū adesse simul tēpore aduertebam. vt pleriq; expositorū mihi aduerrere videntur. One. Et si contraria simpliciter simul tempore eidē subiecto & eidem subiecti parti adesse non possunt; qualitatis tamen contraria secundum quid, id nō exigunt: sed non adesse posse simul intensione eidem subiecto, & simul extensione & intensione: sub modo simul tempore & successione à Philosophis intelligūtur. est em̄ vnum, aliorum apta similitudo. Enan. Quæ contraria simpliciter, & quæ qualitates secundum quid cōtrariæ: postea dicturus es. ¶ Sed hanc adhuc mihi excute dubietatē: 49

**Obiectio** quomodo ergo duo similis dimensionis cubitalia non sunt cōtraria: cum se simul extensione nusquam admittere queāt. & duo calidatis gradus: qui simul extēsiōne stare nequeunt: vt neq; vnus caliditatis, & vnus frigiditatis: ne se intensione occupēt. One. Forte tenes quid hic respondendum sit. Enan. Si teneo: cupio te audire an mecū sentias. One. Multum refert: d̄ amice Enanti quin duo similis dimensionis cubitalia contraria sint, aut duo similis qualitatis gradus. nam non plurimum distant: neq; vnum simul alteri aduenire & ipsum expellere natum est. Contraria autem & maximè distant: præsertim simpliciter & maximè contraria: & eidem subiecto simul aduenire & se mutuo expellere nata sunt. Enan. Id ipsum mihi coniectabam. One. vides ergo quo pacto c h raritas in eodem subiecto stat cum densitate opposita e f, f g, & g b. Enan. Video equidem. One. & id quidem maximè fieri potest: nam vna cum illis secundum extensionem nō est.



Et quomodo n r frigiditas: in eodē subiecto & eadē subiecti parte sit cū qualitate cōtraria l p, & q m. Enā. Et hoc  
 50 idē. One. Nā simul secū dū intensiōe nō adueniūt. ¶ Et si  
 quis à te sciscitare? cur poti⁹ c h abiecit a e, quā e f. quid  
 respōderes? Enā. Potior siquidē ratio est: nā situi dimēsiō  
 nis a e aduenit, & nō situi e f, aut alicuius reliquarū par  
 tium. One. Et recte quidē. Et similiter cur potius gradus  
 frigiditatis n r deleuerit gradum caliditatis p q: quā ali  
 quem aliorū? Enan. Quia secundum intensiōem p q ad  
 uenit: & nō aliorum? One. Potior igitur ratio est cur hunc  
 gradum quā illum potius expellat. Enan. Est certē. nam  
 hunc solum depellit: cui secundum intensiōem aduenit.  
 quemadmodū cubitale solā cubitalē quantitātē: cui secū  
 dum extensiōē adueniebat. One. Nunc à quātitate pressū  
 dium sumis. Enan. Sic à te doctus: per quantitātē de qua Instantia  
 51 litate philosophor. ¶ Vnum tamen adhuc à te doceri cup  
 pio. quo pacto eueniat duo remissa eidem subiecto & ei  
 dem subiecti parti adesse posse: nō autē duo intēsa. quod  
 tamē mihi posse videtur: si duo intēsa extra se secundum  
 intensiōē (vt & duo remissa) veniant. One. Vnū quodq  
 d Enāti eo modo quo fit natura fieri permittitur. Et vnū  
 quodq magnitudine, paruitate, raritate, densitate, durā Dilutio.  
 tiōe: & intensiōe: natura determinatum esse diximus.  
 Enan. Diximus. One. Et natura maximo: nullum alterū  
 natura maius esse potest. Enan. Nullū. One. Et natura ra  
 rissimo aut densissimo: nullū natura, aut rarius, aut densius.  
 Enan. Sic est. One. Et diuturnissimo aut mora correptissi  
 mo: nihil diuturnius aut mora correptius. Enan. Nihil.  
 One. Et natura intensissimo, vt calidissimo aut frigidissi  
 mo, nihil natura intēsius, calidius, aut frigidius. Enan. In  
 dubiē. One. Alioquin daretur maius maximo: quod na  
 tura nō sustinet: neq; minus minimo. Enan. Ita oporteret.  
 One. Age nunc: quid calidius igne, & quid igne rarius?  
 Enan. Nihil natura aut calidius: aut rarius existimo. One.  
 Sic esse inter nos statuamus. Erit ergo ignis natura cali  
 dissimus. Enan. Erit sanē. One. Et ubicunq; vnum contra  
 rium est, alterum aduenire natum est: tum intensiōe,  
 tum extensiōe; alioquin se ab eodē subiecto non ex

pellat. Enā. ex superiore sermone cognitum est, vt neq; dū  
 mēso dimēsiōnem expelleret: nisi simul secundū extēsiōnē  
 a l coadueniret. One. Et ignis à nobis concessus est calidissī-  
 b mus. Enā. Cōcessus. One. Maximam igitur ignis caliditas  
 m tē in decē partes intēsiōe equas, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, cogita-  
 uōne diuidamus. quarū quālibet: gradum vocemus. hoc  
 c n abs te requiro: an vnus frigiditatis gradus vt l: simul esse  
 possit cū maxima caliditate a k? Enā. Quid phibet? One.  
 d o Nō simul intēsiōne cū a erit: nā duo cōtraria simul essent.  
 Probata sunt autem prius esse cōtraria. Enā. Fateor. One.  
 e p Neq; eadē rōne cū gradu b: aut aliquo aliorū decem noia-  
 torū. Enā. Nō certē. sed nihil prohibet illū gradū extra il-  
 f q los decē aduenire: & eidē subiecto & eidem subiecti parti  
 g r adesse. hoc enim prius intelligebā: cū admissi l simul cū ma-  
 xima caliditate a k esse posse. One. Id ipsum querebam. &  
 h s tibi sic esse videtur: mihi verō secus. Esto attamen vt vis si  
 i possibile est, adueniatq; gradus frigiditatis l eidē subiecto  
 t cum maxima caliditate à k: intēsiōne tum extra a, b, c, d,  
 k & reliquos gradus. Enan. Admitto. One. Vbiq; vnum  
 u cōtrarium naturæ potētia esse valet: illic potest & reliquū.  
 Enā. Pōt. One. Alioquin nō expelleret ipsum: nisi ipsi ad-  
 ueniret secundū ipsius extēsiōnis aut intēsiōnis sitū. Enā.  
 Non expelleret. One. At l frigiditatis gradus naturæ potē-  
 tia aduenit subiecto a k extra decem caliditatis gradus a  
 b c d & reliquos. Enan. Concessum est. One. Illic igitur &  
 secundum eius intēsiōnis situm aduenire potest calidis-  
 tas: quæ ipsum expellat. Enan. Sic oportet. One. Adu-  
 niat igitur. quandoquidem id possibile est: vt x. Enā. Mihi  
 admittendū est. One. vides igitur a x totam caliditatem:  
 & a k & eius partem. Enā. Video planē. One. nō erit igitur  
 a k maxima natura caliditas: aut dabis maius maxi-  
 mo. Enan. Id certē impossibile est: & me pulchē ad id quod  
 desyderabam perduxisti. Et gaudeo me fuisse conclusum.  
 Quid gra One. ¶ O Enanti quo pacto diffinit Astronomus circuli  
 dus circu gradum? Enan. Aliquando tenui: mihi forte nunc ē me 52  
 li secundū moria lapsū est. Credo ipsos circuli gradum vocare eius  
 astron tricentēsimā atq; sexagesimā partem. One. Haud lapsū  
 mos. est, at vero hic non ita nomine gradus vtimur. Quia tae

me nomen positū, aptūq; nō habemus nostrū triū mei, cui  
 & Homophronis instructionis gratia; gradū diffiniā? Quid gra  
 Enan. Quo pacto? One. Sine cōtrouersia in re & nomine dus quas  
 gradus cōcordemus, cōsentiamusq; gradū qualitatis, esse litatis,  
 maximæ natura qualitatis in decē intēssione æquas partes  
 diuise, quālibet decimā, aut decimæ æqualē. Enan. Maxi  
 mā natura qualitatē intelligis (vt arbitror) maximæ natu  
 ræ potestate intēsam. One. Intelligo, Enan. Prosequere vt  
 voles; ipse tecū cōcordo. Ho. Et ego. & eo maximè quidd  
 numerū denariū Pythagorici maximū crediderūt; & seriē  
 numerorū haud vltra procedere. Maximā itaq; qualitātē  
 mihi iuste videris in denariū graduum numerum soluisse.  
 One. Tametsi δ Homophron primæ rerum nominibus  
 impositiones voluntatem, arbitriumq; nostrum sequi vi  
 deatur; operæ precii tamen est eas aliqua ratione muniri.  
 Attamen id me (vt ita describerem) non mouit; sed quidd  
 quamplurimi in intēssione & remissione declaranda; &  
 qualitātū contrarietate; eo vtantur numero, nescio qua ra  
 tione permoti. Tu verò me aliquid altius excogitasti; &  
 ratione tua consentaneū; erit gradū quātitatis vt raritatis,  
 53 aut dēssitatis eo numero diffinire. ¶ Sed de qualitate nunc  
 agimus. Si ergo in aliquo subiecto solum essent quatuor  
 caliditatis gradus a, b, c, d: an caliditas hæc intēsa esset an  
 remissa? Ho. Enantius responsiones alternare inceptauit:  
 suū est & nunc respōdere. Enā. Ego vero dicerem esse re  
 missam. One. Et bene. Sed admitterēt ne secū quatuor frī  
 giditatis gradus, vt l, m, n, o? Enan. Admitteret. dūmodo  
 simul ipsis secundū suæ intēssionis sitū nō aduenirēt. nam  
 extra sitū maximæ caliditatis nō aduenirēt. One. Optimè.  
 Maxima enim caliditas decē est graduum. cōcederes ergo.  
 ipsam & quinque frigiditatis gradus secū admittere & sex.  
 nā quatuor & quinque sunt nouem; & quatuor & sex sunt Quodd v  
 decē. Enā. Concedere, vtriq; enim gradus; maximæ calidi nus gra  
 tatis sitū nō excederēt. One. Vtrū septē? Enan. Non indu dus cal  
 biē, cum quatuor & septē maxima natura caliditate mas ditatis nō  
 ius efficiāt, alioquin darem maius maximo. One. Ita tecū expellit  
 54 sentio. ¶ Sed essetne possibile, vnum caliditatis gradum; duos frī  
 duos frigiditatis pellerē; aut cōtra? Enan. Mihi certē non giditatis.



videtur. One. Quo pacto id? Enan. Cum omnes caliditas  
 tis gradus, intensione in ea significatione qua hic utimur,  
 concedamus esse æquales; tantū intensione occupat vnus  
 quātum vnusquisq; reliquorū. Quemadmodū magnitudo  
 dinū æqualiū quātū extēsiōne occupat vna earū: tātū oc-  
 cupat & vnaquæq; reliquarū. One. Optime ais. Enan. Et  
 idcirco iure mihi videt̃ vnūquēq; caliditatis gradū tātum  
 depellere frigiditatis: quātum & quēcūq; reliquorū. One.  
 Iure. Enan. Si igit̃ vn⁹ caliditatis gradus duos frigiditatis  
 depellat: duo depellent quatuor, & quinq; decē. One. Ver-  
 rissimū. Enā. Fiat ita, quinq; caliditatis gradus maximam  
 depellēt frigiditatē. Et quia maxima caliditas decē gradus  
 obtinet, aduenient igit̃ alij quinq;, qui extra quinq; præce-  
 dentes erūt: ne se occupēt. One. Intensione scilicet. Enan.  
 Sic intelligo. Et cū primū quinq; caliditatis gradus: decem  
 graduum frigiditatis situm obtineant, si reparentur ergo  
 decem frigiditatis gradus: eundem situm obtinebunt. &  
 cum maxima frigiditate nō modo stabit vnus caliditatis  
 gradus: verum quinq; aut dabitur maius máximo, & ma-  
 xima frigiditate maior. quæ sunt impossibilia. One. Planē  
 ḡ Enāti vt res sese habet tenes: Enā. Sed gratia tua ḡ One-  
 ropole. Onero. Vides ergo quo pacto cōtrariæ qualitates  
 remissæ, se eidem subiecto adesse eodem tempore sinunt,  
 intensæ autē minimē. Enan. Et id equidem beneuolentia

Cōtrariæ tua percipio. One. ¶ Et sunt cōtrariarū qualitātū nōnuli  
 rum quæ læ, quarum neutra eidē subiecto & eidem subiecti parti  
 litatū dī cum altera: aliquid sui eodem tēpore adesse permittit, quæ  
 uisio. si sint extremæ: maximē in suo genere distare dicuntur. &  
 maximē & simpliciter contraria. Enan. maximē & simpli-  
 citer cōtraria (vt puto) qualitatis. One. Rectē, vt maxima  
 caliditas & maxima frigiditas. Aliæ vō sunt quarū vtræq;  
 cum altera eidem subiecto & eidē subiecti parti se simul  
 tempore admittit: at non simul intensione. Et hæc secun-  
 dum quid contraria dicere possumus. nam nō simpliciter,  
 maximēq; distant: neq; simpliciter & maximē sunt cōtra-  
 ria. vt quatuor caliditatis gradus & totidem frigiditatis.  
 Enā. Et id rationabiliter quidē. One. Sunt & alia qualita-  
 tis contraria, quorum vnū nihil alterius secum in eodem  
 subiecto

subiecto & eadem subiecti parte admittere potest: at alterum alterius aliquid secū valet admittere, vt maxima caliditas & quadrigradualis frigiditas, quæ aliquid secū maximæ caliditatis optime patitur: vt duos, tres, quatuor, quinque, aut sex caliditatis gradus. Et hæc contraria maxime & simpliciter nō sunt; neque maxime distāt (quadrigradualis enim frigiditas; maxima non est neque secundum quid dici merentur contraria. Nam eidem subiecto se sibi multoties adesse nō permittunt. Enan. Verum ais. Sed Quid cō quo pacto ergo ea nominabimus? One. Vos ipsi nōia in traria neutra. Ho. Ea cōtraria ego neutra aut mixta vocare. neutra tra siue quidē: quod neque simpliciter & maxime cōtraria sint, neque mixta, secundum quid, mixta verō: quod vnū talis contrarietatis extremū, maximū sit, & ad maximā pertinet cōtrarietate. alterum autē nō sit maximū, sed ad eā (quam audiuius) secundum quid pertinet cōtrarietate. One. Apte mihi d. Homophron nomē indidisse videris, contrariorū igitur qualitatis: hæc simpliciter & maxime sunt cōtraria, hæc secundum quid, hæc verō neutra aut mixta. Enan. Assentimur. ¶ Sed vellem d. Oneropole nobis hanc maximā distantiam in alijs cōtrarijs detegeres. In qualitate enim nudam, detestamur, fat nos habere arbitror. Oneropolus. O Enanti coges nos in longū deducere sermonem. Et cū de qualitate perieris (qua te dixisti futurū contentum) nos aliud impellis: minime pollicito contentus. Enantius. imo d. Oneropole mihi abs te maxime omnium satisfactū censeo. & non modo contenti: verum quod contentissimi ego & Homophron abs te abibimus. Sed de contrarietate & intensione sermonem fieri postulauimus, supplicesque rogauimus. Contrariorum autē natura haud quāquam plene nosci poterit: vbi quod frōti descriptionis adiectum est, ignotum nos latuerit, adiectum enim est: maxime ab se inuicem distare. Sin minus precib⁹ Aristei & nostris acquiescas: vt Aristeus olim variū multiformemque, Protei fa veridicum tamen Protea brachijs & vinculis implicuit, hūlam ex compulsiū verum fateri, ita quoque ego & Homophron iij. Geor. brachijs te implicabimus: cogemusque quod quærimus te gicorum nos docere. One. Comis es d. Enanti, & pulchre me cogis Virgiliij emerita Milonis brachia timentem; vestris petitionibus require,

acquiescere. Vos ergo uterq; requiritis: quæ sit aliorum contrariorum maxima distantia. Enan. Nos id ipsum. One. In quantitate: maxima materie extensio (quam maximam raritatem nuncupamus) & eiusdem minima extensio (quam maximam nuncupamus densitatem) maxime à se invicem distant. Suntq; reuera rarissimum & densissimum in quantitate, calidissimum & frigidissimum in qualitate. Et maxima sursum latio natura, & maxima deorsum latio: maxime distant. Suntq; contrarie simpliciter: lationes, & maxime successione distantes: ut calidissimum & frigidissimum maxima intensione distant. Estq; maxima sursum latio ut ignis: maximæ caliditati assimilis. & maxima deorsum latio ut terræ: assimilis maximæ frigiditati. tantumq; inter se hæc duæ lationes nature diversitate discrepant: quantum inter se maxima caliditas, frigiditasq; maxima. Et motus q; non sunt maximæ lationes ut aeris & aquæ medio modo nature diversitate distat, ut medij inter se colores. Et ad maximas lationes & secundum rectam successiones sese habent, ut medij colores ad extremos, albedinem scilicet & nigredinem, id tamen in qualitatibus notum: peruiumq; habet: in lationibus aut latentius. Enan. In qualitatibus notum, nec iniuria ut mihi videtur. nam hæc ut caliditas, frigiditas, albedo, nigredo: sensibilia sunt, propria. Alia verò contraria, ut dimensiones & motus: cõia sensibilia sunt, propria autem sensibilia nobis notiora. One. Non est futilis tua ratio. Sed age superius dicta paucis recolligendo perstringamus. unde putas contrariarum

Vnde cõ- qualitatum maximam distantiam puenire? Enan. A contrariariorum qualitatum maxima intensione. One. In quantitate: maxima distans. Enan. A maxima dimensionis raritate & maxima densitate. One. Et in latione? Enan. A maxima lationum successione: quæ secundum maximam diversorum locorum distantie rectitudinem sumitur, ut arbitror. One. Recte ubiq; ð Enati responsi disti. dumodo extremarum qualitatum maximam intensione intellexeris. ¶ Sed age ð Enati, si duo contraria sic suapte natura maxime à se invicem semper distarent: q; neq; per intensiorem, extensionem, aut successionem: ita ut ijs ad maxime distandum nihilo vnq; egeant: nõne hæc contraria magis tibi contraria esse videntur qualitatibus cõtra-



his, dimensioibus & latioribus? Enā. Mihi quidē. nā sua Quod cō  
 natura magis distaret. One. Et duæ extremæ substantiales traria sub  
 formæ (vt ignis & aquæ) sub eodem genere contentæ: ei stātiaue  
 dem materiæ & subiecto vicissim assunt, à quo se mutuo riorem ha  
 expellunt. Enan. Hæc vera sunt. One. Et semper æqualis beat q̄ ac  
 ter à seinuicem distant & dissentiunt. Enan. Semper. One. cidētia cō  
 Nam ipsis neq; intēso: neq; extēso cōpetunt. Sed an q̄ trarietate,  
 alteri magis dissonū & contrarium esse putas: atq; forma  
 ignis dissona, oppositaq; formæ aquæ? Enan. Nihil. One.  
 Contrariæ ergo tibi videtur. Enan. Certe. One. Et semper  
 maxime distare. Enan. Etia. One. Magis ergo pprie in sub  
 stantia contrarietate reperiri arbitraris q̄ in quātitate, qua  
 litate, aut vbi. Enā. Ita arbitror & opto tuam ipsius sentē  
 tiam cognoscere. visa est mihi huc tua ratio tendere. One.  
 Tendebat indubie. Et ego in incōpletis substantijs primā  
 & verissimam omnium sentio esse contrarietatem, in acci  
 dentibus autē posteriorem. & quæ sit illius verē quædam  
 similitudo, & à qua vt à primo suam totam contrarieta  
 tis virtutē assumat. Enan. Gaudeo cognoscere tale tuum  
 esse iudiciū: & videor mihi clarius intelligere rerum prin  
 cipia cōtraria esse. ¶ Vellem tamen cognoscere: an omnia Quod nō  
 substantiaalia contraria, maxime hoc modo contraria sint. oēs formæ  
 One. Non puto d̄ Enanti: sed sola illa quæ extrema sunt. substātia  
 Hac de re addidi, extremæ substantiales formæ. Nam me les sint q̄  
 dix contrariæ formæ vt forma aeris & aquæ sic distant, cōtrariæ.  
 sicut maxima flauities & maxima rubedo. Et ideo sicut  
 in medijs qualitib⁹ ex maximæ mediæ distant quæ ma  
 ximā habet intensiōē: vt quæ nunq̄ aliquid earū alterius  
 secum admittant, aut daretur maius maximo. ita medijs  
 substantijs contrarijs semper ipsæ: maxime mediæ distant  
 sicut & extremæ semper maxime distant extremæ. Enan. Quod in  
 Intelligo has medias substantias: semper æqualiter & mā medijsfor  
 xime medio modo distare. & magis quidem q̄ medijs cōmisubstā  
 lores: quos contrarietatis noīe censemus. vt flauities & ru tialibus sit  
 bedo. nā nō maxime sua natura medio modo distant: sed maior dī  
 maxima intensiōe, & mediæ substāciales formæ sua natu stātia quā  
 ra semp hoc mō maxime distāt. One. Vt qb⁹ itēso, extēso, in medijs  
 aut successio non cōpetat: sed semper sua natura maximæ coloribus

sint. Nimirum ergo videri debet si duæ contrariæ qualitates, aut mediæ, aut extremæ, se in eodē subiecto admittāt. Nam sua natura maxime nō sunt: substantiales aut formæ cōtrariæ (seu mediæ sint siue sint extremæ) aut nō p̄. Enan. Video equidē substantiales formas magis sua natura contrariorū cōditiones retinere, vt quæ magis distet, minusq; se eidem subiecto natura & secundum se & quodlibet sui admittāt, & quæ strictius ab eodē subiecto se funditus eradicent & expellant. Siquidē vnus rei sensibilis: vnus est

Vnius rei primus, princeps & præcipuus actus. Et non modo suum naturalisvni cōtrarium secum nō admittit; sed nec quācūq; alterā for- cāesse for- mā, alteri cuiūq; cōtrarium; ita vt nullū alterū cuiūq; sub- mā substā- stantiale cōtrarium, secum vnq; admittat. quod accidētā- tiale. lia cōtraria, & certe (me cōsentiente) minus cōtraria. susti- nent & admittūt. One. Recte sentis o Enāu. Enā. Tu mihi Oneropole huius intelligentiam aperuisti. Et plura huius rei te percōtarer, nisi iam serus vesp̄er nos ad tecta voca- ret, & nisi te plus æquo lacefferē. Mox vbi parū adhuc de intēsiōne nobis detexeris: ego & Homophrōvale facim⁹. 59

Quod autē aperiri cupimus: id est, āne sicut in qualita- te est intēsiō & remissio: ita in quātitate & latitiōe sit. One. In analogia scilicet. Quod enim in qualitate intēsiō est & remissio: in quātitate maioratio & minoratio est, & in la- tione velocitas & tarditas. Et vt intēsum & remissum vo- cabulum est qualitatibus aptum: ita maius & minus aptū quantitativis, & velox & tardum latitudinibus. Quo fit, vt sicut intensum & remissum speciei discrimen nō arguant: ita neq; magnum & paruum, neq; velox & tardū. Enan. Non vis ergo intēsiōnem respondere raritati: & remissio- nem densitati? One. Non volo. Nam illa specie discrepant si memoriæ cōmendasti quæ superius diximus, omnem maiorem raritatem omni minori, cōpressiori q; raritati esse contrariam, & se habere inter se: vt mediij colores medijs coloribus, aut mediij colores extremis. Et intelligo quam libet maiorem aut raritatem aut densitatem cuiuslibet mino- ri, non quidem secundum molis aut magnitudinem aut paruitatem: sed secundum maiorem aut raritatem, aut densi- tatem. Enan. Ita intelligebam. Nā moles bipedalis ignis

contraria nō est moli eiusdē pedali, neq; totum suæ partis cum tamen hic maius & minus secundum molem locum habeāt: nō tamen illic magis & minus raritudine aut densitate reperiuntur. Contra verò fit vt duo mole æqualia vt pedalis ignis & pedalis aeris: dimensiones habeant contrarias. & vnum vt aer minore raritudine habeat quā raritatem: alterum verò vt ignis maiorem. One. Haud aliter atq; ego concipis, & lationis intēsis est velocitas: & eius remissio tarditas. Quo fit iterum (si intensum ad lationes transferre velimus) vt motus velocissimus: sit & intensissimus. Et si esset natura motus tardissimus: ille esset & remississimus. Et motū cœli circa æquatorē velocissimum: & circa axem tardissimum, naturæ diuersitate non discrepare: tot æquis neq; ambulationē & cursum. Enā. Iure. Nam sola tarditas noctialis, te & velocitate discrepare videntur. ¶ Sed an qualitates oēs consimiliter intendātur? One. Multū refert d. Enāti. Nā Qualitas qualitatum hæc factæ permanēt: vt calor, albedo. Quædā tum intēsis verò cū fiunt, transeunt, euanescunt, quam rem vt liquido sionem suā perspicimus: dic age cū rem quampiam calefacis aliquan scipientiū to tempore, vt exempli causa vna hora quæ in minuta par diuisio, titur, nōne in primo horæ minuto aliquid caloris in re partum reperis? Enan. Aliquid certe. One. Nōne aliquid in secundo? Enan. Aliquid. Forte duplum. One. Et in tertio? Enā. Forte triplū. One. At primū scilicet, & sesquialterum ad secundum. & ita deinceps. Enā. Ita. Nam mihi videtur idem mouēs in æqualibus temporibus (modo tollantur impedimēta) equos producere effectus. One. Quo pacto ergo prouenit vt calor qui in fine secūdi minuti habetur, duplus sit ad calorem primi: cum idem mouens in æquis temporibus equos producat effectus. Enā. Nescio certe. Oneropole. nisi q; forte calor in primo minuto parus: maneat cum calore secūdi. haud habeo quid aliud dicam. One. Et rectē quidem dixisti. nam (vt adduxisti) mouente eodem & mobili eodem, tantum caloris in primo minuto produciē, atq; in secundo, & in quolibet reliquorum. Enan. An si mouentis potentia mutaretur, aut mobilis quāuis substantia, illa manerent, an reputas hic idē mouens & idē mobile manere? One. Minime. Sed solum



quādiu eadem agēdi virtus, & eadem patiendi resistentia fuerint. Et q̄diu vnus totalis illarum virtutum ad alterā totam eadem fuerit proportio. Enan. Sat habeo. & sic esse.

Quod lux oportere itelligo. One. ¶ Sed quid ais cū lucidū aliquod 61  
mē nō est perlucet: an putas eius lumen fixum & iuge idē permanēs  
qualitas p̄ re quādiu perspicuo lucidum præsens astat? Enā. Sic existī  
manēs sed manī. One. Nōne lucidum aliquanto tēpore vt vna hora  
euanida, illuminans: aliquid profert luminis in primo minuto hor  
ræ? Enan. Profert. One. Et eadem ratione tantūdem in se  
cundo? Enan. Tantundē. One. Et si lumen in primo minu  
to partum cū tantillo maneat secūdi, nōne in fine secundi  
minuti duplum lumen erit, duploq; intensius: & se mutuo  
intēdēt: sicut duarū candelarū lumina se mutuo intēdēt  
intensiusq; lumen constituunt? Enā. Haud habeo quid dī  
cam. Ho. Imō vero. Enan. Quidnam? Ho. Te perperā res  
pondisse. Enā. Probe ais d̄ Homophron: ita plane respō  
dere debui. Non enim certamus vt gymnastici sophistæ:  
vane altercantes, & nostram positionem siue iure siue in  
iuria obseruantes. Hoc profecto nostram grādxuam æta  
tem dedeceret: & nobis pulchrius vinci, imō nos ipsi nō  
vincimur, sed nostra ignorātia victi, manemus victores.  
sed sine Oneropolū inceptū prosequi. One. Ego vobiscū  
sentio. & in tertio minuto lumen euaderet triplum: & in  
quarto quadruplū. Quapropter si fixū lumē maneret, sem  
per posteriore cum priori manēte: nulla oculi acies nō mo  
do vnus diei, sed ne vnus horulæ quidē, lumen perferre  
valeret. Enā. Omnino sic oporteret. One. Nō igitur lumē  
& aliæ qualitates: quæ factæ resides, stabilesq; nō manēt:  
vt voces, & specierū diffusiones (quæ successionis s̄ luorē  
imitantur) intēdūtur parte posteriore cū priori manente?  
Enan. Non sic intēdūtur. Quō tamen calor intēdebatur.  
Enā. Haud dubiū. One. Id supra cōcessum est. Non ergo  
qualitates omnes consimiliter intēdunt. Enā. Sequitur.  
nam ex quæ factæ manēt: posteriore cum priori manente  
intēduntur. non autem fluidæ & quæ dum fiunt: dispa  
rent & vanescunt. ¶ Sed quomodo ergo intēduntur lu 62  
men, vox & ceteræ tales euanidæ qualitates? One. Non  
ne duplus ignis in vno minuto horæ duplum calorem

Inducit ad suū dimidium? Enan. Duplo intensiorē. One. Nunquid hoc est per partē priorē & posteriorem? Enan. Non, vt mihi videtur. One. Quid causæ ergo? Enan. Nescio, nisi forte q̄ dupli ignis ad suum dimidium dupla sit moles. One. Moles proprie aut amplior aut minor non in causa est, sed quodd in dupla mole: duplo maior inest calē faciendi virtus. & duę partes candelæ, duplo magis quā altera solū, illumināt. Enan. Indubie. Et id ipsum ignauus respondere debuissē. One. Duę partes candelæ sciuntur, pariter acceptæ: ad vtrālibet seorsum, duplam seruāt illuminandi virtutē, nōne ergo flammæ illæ coniunctæ & in vnā cōflatæ: eandē ad suā medietatem aut alterutrā seorsum seruabunt virtutis proportionem? Enan. Seruabunt. Haud mihi dubiū viliū est. One. Vides igit̄ d̄ Enanti quo pacto hæ euanidæ qualitates vt lumina, vt soni, & voces à maiore producēte virtute intenduntur: à minore verd̄ lentescunt, & remittuntur. & intensiōē à potentia procedere: & remissiōē ab impotentia, vt in latioribus velocitas & tarditas. Enan. Video. One. Et hæc ipsis sola intendendi occasio est, illis verd̄ quæ factæ manent: hæc 63 eadē, & partes posteriores cū priorib⁹ manētes. ¶ Quo fit vt qualitates stabiles & non protinus occidat: duas habeant suæ intensiōis occasiones. Enan. Et hoc iterū vīdeo, & vt ex Hesiodo vsurpat Aristoteles: probum eum puto, qui recte docenti assentit. Te autem d̄ Oneropole optimū: qui per te ipsum plurima noris, & tibi quas possumus ego & Homophron gratias habemus: neq̄ te vltra hodie quicq̄ lacestemus. One. O Enāti ex me nulla noui: verum ab omnibus libens disco. Quod si ab ipsis verum non percipiam: & diuina largitas mihi quicq̄ largita sit (Enan. Est. One. Ipsi d̄ Enanti gratiæ sint) ego omnibus libēs effundo, modo sophistæ nō sint: qui philosophiæ sacramēta rident: & modo alicuius magistri sectæ pertinaciter addicti nō sint: & opinionib⁹ pertinacius obuoluti. Enan. Nec iniuria quidem. Nam hi in philosophia extremo morbo laborant, ego & Homophron te cum primū tibi & nobis bōa facultas aderit: reuiscem⁹, tractabimusq̄ nonnulla alia: summopere abs te p̄discere cupimus. One.

Quomodo qualitates euanidæ intenduntur.

Quodd remissio procedit à virtutis, pducētis impotentia: sicut intensio à potentia.

Quodd qualitates primariæ dupliciter intenduntur.

## PREFATIO INTRODVCTIONIS

Vtinam id possim. cum voletis hoc pectus totū vestrum  
est. Enantius. Volumus quod intra latet. Et tu in hoc vale  
noster Oneropole. Onero. Bene valete d Enanti & Ho  
mophon amici.

¶ Dialogi difficiliū Physicaliū introductorij, Finis.

## IACOBI FABRI STAPVLENSIS

ad Germanum de Ganay consiliarium regium

& decanum Beluacensem: præfatio in

commentariolos introductorios

Methaphysices Aristotelis.



Arithmeticum opus cōsultissime Germane  
tuo fratri dicatum est Gallicanam iustitiam  
moderanti: q̄ (vt peripatetici p̄bāt) omnis  
iustitia, Geometrica ratione dispensando  
vritur: aut Arithmetica commutando. estq̄  
Arithmetica tanq̄ quoddam iustitiæ speculum ac regula.  
tibi verd Theologicū opus tanq̄ sacerdoti diuina myste  
ria potissimū curanti dico, offeroq̄. Memorix enim prodi  
tum est Aegyptios sacerdotes & Chaldaeos magos olim  
diuina mysteria tractauisse, & ab ipsis ad Philosophos  
vsq̄ Manasse. quorum hi per ideas, hi verd per diuinas ra  
tiones philosophati: diuinam philosophiam (quam meta  
physicen, theologiamq̄ nūcupant) nobis reliquerūt. qui  
ideas prædicant: Platonici sunt, qui diuinas, æternasq̄ ra  
tiones sequuntur: Aristotelici. quorū theologia Christia  
næ sapientiæ magna concordia, affinitateq̄, consentit atq̄  
cōiuncta est. Libuit ergo periclitari in libris Aristotelicis.  
& introductorios commentariolos in sex primos meta  
physices libros parare. vt cæteris detur occasio metaphy  
sica diuinē intelligendi: & de pijs philosophis mitius co  
gitandi: quos suo tēpore fecit Deus suos sacerdotes, suos  
vates: & faces quæ ad tempora nostra lucent. Et licet dñs  
(qui omnem hominem illuminat) nondum in mūdo vi  
sibilis apparuisset, ipsis tamen de suo cœlo lucebat: qui est  
lux immensa atq̄ infinita omnibus seculis lucens. hos er  
go cōmentariolos tibi dico: oroq̄, supplex ipsum summū  
bonum, summē ens, atq̄ summē vnum, quo de per tos



tum agitur: vt omnibus legentibus illuceat, & ex parua occasione ad magna & digna ipso cōtemplanda feliciter rapiat ac eleuet. Vale.

PRIMVS DIALOGVS HÆC

Septem & triginta disputat.



Vid hæc vocabula sex: sapiētia, caus  
sa, disputatio, ens, distinctio, cōpa  
ratio: introductionis fronti adiecta  
nobis prætendant.

Sapiētix diffinitio ac declaratio.

Dubitationis nō satis metaphysica  
contemplatione dignæ dilutio.

Quidnam quæstioni, quid respo

dendum sit.

Quæ primæ causæ & prima principia.

Quo pacto interpretatur metaphysica.

Quid sapiens.

Quo pacto interpretatur sapiens.

Quot sapientis conditiones.

Obiectio.

Quod malus, sapiens esse non possit.

Expertum non artificem non experto certius operari: &

nos bisariam artem aliquam acquirere contingere.

Vter honorabilior sit artifex non expertus: an expertus  
non artifex.

Quis sapienti similior, expertus an sensum habens, arti

sex an expertus, architectus an manuoperarius, contem

platius an actiuus.

Sapientem maximè omnia scire vt contingit.

Sapientem difficillima cognoscere.

Sapientem scientiam possidere certissimam.

Sapientem maximè singulorū causas assignare posse.

Sapientis scientiam maximè propter se esse, sciendiq; gra

tia expectibilem.

Sapientem sapiētiam habere principalissimā & omnium  
maximè liberam.

Nos visum maximè sensuum diligere.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

Omne hominem maxime natura desiderare esse sapientem. 22  
Id naturæ desiderium non esse concupiscibilis, irascibilis,  
aut rationalis particulæ: sensum, cognitionemve sequens. 23  
Quod non sit concupiscibilis partis aut animosæ: & ut  
quædam naturæ inclinatio est. 24

Talem naturæ appetitum quo scire, intelligere, & sapere  
natura desideramus: ipsius esse intellectus. 25

Intellectum possibilem ut potentiam scire, intelligere, &  
sapere natura desiderare: agentem vero magis & ut effici-  
cientem. 26

Tale pulchrum naturæ desiderium: non esse affectionem  
quandam intellectui, aut agenti, aut possibili natura in-  
hærentem. 27

Quod voluntas rationalisq; appetitus scientiam intel-  
lectum & sapientiam natura desideret: ut scilicet amabi-  
lia, voluntateq; affectabilia sunt. 28

Intellectus agentis appetitum: reipsa ab intellectus possi-  
bilis appetitu esse distinctum. 29

Naturale voluntatis appetitum & intellectus: omnibus confor-  
mibus modis subiecto idem esse, sola ratione plura, ut agens  
idem est agenti, & patiens possibili, & totus toti. 30

Quod non plures sint intellectus, non plures rationales  
secundumq; memoriæ aut voluntates: etsi in unoquoque eorum  
agens possibile & ex his totum subsistens reperiatur. 31

Appetitum agentem & potentiam unum constituere appetitum:  
& totum nostræ animæ actum cum tota eius potentia unum  
constituere appetitum qui unus est pariter & trinus. 32

Quibus potentijs regantur animalia. 33

Quæ animalium disciplinabilia sunt. 34

Quæ prudentia. 35

Hominem omnium mortalium disciplinabilissimum pru-  
dentissimum & optimum esse. 36

Quod sapientia: humana possessio esse possit. 37

## SECUNDVS DIALOGVS HÆC

decem & septem disputat.

Quid est causas esse secundum speciem infinitas. 1

Quid est eas infinitas esse secundum directum. 2

Quing; nos à veritatis perceptione præpedire. 3

|                                                                                                             |    |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| Causas secundum speciem infinitas esse non posse.                                                           | 4  |
| Quod materiæ rectitudine non prodeant infinitæ.                                                             | 5  |
| Idem de forma.                                                                                              | 6  |
| Idem de efficiente.                                                                                         | 7  |
| Obiectio.                                                                                                   | 8  |
| Idem de fine.                                                                                               | 9  |
| Metaphysicum primas supramundanas causas: & maximè omnium primam contemplari.                               | 10 |
| Veritatem quodammodo facilem, & quodammodo arduam atq; difficilem esse.                                     | 11 |
| Entia à maximè vero suam veritatem sortiri.                                                                 | 12 |
| Rerum optimum opificem per pulchriora, perfectiora & digniora sua opera potius esse intelligendum.          | 13 |
| Omnium existentium principia maximè vera esse, & re atq; subiecto esse vnum, ratione verò multa.            | 14 |
| Omnia entia felicitatis capacia, à primo suam felicitatem trahere: perinde ac à maximè verè suam veritatem. | 15 |
| Quod difficultas veriora naturæ entia cognoscendi, ex nostri intellectus imbecillitate pendeat.             | 16 |
| Quæ percipiendæ veritati obsunt: & quæ eidem percipiendæ adminicularia sunt.                                | 17 |

### TERTIVS DIALOGVS HAEC

quadraginta disputat,

|                                                                                                                                                    |   |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---|
| Quid ens.                                                                                                                                          | 1 |
| Quot subsistendi modi.                                                                                                                             | 2 |
| Ad ens entium & maximè ens oēs entium modos reduci: vt oēs salubrium modi ad salutem, & longe quidè verius.                                        | 3 |
| Ens in ea ipsa significatiōe quæ præsentī disputationi maximè accommodata est, homonymum esse.                                                     | 4 |
| Rerum inferiorum; ordinem superiorum beatorumq; entium ordinem longe veriore in sinuare.                                                           | 5 |
| Mundi intelligibilis intelligibiliū veriores & actus verioresq; potentias esse.                                                                    | 6 |
| Primum actum purissimum & absolutū infinitum agendi vigorem habere: & in supramundanis potentia essentia nomen, & actum nomen esse sibi vindicare. | 7 |
| Quod præter primum nullus alter actus omnino purus sit: & oratione à potentia consortio seingatus.                                                 | 8 |
| An ipse supernæ mentes magis sint vnæ: an potius sua                                                                                               |   |



|                                                                                                                                                                                |    |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| essentia magis sit vna, an suum esse.                                                                                                                                          | 9  |
| Actum suo toto ad subsistendum plurimum egere.                                                                                                                                 | 10 |
| Ipsum esse perfectius esse essentia: magis ens, magis vnū, bonum & verum.                                                                                                      | 11 |
| Materiā maximē substantiarum minus ens, & minus vnā esse censendam.                                                                                                            | 12 |
| Quæcunq; materiam sortita sunt: magis non esse quā esse videri.                                                                                                                | 13 |
| Mentium secundæ seriei dependentiæ: & animam nostrā esse quasi diuinorum splendorum vmbra.                                                                                     | 14 |
| Quodd supremæ diuinæ fortis mētes magis entia sint magis vnæ bonæ & veræ: mox secundæ, deinde tertiæ vsq; ad infimum entium gradum.                                            | 15 |
| Quæcunq; sunt in regione lucis plus esse quā essentia participare: & quæ vnus eiusdem similis & status sint opposita, & quibus ea maximē competant.                            | 16 |
| Cætera à primo à sincera vnitæ, simplicitate, identitate, exemplari & stabilitate deficere: & hæc elementa in homine quantū fieri pōt æqualitatis consonare harmonia.          | 17 |
| Monitio quodd horum elemētorum, ens, vnum, bonum, verum, plenum, potens, necessarium, & cæterorum metaphysice, diuinæq; contemplationi frequens cōsideratio plurimum conducat. | 18 |
| Tres quæstiones quas mouet Eutycherus.                                                                                                                                         | 19 |
| Primæ quæstionis solutio.                                                                                                                                                      | 20 |
| Secundæ solutio, & primam mētium sub primo quatuor subsistendi indigentias sustinere: & à primo quodam modo quartam esse.                                                      | 21 |
| Quid in mente sit vnitas, æqualitas, & connexio.                                                                                                                               | 22 |
| Summam connexionem æque ab vnitæ & æqualitate procedere.                                                                                                                       | 23 |
| Cur nonnulli philosophantium infinitos mundos esse statuerint: cur nonnulli vnum, sed infinitum.                                                                               | 24 |
| Tertiæ quæstionis discutiendæ opportuniorem futurum locum.                                                                                                                     | 25 |
| Tres primi & firmissimi principij conditiones.                                                                                                                                 | 26 |
| Quot errores circa ipsum contigerunt.                                                                                                                                          | 27 |
| Huius disciplinæ entis quatenus ens est, cōsiderationē cō-                                                                                                                     | 28 |

- Hanc disciplinam potius esse substantiæ, 29  
 Accidentium considerationem etiam ad hanc disciplinā  
 attingere, 30  
 Item & contemplationem vnius, multorum, eiusdē, al-  
 terius, similis, dissimilis, æqualis, inæqualis, status, & motus  
 horum negationum atq; priuationum. 31  
 Circa primam mentium primum negationem occurrere;  
 circa autem omnino primum neq; affirmationē, neq; ne-  
 gationem esse. 32  
 Multorū simul epilogus, & supramundana entia æquius  
 & rite entia dici debere, inferiora autem nō entia, multa,  
 mala, inania & similibus denominationibus. 33  
 Quare animæ rationales immortalitatis sorte donatę plu-  
 res numero reperiuntur; supramundana autē entia similis  
 eiuslęq; naturæ huiusmodi multitudinē refugiūt. 34  
 Vnā summā & indiuiduā & sup oīa entitatē esse, & non  
 duas; vnā summā bonitatē & veritatē esse & nō duas. 35  
 Hęc disciplinā omniū specierū, tū substantiarū, tū acciden-  
 tium; & earū priuationum atq; negationū esse. 36  
 Intellectum per se esse entis & entis specierū; & per acci-  
 dens nunquam subsistentium. 37  
 Vnum & ens vnā nominare naturam. 38  
 Communes dignitates huius esse disciplinæ. 39  
 Hoc principium: impossibile est idem simul esse & non  
 esse, primum & firmissimum esse. 40

#### QVARTVS DIALOGVS

hęc septem disputat.

- Metaphysicam à cæteris disciplinis differre. 1  
 Disciplinarū solam metaphysicam rerū quidditates suæ  
 contemplationi peculiares delegisse: & quid methaphysico  
 quidditatis nomine intelligere debeat. 2  
 Hanc disciplinā à naturali philosophia alteram esse. 3  
 Item quo hęc disciplina à mathematica differat. 4  
 Accidentis non esse scientiam; & quid hic accidentis no-  
 mine designetur. 5  
 Modi entium. 6  
 Narratio de idea, quæ & dialogos claudit, quibus hanc  
 breuem quā explicant introductionē præfigimus. 7

SEQVITVR INTRODVCTIO IN  
Libros Metaphysicos Aristotelis. quę etſi ad ſex diſtaxat  
ſe extendat, ad omnes tamen valituram ex commentatio  
ne cognoscite. Neque parui momenti erit ad eam metas  
phyſicorum traductionem, quam nobis hoc tēpore Beſſa  
rion Car. Nicenus parauit.

IACOBI FABRI STAPVLENSIS  
in ſex primos metaphysicos libros Aristotelis introduc  
tio.

|   |            |   |             |
|---|------------|---|-------------|
| 1 | Sapientia  | 4 | Ens         |
| 2 | Causa      | 5 | Diſtinctio  |
| 3 | Diſputatio | 6 | Comparatio. |

CAP. I



Sex sapiē  
tis condi  
tiones.

Sapientia est quę maximē scibilia, pri  
mas causas & prima principia contē  
platur. ¶ Primę causę & prima prin  
cipia: suprema illa entia & honorabi  
lissima in natura. Sapientia, metaphy  
sica. ¶ Sapiens est qui hanc possidet  
sapientiam. Sapiēs, metaphysicus, pri  
mus, supremus, diuinus, supramūdas  
nusq; philosophus. ¶ Sex sapientis conditiones. Sapiens  
maximē scit omnia vt cōtingit. Difficillima cognoscit. nul  
lus enim quidd cognitu facilia teneat: sapiens esse putabi  
tur. Scientiam habet certissimam. Circa scientiam omnem  
causas assignare potest. Scientiam item habet maximē pro  
pter se & sciendi gratia expetibilem. haberet principalissi  
mam & maximē liberam. ¶ Quęstiones. Quid. quot. vter  
expertus non artifex: an artifex non expertus, certius ope  
retur. vter honorabilior. quis sapiēti similior, expertus an  
sensum habens: artifex an expertus architectus an manu  
operarius, cōtēplatiuus an actiuus. qualis. quē sensum ma  
ximē diligimus. quibus potētis aīalia regūtur. quę disci  
plinabilia. quę prudētia. nōne ab hoīe sapientia possideri  
possit. ¶ Elemēta. Experientia singularium est, & actus &  
operationes circa singula versantur: ars autē vniuersaliū.  
rationem quidem habens; atq; vniuersale sine experimen



to cognoscens (quod singulare ignoret) persepe cum ratione peccabit. ¶ Qui causas sciunt, quos scientiores sapientioresq; iure reputamus, qui docere queunt: quive non sensuum, sed intellectus cognitionem sequuntur: tales profecto honorabiliores cēdendi sunt. ¶ Maximē scit: qui scientiarum vniuersalissimam habet. Nam qui vniuersale cognoscit: & particulare quoquo pacto cognoscit: quod contra minimē fit. Vniuersalia quæ à sensibus sunt remotissima: ad cognoscendum hominibus difficillima sunt. vniuersalia vniuersales causæ. Certior sciētia est: quæ est causarum, quæ intelligibilium, atq; quæ simpliciorum. Qui maximē causas & quæ omnium causæ sunt cōtemplatur: singulorum causas assignare potest. Qui scire propter se desiderat (est enim scire propter se) maximē scientiam: maxime propter se desiderabit. Principalissima scientia & maximē libera est: quæ causæ causarum cōtemplationi insistit, & cuius gratia agenda sunt singula. hæc enim est vniuersaliuscunq; omnino bonum, aut in vniuersa natura optimum. ¶ Omnes homines natura scire desiderant, visus autem maximē sensuum nos cognoscere facit: pluresq; nobis rerum differentias demonstrat. ¶ Quæ auditum & memoriam habent: disciplinabilia sunt. quæ verò sensum & memoriam possident: prudentia quidem sine disciplina sunt, est enim auditus disciplinæ sensus. Disciplinabilia sunt: quibus aliqua significare possumus per quæ directioni & vsui redduntur aptiora. prudentia verò, quæ futurorum videntur esse prouida. ¶ Bruta plurimum imaginationibus & memorijs viuūt: homo verò arte viuūt & ratione. ¶ Poëticum, fictitiumq; est: solius Dei sapientiam (quod mortalium generi inuideat) possessionem esse. nam diuinum numen, nulli inuidum esse conuenit, sed vt tritum prouerbiū est: mentiūtur multa poëtæ. Orsi sunt enim Philosophi primū admiratione duce philosophari: vt admiratione cōuersionum solis, incommensurationis diametri. diuina autem nobis admirabilia sunt. quare (vt prouerbio dicitur) hæc admiratio in melius consummabitur: sapientiamq; tandem nacti ipsa perfruemur.

INTRODVCTIO

## CAP.

## II.

**C**ausæ sunt materia, forma, efficiens & finis. Et infinitæ secundum speciem causæ dicerentur, si ipsarum infinitæ essent species. infinitæ autem secundum directum: sit in vnaquaq; causarum specie ab vna in aliam, & alterius quidē naturæ, semper sine statu procederet, ut si hæc materia ex illa fieret, quæ iterum (& ita sine statu) ex alia fieret, & si hæc forma per hanc existeret formam: & illa per aliam, neq; in vltimu decumbatur vnquā. & si hoc sit ab illo: & illud ab alio, nullo tandem extremo reperto, & si hoc huius gratia fiat, quod iterum fiat alterius gratia: nullibiq; decumbat, causæ & materia, & forma, & efficiens, & finis infinitè & in infinitum procedere dicerentur.

Que à ve  
ritatis pce  
ptiōe nos  
īpediunt.

rentur. ¶ Quinq; à veritatis perceptione nos præpedi-  
tia, consuetudo audiendi falsa, eruditioq; non recta, recte  
docenti assentire nolle; nisi quod dicitur vt mathemati-  
cus demonstret, alicui fidem nō præstare; nisi sensibile sit,  
sensibilive constet argumento, nulla nisi alicuius vrgente  
authoritate recipere, non posse nisi parua degulare.

**Q**uestiones. Quid, quot, an causæ secundum speciem in infinitum prodeant, an materiæ, formæ, efficientes, aut fines rectitudine euadant infinitæ, an veritas sit facilis, à quo entia suam veritatem sumunt, veritatē intellige, quæ entium conditionem importet, à quo maximè veriora entia cognoscendi nobis adest difficultas, quæ veritati percipiendæ obstitit, & quibus ad ipsam percipiendā præparemur.

¶ Elementa. Omnes causas: quatuor causarum speciebus complectimur. ¶ Bisariam hoc fieri ex hoc dicitur. Primo cum ex imperfecto fit perfectum sine generatione. vt cum ex puero fit vir: quodd post puerū fiat vir. sicut ex Isthmijs sunt Olympia. Isthmia enim ludi sunt olim Neptuno in Peloponneso sacriati, Olympia vero in honorem Iouis. Secundo, cum hoc ex hoc fit per generationem. In primo modo idem est ex quo fit, & quod factum est: & extrema sunt perfectū & imperfectū. In secundo autem, esse & non esse, & fit ad consumilia reflexio. & omniū quæ ex hoc generatione prodeunt, materia est eadē: quæ generabiliū & corruptibiliū, ingenua atq; incorruptibilis est (vt alijs

Quid  
isthmia.

Quid o  
lympia.

ostendimus) & primū sempiternū. ¶ Si formæ in infinitū  
secūdum rectitudinē prodirent: formā diffinitione cōple-  
ti nequiremus, & prior semper magis esset. Et si prior nō  
esset, neq; posterior, quare si nō esset prima: neq; posterior  
vlla esse videret, & tolleret sciētia. scim⁹ em: cū ad in-  
diuidua, insecabiliaq; deuenim⁹. & hoc pacto infinita in-  
telligere impossibile est. ¶ Et ita est de efficiente. Et si vna  
est omniū aliarū causa: ipsam esse primam necesse est. quæ  
enim in medio aut citra est: prima nō esse potest. nam suis  
priorib⁹ causa nō erit. ¶ Consimili modo de fine. si est alia  
qua quæ aliarum gratia non sit, sed alix ipsius sint gratia:  
aliqua prima est, & nō pdeūt in infinitū. & nihil optimū;  
imō neq; bonū esset. & si esset: nullus conaret ad ipsum,  
vipote ad quod peruenire impossibile foret, neq; intellē-  
ctus esset actiu⁹. nā semp in talib⁹ hoc esset alterius gratia:  
intellectus autē practicus finē & terminū habet vbi sistat  
& quiescat. ¶ Veritatem nullus syncere & omnino digne  
apprehendere potest: & nullus etiā omnino eius est exors.  
in foribus enim (vt prouerbio dici cōsuetum est) quis des-  
linquet: totū profecto facile est: pars autē captu difficultas  
tem nobis affert. totum, principiū: pars autē ex principio  
cognitū est. ¶ Vnūquodq; ex vniūocis maxime omnium  
dicit: quod alijs vt talia sint causa existit. vt ignis maxime  
est calidus: qui causa est cæteris sensibilibus vt sint calida.  
Ita maxime vera sunt: quæ alijs causā sunt vt vera sint. &  
maxime omniū verū est: quod verorū omniū vt vera sint  
causa est. & hæc principia verissima nō aliquādo sunt, &  
aliquādo nō sunt: sed semp sunt. nec ipforū causa est vlla:  
sed ipsa aliorū sunt causa, etiam horū caducorū atq; mors-  
talium. Hinc cognoscere promptū est, sicut vnūquodq; se  
habet vt sit: ita ad veritatem se habere. ¶ Sicut oculi ny-  
ctioracum sese habēt ad lucē diei, ita intellectus nostri ad  
manifestissima, optima & verissima naturæ entia. ¶ Quæ  
audire consueuimus: hæc eadem dici dignamur, admittimusq;  
& cōsueti nobis notiora: incōsueti verò ignotiora.  
& cōsuetudinē, maximam vim habere, ipse leges ostendit.  
Singula vt materia requirit, recipienda sunt: neq; oīum  
mathematica certitudo quærenda est, nulli fidem præstare



# INTRODVCTIO

nisi sensu sensualive exemplo vincamur: parui impotens  
tisq; ingenij indicium est. Et nihil recipere velle nisi alterius  
firmatum fuerit auctoritate, quædam iudicandi impotens  
tia est. Qui autem sola parua degustare valent: naturæ pa-  
tiantur defectum, intellectusq; paucitatem. Ex oppositis ad  
percipiendam veritatem instrui, apparariq; licebit: vt con-  
suetudine vera audiendi eruditioneq; recta. oportet item  
rectè docenti acquiescere, non omnium mathematicam certis-  
tudinem expetere: sed vnuquodq; vt eius natura atq; ma-  
teria requirit recipere. Profundæ mētis esse, potentis iudi-  
cij, sanæ atq; integræ mētis & naturæ. CAP. III.

**Q**Uæ disputat sunt hæc quindecim. ¶ Primum.  
Vtrū alicuius vnus disciplinæ sit oēs causas cō-  
siderare. ¶ Secundum. si plures existāt: vtrū prin-  
cipalior sit quæ per vnuquodq; generū causarū  
aut quæ per plura demonstrat. ¶ Tertium. quā liceat vocare  
sapientiā. ¶ Quartum. vtrū quæ substantiarū. ¶ Quintum. vtrū  
cōmunes cōceptiōes cōmuniaq; principia ad aliquā disci-  
plinā vnā ptineant. ¶ Sextum. An omnium substantiarū, vna sit  
scientia sola aut plures. ¶ Septimū. Vtrū circa substantiā so-  
lum, aut circa substantiā & eius accidētia: eadē sciētia atq;  
cōtēplatio verset̃. ¶ Octauū. Vtrū omnes substantiæ sensu-  
biles sint: aut præter eas sint aliæ quædā ponendæ. ¶ Nonū.  
Vtrū prima genera sint prima principia. ¶ Decimū. Quo-  
pacto suscipere oporteat principia. ¶ Vndecimū. Vtrum  
corruptibiliū & incorruptibiliū eadem sint principia aut  
diuersa. ¶ Duodecimū. Vtrum corruptibilium principia  
sint corruptibilia. ¶ Decimūtertium. Vtrū vnum & ens, rerū  
substantiæ sint. ¶ Decimūquartū. Vtrū puncta, superficies  
& corpora substantiæ sint rerū. ¶ Decimūquintū. Vtrum  
præter sensualia sint ponendæ species. CAP. IIII.

**E**NS, quod subsistit. Et horum quoddam subsistit ab  
altero. quoddam in altero, quoddam sub altero.  
quoddam ab altero, ex altero, & per alterū, & alte-  
rius gratia, quoddam vero subsistit neq; ab altero in  
altero, sub altero, ex altero, per alterum, neq; alterius gra-  
tia: sed cetera omnia ab ipso sunt & ipsi⁹ gratia. Et ipsum,  
entium principalissimum est; maxime ens, & vt ens ma-

omnium subsistens. Et omnes entium modi ad ipsum reduci-  
tur: sicut diuersi salubrium modi reducuntur ad sanitatem.  
¶ Tres primi firmissimi principij conditiones. Notissimum  
esse debet: non conditionale, & quod, quolibet cognoscentem  
& cuiusque disciplinarum accedentem habere oportet. ¶ Quas-  
tuor ediuerso circa ipsum errores. Primus est ipsum demon-  
strare volentium. Secundus, ipsum negantium. Tertius: contra-  
dictoria concedentium. Quartus: ipsa negantium. ¶ Quaestio-  
nes. Quid, quot, nonne entis ut ens est: huius scientie sit  
consideratio. nonne potius sit substantie. nonne acciden-  
tia etiam consideret. unum, multa. unius priuationem & nega-  
tionem: imo & omnia, substantias omnes, omniaque acciden-  
tia. an unum ab ente diuersam nominet naturam, utrum coe-  
dignitates, huius sint disciplinæ, utrum principium hoc im-  
possibile est idem simul esse & non esse: firmissimum sit & pri-  
mum. ¶ Elementa. Entis quatenus ens est: consideratio eius est  
disciplinæ quæ supremas causas & suprema principia  
matur. ¶ Potior consideratio eius entis merito cen-  
senda est: à quo ut principio cætera pendent, & propter  
quod cætera sunt. ¶ Accidentia enim ad substantiam sese  
habent, ut salubria ad sanitatem. Unum & ens: eadem sunt natu-  
ra, & sese ut principium & causa consequuntur, ratione tamen di-  
uersa sunt. unum, multa, unius negatio, priuatio, opposita  
sunt. oppositorum autem eadem est disciplina. Quilibet  
sensus unus: omnium sui sensibilis generis specierum atque  
priuationum est, & quælibet scientia una: sui generis specierum.  
entis autem ut ens est species sunt ex quæ substantie &  
quæ accidentium. ¶ Idem est ens & unum ens: ut ens ho-  
mo & unus homo. nec unum alicuius generatione abesse  
potest, neque cuiuspiam corruptione: sed simul sunt & si-  
mul non sunt. & sicut unum quodque per suam substantiam  
ens est: ita est & unum. ¶ Communes dignitates commu-  
nissima principia sunt: & quæ unicuique communiter ut en-  
tia sunt attribuuntur, & quibus inferiores disciplinæ ad  
suam materiam contractis utuntur.

¶ Hæc duo & quadraginta distinguit. CAP. V  
Principium 7 Elementum 4 Necessarium 5  
Causa 4 Natura 6 Unum 8

# INTRODVCTIO

|              |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |             |   |             |   |
|--------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------|---|-------------|---|
| Multa        | 8                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         | Posterius   | 8 | Habitus     | 4 |
| Ens          | 14                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        | Potestas    | 4 | Passio      | 4 |
| Ens paccidēs | 3                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         | Possibile   | 4 | Priuatio    | 8 |
| Substantia   | 4                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         | Impotentia  | 4 | Habere      | 4 |
| Idem         | 8                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         | Impossibile | 4 | Ex quo      | 6 |
| Diuerſum     | 8                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         | Quantum     | 4 | Pars        | 5 |
| Differens    | 2                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         | Quale       | 4 | Totum       | 3 |
| Simile       | 5                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         | Ad aliquid  | 8 | Colobus     | 7 |
| Dissimile    | 5                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         | Perfectum   | 4 | Genus       | 4 |
| Oppositum    | 5                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         | Terminus    | 9 | Diuerſa gñe | 2 |
| Contrarium   | 5                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         | Secundum q  | 5 | Falsum      | 4 |
| Prius        | 8                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         | Secundum ſe | 5 | Accidens    | 4 |
| Principiū    | ¶ Septem modi principij. Primo, terminus eſt: vnde motus incipit. Secūdo, vnde vnūquodq; fit optime. Tertio, quod in aliquo primū gñatur. Quarto, à quo primo nō in exiſtēte aliqd fit. Quinto, ad cui⁹ electionē & arbitriū mutabilia mutātur. Sexto, vnde res primū fit nota. Septimo cauſa. ¶ Quatuor modi cauſæ, primo eſt ex quo inexiſtente aliquid fit. Secūdo, ſpecies. Tertio, primū mutationis effectiū. Quarto, ſinis & cui⁹ gratia. Sūt & alij modi qui ad longū in phyſicis deducti ſunt. ¶ Quatuor modi elemētū. Primo eſt ex quo inexiſtēte indiuiſibili ſpecie in aliā ſpecie aliquid fit. Secūdo, in quod dicūt corpora reſolui vt in vltimū: quod quidē in alterū ſpecie irreſolubile eſt. Tertio, demōſtrationis principiū. Quarto, quod vnū & ſimplex, ad multa cōe atq; vtile eſt: vt vniuerſale. ¶ Sex modi naturæ. Primo gñatio eſt: & primo naſcentis natiuitas. Secūdo principiū primū inexiſtens ex quo aliquid gñatur. Tertio, primū principiū motus & quietis ei⁹ in quo eſt. Quarto, ex quo prius iſormi aliquid fit, quodq; in natura format. Quinto, Forma & cōpoſitio. Sexto, Subſtātia. ¶ Quinq; modi neceſſarij. Primo, ſine quo res eſſe aut ſaluari neq;. Secūdo: ſine quo bonū aliqd aſſequi: vel malū vitari neq;. Tertio, Præter voluntatē violentiā inferens: eſt enim vis (quemadmodū dixit Empedocles) neceſſitas quædam. Quarto qđ aliter ſeſe habere nō contingit. Quinto, ppoſitio neceſſaria. ¶ Octo modi vni⁹: qđ diduciē in vnū ſcdm ſe & vnū ſecundū accidens, Primo quod continuum eſt. |             |   |             |   |
| Cauſa.       |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |             |   |             |   |
| Elemētū.     |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |             |   |             |   |
| Natura.      |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |             |   |             |   |
| Neceſſarium. |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |             |   |             |   |
| Vnum.        |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |             |   |             |   |



Secundo. quæ cõsimile subiectũ habet atq; potentiã. Tertio. quæ eiusdẽ sunt generis. Quarto. quæ eiusdẽ sunt speciei. Quinto. quæ apud mentẽ eandẽ habent intelligentiã. Sexto. quæ diuisione nõ admittũt: aut secundũ q; huiusmodi capiũtur. Septimo. quæ vni attribuũtur. Octauo. quæ vnã habet speciẽ. Sunt & modi vnũs genere. specie. numero. & quæ ad vnũ genere & specie: proportionẽ quadã dicũtur. **O**cto modi multorũ ex præcedẽtibus opposito modo sumũtur. **Q**uatuordecim entis: quæ diducũt in ens se cundũ se & secundũ accidens. decẽ primi modi secundũ decẽ prædicamenta sumũtur. Vndecimo. verũ. Duodecimo. cũ accidẽs de subiecto dicũt. Decimotertio. cum subiectũ de accidẽte. Decimoquarto. cũ accidẽs de accidẽte. **T**res modi entis per accidẽs: ij sunt qui vltimo adducti sunt. **Q**uatuor modi substãtię primo ens per se substãtiũ. aut ei⁹ pars. Secũdo forma. Tertio. quo destructo destruitũ & totũ. Quarto. Diffinitio. & hi modi ad substãtias vniuersales. & particulares reducũtur. **O**cto modi eiusdẽ: quæ in idẽ secundũ se & secundũ accidẽs secant. qui quidẽ modi vt vnũs modi sumendi. vnũ em̃ & idẽ sola rõne differunt. **O**cto modi diuersi: ex opposito vt multorũ sumũtur. **D**uo modi differẽtis. primo quæ eidẽ diuersa inter se aliquo modo eadẽ sũt. Secũdo. quicquid est diuersum. **Q**uinq; modi similis. Primo. quæ consimili passione aliqua sunt passa. Secũdo. quæ pluribus cõsimilibus. Tertio. quæ diuersis. Quarto. quæ eandẽ secundũ speciẽ hũt quas litatẽ. Quinto. quæ vnã. pluresve earũ habeant: secundũ quas ppria fiat alteratio. **Q**uinq; modi dissimilis: ex opposito sumũtur. **Q**uinq; modi oppositorũ. Primo: relationis. Secũdo: Priuatiuæ. Tertio: Cõtrariæ. Quarto: cõtradictionis vt quæ sunt inter esse & nõ esse gnationis extrema. Quinto: quæcũq; de eodẽ verificari nequeunt. **Q**uinq; modi cõtrariorũ. Primo. quæ eidẽ inesse nõ possunt gnẽ differentia. Secũdo. quæ sub eodem genere maximẽ distat. Tertio. quæ maximẽ distant in subiecto. Quarto. differentiarum oppositarum quas genus potestate retinet. & quæ sub illis continentur. Quinto. quæ maximẽ aut genere aut specie differũt. & hæc quædã sũt actu. quædã habitu. quædã

Multa.

Ens.

Ens p accidens.

Substãtia.

Idem.

Diuersũ.

Differens.

Simile.

Dissimile.

Oppositũ

Cõtrariũ.

# INTRODVCTIO

- Prius.** agentia: quædam passiuæ, quædam habitus atq; prouati-  
 ¶ Octo modi prioris. Primo, quod loco est propinquius.  
 Secundo, qđ scđm tēpus. Tertio, qđ scđm motū, vt qđ est  
 primo mouēti propinquius. Quarto, qđ ordine. Quinto,  
 qđ potestate. Sexto quod cognitione. Septimo, passione.
- Posterius** Octauo, natura. ¶ Octo modi posterioris ex opposito su-  
**Potestas,** mūtur. ¶ Quatuor modi potestatis. Primo, potētia actiua,  
 Secūdo, potentia passiuæ. Tertio, qđ secundū voluntatē alte-  
 rū perficit. Quarto, naturalis potētia, habitusve: quo ne in-
- Possibile,** deterius labamur, defendimur. ¶ Quarto, modi possibilis:  
**Impoten-** ex prædictis, quatuor sumūtur. ¶ Quatuor modi impotē-  
**tia,** tiæ ex modis potestatis opposito modo. ¶ Quatuor mo-  
**Impossi-** di impossibilis ex possibilis opposito capiūtur, itē possibi-  
**bile,** le & impossibile vt propositionū sunt passiones. ¶ Qua-  
**Quantū,** tuor modi quanti. Primo, per se quantum. Secūdo per ac-  
 cidens secundū alia prædicamenta sumptū. Tertio, plura-  
 litas. ¶ Quarto, magnitudo: vt linea, superficies, corpus.
- Qualitas,** ¶ Quatuor modi qualitatis. Primo, substantialis differen-  
 tia. Secundo, formæ & figuræ vt abstracta mathematica.  
 Tertio sensibiles passionēs. Quarto, affectio quęcunq; ad
- Ad aliqd,** bonū aut malū. ¶ Octo modi ad aliud. Primo secundum  
 rei essentiā, vt idem diuersum. Secūdo, secundū numerum  
 & magnitudinē vt duplū & dimidiū, æquale & inæqua-  
 le. Tertio secundū mensurās & mensuratū, vt sciētia, scibī-  
 le. ¶ Quarto, secundū potentias vt calefactiū & calefa-  
 ctibile. Quinto, secundū qualitatem, vt simile & dissimile.  
 Sunt em̄ eadem: quorū vna substantia est. Aequalia quorū  
 rum quātitas est vna. Similia quorū vna est qualitas. Sexto  
 quorum genera dicūtur ad aliqd, vt grāmatica. Septimo,  
 quorū cōcreta vt æqualitas & similitudo. Octauo, qđ ali-  
 quod prædictorum denominare cōtingit, vt homo: qđ ei  
 accadat posse esse duplum. ¶ Quatuor modi perfecti. Pri-  
**Perfectū,** mo extra quod nihil est deficiens accipere quod suæ sit at-  
 tinens essentia. Secundo, cui nihil deest scđm suum genus  
 atq; naturā. Tertio cui nulla perfectio deest quæ ipm perficere  
 nata sit. Quarto qđ ad finem ordinatur honestum.
- Termin⁹.** ¶ Nouem modi termini. Primo est quātitatis vltimū. Se-  
 cundo, extra qđ nihil est accipere rei. Tertio, infra quod

oīa sunt rei. Quarto. forma sensibilis. Quinto. ad qđ tēdit  
 mot⁹. Sexto. vñ p̄ficiētiē mot⁹: aut ad qđ euadit cōpletus.  
 Septimo. finis. Octauo. vniuscuiusq; actus & forma. No  
 no. diffinitio. ¶ Quinq; modi secūdu qđ. Primo speciē im  
 portat. Secūdo. prioritatē. Tertio. finē. Quarto. cām. Quin  
 to. locū & positionē. ¶ Quinq; modi secūdu se. Primo spe  
 ciem nominat. Secundo. esse in aliquo. Tertio. esse primo. se.  
 Quarto. nō esse alterā causam. Quinto. soli inesse. ¶ Qua  
 tuor modi habitus. primo qđā est partiū ordo & ad se &  
 ad locum. Secundo. habere indumentū. Tertio. quēdam  
 permanēs affectio ad bonū vel malum. Quarto. talis affe  
 ctionis pars. ¶ Quatuor modi passionis. primo est quali  
 tas secūdu quā est alteratio. Secūdo. taliū qualitatum al  
 teratio. Tertio. cuiusmodi qualitatum nocumētū atq; detri  
 mentum afferentes alterationes. Quarto. vehementes aut  
 gaudiorum aut tristitiarum appetitus. ¶ Octo modi pri  
 uationis. Primo. si quod natū est haberi. quippiam nō ha  
 bet. & si ipsum natum habere nō sit. Secundo. quādo non  
 habet id quod secūdu se aut suum propinquum genus  
 habere natū est. Tertio. quod quid nō habet. quādo natū  
 est ipsum habere. Quarto. per vim ablatio. Quinto. quod  
 omnino aliquid non habet. Sexto. quod prauē habet. Se  
 ptimo. quod paruū habet. Octauo. quod nō facile aut nō  
 bene habet. ¶ Quatuor modi habere. primo est aliquid  
 secūdu suam naturam ad suum impetum quicq; deducere.  
 Secundo. est habere dispositionem. Tertio. cōtinens  
 habere contentū. Quarto. alterius impetū cohibere. ¶ Sex  
 modi ex aliquo. primo. ex materia: aut secūdu genus. aut  
 indiuiduā speciem. Secundo. ex primo mouēte. Tertio. ex quo.  
 composito & toto. Quarto. ex parte. Quinto. ex aliquo  
 mouente secūdu partem. Sexto. ex priore tempore.  
 ¶ Quinq; modi partis. Primo. quod in toto est. Secundo  
 quod aliquoties sumptū totum cōmēsurat. Tertio. partes  
 subiectiuæ: aut essentielles. Quarto. in quod resoluit totū  
 & ex quo totū cōponitur. Quinto. quod in alicuius diffi  
 nitione ponitur. Tres modi totius. ¶ Primo. cui nulla par  
 tiū ex quib⁹ natū est cōstare deficit. abestq;. Secūdo. na  
 tura multa continens. vt genus & vt integrale totū. Ter

Secūm p.

Secūdu

Habitus.

Passio.

Priuatio.

Habere.

Ex ali

Pars.

Totum.



# INTRODVCTIO

- tio. q̄ aliunde q̄ natura multa complectitur: & quicquid totū dicitur. quicquid autē trāspōitione facta non manet idem: omne & nō totū dicitur vt omnis aqua. ¶ **Colob⁹.** proprietates colobi. est enim colobum atq; mutilum cui aliqua secūdum quātitatem abest particula. prima pprietas. cōtinuū esse debet. Secunda. quodd ablatū fuerit remanente minus esse debet. Tertia manere debet specie cōsimile. Quarta. dissimilium denominationum partium esse debet. Quinta. partes illæ diuersæ nō essentielles sed secundum quātitatem sumptæ esse debent. Sexta. pars propria & substantiæ præcipua ablata esse nō debet. Septima. nō debet itē interior & latens esse: neq; noua generatio reparari posse. ¶ **Genus.** Quatuor modi generis. primo collectio generatorum cōsimilem speciē habentiū. Secūdo. taliū generatorum primū principiū. Tertio. passionū subiectū. Quarto. quod in diffinitionibus primum obtinet locū. ¶ **Diuerſa genere.** modi diuerſorum genere. Primo. quæ idē subiectū primū nō habent. Secūdo. quæ diuerſorum sunt prædicamentorum. ¶ **Falsum.** Quatuor modi falsi. primo eorū quæ cōponi non possunt mētis affirmatio: & quæ dissolui nequeunt negatio. Secūdo. quæ videri nata sunt non qualia sunt. Tertio. qui intēitione fallendi rationes: adducit falsas. Quarto. qui rationes apparetēs facit & nō intentione fallēdi. ¶ **Accidēs.** Quatuor modi accidētis. primo quod alicui inhæret. Secūdo. quod extra semper & frequēter: & nō ex intentione enūnit. Tertio quod accidētāliter prædicatur. Quarto. quod de alicuius substantiāli diffinitione nō est. CAP. VI.

**Q**uestiones. Quo à cæteris hæc disciplina differat. quo à naturali philosophia. quo à mathematica. an entis p accidēs sit sciētia. sciētix autē noīe: artē & prudentiā cōplectimur. q̄ modi entis. ¶ **Elemēta.** hæc disciplina. principia. & causas entū vt entia sunt: cōsyderat. alię autē nō. hæc simpliciter qd & substantiā cōtemplat: nō autē aliarū vlla. sed vnaquæq; circa aliud quid vnū speciale intra ens. aut substantiam versatur. hæc disciplina quodāmodo vniuersalis est: aliæ verō particulares. hinc vt illæ suū genus esse nō demonstrant quod earū finis existat: ita hic neq; ens aut substantiā esse. demonstrans

dum est. ¶ Naturalis philosophia circa quoddam genus Metaphy-  
 entis versatur. id enim substantia est, principiū motus & sic & na-  
 quieris in se habēs. & solū circa mobilia & inseparata: eius turalisphi-  
 cōsyderatio existit. omnisq; eius cōsyderatio vt cōsyde- losophiæ  
 ratio simi est. prima autē philosophia circa ens ipsum, imō discrimē.  
 mobilia, & separata: & eius cōsyderatio vt cōsyderatio  
 caui existit. Conuenit tamē naturalis philosophia cū hac Earū cō-  
 supramūdana: quodd cōtēplatiua sit. Etenim omnis sciens ueniētia.  
 tia omnisq; disciplina: aut contemplatiua est, quā theoricā  
 vocant. aut actiua quā practicā, aut factiua quā dicunt  
 poeticā. At verō nō actiua est. nam hęc secūdam electio-  
 nem est: & earū quæ intra nos sunt actionū. neq; factiua.  
 nam & hęc secūdam electionem est, & earum effectio-  
 nū quæ in opus extrinsecū transeunt: relinquitur itaq; ipsam  
 cōtēplatiuam esse. ¶ Mathematica circa vnum genus Mathe-  
 itidem entis versatur. neq; vt entia sunt cōsyderat: sed po-  
 maticæ &  
 tius vt cōmensurabilia, atq; incōmensurabilia, aut aliquid metaphy-  
 huiusmodi. Conuenit tamen cū prima philosophia. quodd sicq; disci-  
 ipsa idētidē cōtēplatiua sit: & immobilia & tanq; separa-  
 men.  
 ta cōsyderet. non tamen re ipsa separabilia sunt. quēadmo Earū cō-  
 dum diuina illa quæ sapientia: ideo iure theologia nomi- ueniētia.  
 nata: contemplatur. Ex his itaq; liquet tres theoricās esse  
 disciplinas: physicā, mathematicā & sapientiā. quā theo-  
 logiam nominauimus: quæ alias disciplinas & actiuas &  
 factiuas longe antecedunt, desyderabiliores: & longe sa-  
 pientia ipsa omnes antecellit, vt quæ sit circa diuinū & ho-  
 norabilissimū genus. ¶ De ijs quæ accidunt, nulla scientia  
 aut cōtēplatiua, aut actiua aut effectiua: studiū curamq; non esse  
 adhibet. Quæ accidunt, infinita esse possunt. neq; causam sciētiā.  
 determinatā habēt. Ea siquidē sophistæ curāt: q nu la disci-  
 plinis accōmoda tractāt. Et cū entiu quædam semp sint,  
 quædā plurimū, quædā neq; semper neq; plurimū: sola ea  
 quæ semp sunt aut plurimū disciplinx curāt, accidētia aut  
 neq; semper neq; plurimū existūt. ¶ Enti i quoddā qd qd  
 est & substantia est. quoddā quātū. ad aliquid. quale. agens.  
 patiens. quādo. vbi. situm. & habitum. quoddam secūdū  
 se. quoddā secūdū accidens. quoddam actu. & quoddā  
 potētia. Item ens. vno modo verū: & nō ens falsum dicit.

## INTRODVCTIO METAPHYSICA.

quo pacto semper contradictoriõrũ alterum ens est, alterũ verò non ens, suntq; ens & non ens hoc pacto circa intellectu complexiones: & non in rebus exteris & quæ sint extra mentem & intellectum sitæ. Sed hæc amplius determinare alter exigitur locus. nũc autem ad ens quod quid est & substantia; aperiendum nos conuertamus.

¶ In sex primos Metaphysicos Aristotelis libros introductionis, Finis.

### IN DIALOGOS INTRODVCTIONIS Metaphysicæ declaratorios Iacobi Fabri Stapulensis Præfatio.

**I**nterrogasti me doctissime Germane, cur per Dialogos & non potius oratione perpetuo discurrete commentariolos tibi dicatos cõposuerim. Hanc rationem accipe. ad hoc faciendũ, honestus adolescens Guillelmus Gonterius, qui me per Italicã oram comitatus multa officia præstitit; facillè induxit. Si ita feceris inquit: admonebis qui docturi erunt quo pacto interrogare debeant, interrogataq; docere, & simul vtiliter discipulo consules & doceti. Admonuit me præterea legètes monere facere: frõte præfixam isagogen, quo facile memoriæ mandetur, in artificio esse constitutam, & quæstiones, ordinem, seriemq; prædicamentorum sequi, & affirmatiuas quæstiones: per an & nunquid, responsionem exigere negatiuam, & contrã negatiuas, affirmatiuam, & earum dilutiones: proprijs elementis, suo ordine paragraphis distinctis, esse querẽdas. Atq; vos ita estote moniti, & quicũq; docedi munus pueri cĩq; assumeret se putet Theoreticũ, quicũq; verò pb<sup>9</sup> adolescens docebit: se Neaniam putet, aut putet Eutycherum.

### DIALOGORVM METAPHYSICAE

Introductionis notæ.

¶ Acroamatica, auscultatoria: quodd non passim omnes, sed selecti pauci ad metaphysicorũ auditionẽ admitterbantur. ¶ Anthiæthona, terra terræ contrapõsita. ¶ Singula, singularia. ¶ Architectus, qui ædificandi scientiam habet: qua cæteros ad artis opera dirigit. ¶ Nos scientiæ nomẽ, ad habitum actiuos (qui sunt prudentia & ars) hoc in loco extendimus. ¶ Archetypus, exemplaris.



IACOBI FABRI STAPVLENSIS  
in introductionem metaphysicorum Aristotelis, com-  
mentarij per dialogos digesti. Quorum pri-  
mi interlocutores sunt, Theoreticus  
metaphysicus. Neanias  
adolescens.



Vid libri ð dulcis Neania nũc in ma-  
nibus tenes? Ne. Est nescio quid ð  
Theoretice forte (vt aiũt) minus mi-  
nimo. tolle hunc ipsum si placet: atq;  
introspecte. hũc mihi nũc vnus meo-  
rũ æqualiũ ē literarũ ludo reuertenti  
obuiã factus obtulit: neq; satis sentẽ-  
tiã teneo. The. Introductio quædã  
esse videt in acroamaticã Aristotelis philosophi sapientiã.  
Ne. Ita certẽ (recorder) qui mihi ipsum obtulit: titulũ pro-  
nunciabat. The. Sed ð præclare indolis Neania: tã præcla-  
rũ nomen (dico sapientiã) minimẽ abs te excidere debuif-  
set. Sed qd etiã si ipsius aliqd intelligeres? Optarẽsne? Ne.  
Maxime & opportune nũc quidẽ. Nã hac ip̃a hora ludus  
vacat. cæteriꝫ mei coæquales alicui nũc honesto ocio in-  
dulget. Si aut minus tibi molestũ esset ð sapiẽtissime Theo-  
retice (talẽ em̃ te fama autumat) ruditatẽ meã informare:  
me dedo ad quæcũq; voles paratissimũ. The. Probe adole-  
scẽs q possim? libellũ haud quãq; euolui. Ego vero si vel  
in cursu trãsegissem, & me id posse sentire: mihi tecũ gra-  
tissimũ suscipiẽdus esset iste labor. Ne. Eqdẽ credo, etsi nõ  
dũ totũ euolueris: te id vel q̃ maxime posse. The. Quia igi-  
tur te sic affectũ video, teq; id vehemẽter exoptare: qd pos-  
sim experiemur. Attẽde igit: aliqñ præclarius à tuo præce-  
ptore auditur? & quæ minus in ocio & p hac nr̃a (cũ al-  
terius negocij vacui simus) cõi recreatiõẽ expediuerim?:  
hæc oĩa plenius qui te curãt sapientes tui præceptores te  
aliã informabũt. ¶ Nũc abs te sciscitor: qd existimas hæc Sex priõ-  
vocalia sex: sapiẽtia, cã, disputatio, ens, distinctio, cõpara-  
tio: frõti adiecta sibi prætẽdere velle? Ne. Etiã id à te doce metaphy-  
si cupio. The. Nihil ð Neania nisi materiã: qua sex primos sicæ mate-  
riæ auscultatoriẽ sapiẽtiẽ liberos Aristoteles digessit. Primũ ria.

liquidem est de sapientia. Secundus de causis, quod in infinitū nō prodeat: sed ipsarū omniū vna sit prima. Tertius disputat. Quartus entis naturā edocet, quodq; omnia ad vnū maximē ens: perinde atq; omnes causæ ad vnā primā & maximē causam, sint reducenda. Quintus, quoties cōplura illic contenta vocabula dicātur: distinguit. Sextus sapientiā ad inferiores disciplinas tum naturalem philosophiā, tum mathematicā cōparat. Ne, Satis mihi videor sex præpositorū vocabulorū rōnem tenere. ¶ The. Mox 2

Quid sapientia,

Predictæ diffinitionis explanatio,

sapientiā ipsam finit quod sit quæ maximē scibilia, primas causas, & prima principia contemplatur, cuius hunc intellectū esse putes. Sapientia est eorū quæ in natura sunt honorabilissima entia: intellectus pariter & scientia. Ne. Hæc ego dignissimē vir quā subiūgis interpretationē: me audiuisse recorder ab Agatho & Aristō viris admodū bonis & in morū disciplina eruditis. Arbitror ergo in hac finitione maximē scibilia, propter scientiā metaphysicā appositū fuisse, & deinde subiunctū primas causas & prima principia: propter intellectū metaphysicū. The. Rectē sentis, deinde finit vt vides quæ prima principia & primas causas hic vocet, quid sapiēs, & sapientiā & sapiēs interpretatur: sexq; sapiētis adiungit cōditiones. ¶ Ne. Sed cū dicis quā hanc sapientiā possidet, an aliquid singulare denotes, induēve demōstres quicquam? The. Parua sunt quæ petis: o dulcis Neania, audistine quæ in diffinitionibus vniuersalia signa vidēt: nō esse vniuersalia, & quæ singularia vidētur itidē neq; esse singularia, qñquidē oīs diffinitio sit vniuersaliū: maximaq; circa diffinitiones cura, sanaq; intelligentia adhibenda sit. Ne. Audiuerā equidē, sed ita sum fluxa, labiliq; memoria: vt iam ē mente lapsum excidisset. The. Hanc itaq; possidere sapientiā: est possidere sapientiā in ea ipsa significatione qua nūc diffinitam audiūsti, alias

Quid elementia,

quascūq; significationes ne cura, nec te deturbēt. Deinde quæstiones format, quarū quidē quarūdam præcedūt elementa, quarūdam etiā subsequūtur. Elementa voco principia. Sed te iā interrogo. ¶ Quid? Ne. Nescio quid huic 4  
tux quæstioni respondere debeam. The. Non iniuria profecto, nam quæstio quærit quæcūq; prius diffinita fuer

runt. diffinitionesq; præmissæ hanc absolunt quæstione,  
 funtq; nobis elemēta. Sed nūc serio te percōtor. Quid sa-  
 piētia? Ne. Haud dubito esse rōdēdum: eā ipsam esse quæ  
 maximē scibilia, primas causas & prima principia cōtēple-  
 tur. Quod si mihi peteres hāc explicare: protin⁹ subiūgerē,  
 sapientiā intellectū esse & scientiā eorū quæ in natura sunt  
 5 honorabilissima. The. Doctē quidē. ¶ Quæ primæ causæ Quāta est  
 & prima principia? Nea. Suprema illa & honorabilissima cōlestis  
 in natura entia. The. Probe iterū. Sunt enim illa veneran⁹ regionis  
 dissima mūdi intelligibilis entia, & illi⁹ felicissimæ lucidæ pulchritu-  
 6 regionis: cuius terrā oculis mortaliū intueri cōcessum est. do.  
 Eorū em̄ terra, cōlū ipsum est: omniū eorū quæ ipsum in-  
 habitāt infimum. & ita ad illa beatissima & optima entia  
 sese habēs: vt terra hæc nostra & nostris pedibus subdita  
 ad nos sese habet. Ad quam diuinam antichthonam cum  
 mortales oculos cōuertimus: nos in suspiria trahit huius  
 tā lucidæ, tamq; felicitis regionis desyderio. quæ aliquādo Pulchra  
 7 & amice Neania si rectē in hac turbulenta & inferiori re- assurre-  
 gione viuimus: nostra regio futura est. Cuius si terra est tā ctio.  
 lucida miriq; decoris inspicitur: quales arbitraris, & amice  
 illius regio nis incolas? Nea. Arbitror mire haud dicibilis,  
 incogitabilisq; pulchritudinis. The. Et bonitatis quidem  
 8 & sapiētis. ¶ Sed tu modo dic quo modo sapiētia ipsam Sapiētiæ  
 interpretabere. Ne. Metaphysicā primā, supremam, diuinā interpre-  
 nam, supramundanāq; philosophiā. The. Potius meta- tatio.  
 physicam interpretare, supranaturalem supramundanāq; Quid sa-  
 7 philosophiam. ¶ Quid sapiēs? Nea. Is est qui, vt paulo piens?  
 8 ante diffinitū est, possidet sapientiam. The. Sanē. ¶ Sed Sapiētis  
 quo pacto interpretaris sapiens. Ne. Metaphysicum, su- Sapiētis  
 premum, diuinum, supramundanūq; philosophum, aut interpre-  
 potius vt tibi placet metaphysicum interpretor: supranat- tatio.  
 turalem, supramundanūq; philosophum. The. Erudi-  
 tē quidem, eorum quodlibet sapiens interpretatur. sed  
 vellem aliquod eorum quæ diximus mihi demonstrares.  
 Ne. Non audeo dicere te: me fallere velle, cū id opus offi-  
 ciumq; minimē sapientis sit, sed me potius probas an cū  
 malē tenaci sim memoria vt dicebam: id à me iam exci-  
 derit quod à te dictum audiui, hæc esse principia. The.



Non abs re respōdes. nā cum principiorū alia nō sint prin-  
cipia: videtur nihil eorum quæ tractauimus demonstrari  
posse. & interpretationes ipsæ ad diffinitiones quæ prin-  
cipia sunt reduci videtur. Tibi ne ita esse videtur? Ne. Videtur

Sapientis oīno. ¶ The. Dic quot sapientis cōditiones. Ne. Itane mō 9  
conditio-  
nes. dendū esse censēs? sex esse. Sapientē scilicet maximē oīa sci-  
re vt contingit. difficillima cognoscere. Scientiā nactū esse

certissimā. Circa scientiā omnē: causas assignare posse. Sciē-  
tiam maximē propter se, sciendiq; gratia expetibilē habes-  
re. Habere itē & scientiā principalissimā & maximē liberā.

The. Ita respondendū. Ne. Certē. ¶ Sed mihi complures.<sup>10</sup>  
relictæ esse videtur. vt cæteris præesse, & principari, ad cō-  
mune bonum dirigere, leges condere, & conditas exequi

curare. tales ego audiui maximē sapientes vocari. The.  
Haud satis attendisti dictum fuisse eā solā sapientiæ signi-  
ficantiā nos curare oportere: qua definita est intellectum

& scientiam earum rerum esse: quæ honorabilissimā sunt  
in natura. imō verō nihil aliud iterum esse dico: nisi sum-  
morum rerum principiorū, & æternarum rerum omnium

rationum cognitionem. & illius sapientiæ: aut potius hac  
sapientia præditi sapientis conditiones sex adduxisti. Et  
quas vltius assignastis nō ipsius verē sapientis, sed ciui-

lis facultatis periti existunt. Qui si dicatur sapiens & sta-  
tuarius Policletus sapiens: nihil hic talem sapientiā cur-  
ramus. ¶ Sed fortē tibi non abs re obrepat difficultas. si

hæc ipsa non sint sapientis officia: & fortiter, & tempera-  
tē & magnificē, & magnanimē agere, aliosq; ad ita viuen-  
dum dirigere. dubitas fortē an ergo malus sapiēs esse pos-

sit? Ne. Dubito planē. The. Hæc profecto officia, non à sa-  
pientia: sed fortitudine, temperatiā, magnificētiā, magna-

nimitate, atq; iustitia proficiuntur. veruntamen non im-  
merito dubitas. dic age putasne corpus ægrū optimas ei-  
operationes habere: ipsasq; efficere posse? Ne. Non puto.

The. Putas maliciā omnem vt timiditatem, intemper-  
rantiam, pusillitatem, pusillanimitatem, & iniustitiam:

quandam esse animi ægritudinem? Ne. Puto. The. Si itaq;  
ita mentis ægritudo ad mentem vt corporis ægritudo ad  
corpus sese habeat; malus vt timidus, intemperatus, par-

uifcus, puſſilanimus, & iniuſtus: minimè optimam mètis operationè faciet: nam mente ægrotat. Ne. Ita eſt. The. Si te percōtor, quis optimus oculi ſit habitus: quid reſpōdebis? Ne. Optima oculi ſanitas. The. Quid ſi te rogo: quæ eius optima ſit operatio? Ne. Viſio optimi viſibilis: arbitror id eſſe. The. Verū dicis, vt ſolis. Sed quem dices optimū mètis habitū? Ne. Sapientiā. The. Quā optimā mentis operationē? Ne. Contēplationem. The. Verū dicis: optimi cōtēplabilis. Malus igit̃ haud quāq̃ cōtēplari poterit optimū maximūq̃ contēplabile. vt neq̃ oculus æger optimū maximūq̃ viſibile ſuſtinere. Nea. Ita videt̃. The. Vide igit̃ quod me tua quæſtione perduxeris: quæue à propoſito ſim digreſſus. Ex hac tamē digreſſione vtilitatē tibi cape. Enitere igit̃ quātūcūq̃ potes mètis valitudinē tibi parare: vt ſapiens efficiaris. Omnes certē citra ſapientiā ipſam bonæ mètis affectiones, vt cæteræ ſciētix cæteræq̃ virtutes oēs: ad ipſam quædam præparamenta, diſpoſitionesq̃ eſſe debent. & haud ſecus ad ipſam tendere: atq̃ omnis corporis harmonia temperamentūq̃ in ſanitatē, optimūq̃ corporis habitum. Sed cætera eo quo cœpimus modo diſcurramus.

12 **¶** Vter expertus nō artifex, an artifex non expertus certius operetur? Ne. Expertus non artifex artiſce nō experto certius operatur. The. Id pande. Ne. Verum id mihi potius pandas: ſic fortē promptiorē ad reliquorū perquirēda, applicandaq̃ elementa me reddideris. The. Haud male ſentis. huius rei elementa ſunt hæc. experientiam ſingularium eſſe. actus & operationes circa ſingula verſari. Artem verdē eſſe vniuerſalium. Reſponde ergo nunc. Experientia ſingularium eſt. Ne. Concedo. Theo. Et actus, operationesq̃ circa ſingularia ſunt. Nea. Et id concedo. The. Ars autem eſt vniuerſalium. Nea. Eſt. Theo. Ruſſus expertus non artifex experimentum habet: nam expertus eſt. Nea. Habet. Theo. Artifex autem non expertus, minimè habet experimentum (nam eſſet expertus) ſed ſolum circa vniuerſalia cognitionem. Nea. Ita eſt. Theo. Expertus igitur non artifex experientiam habens quæ eſt ad operandum circa ſingularia: certius operabitur ipſo artiſce non experto non habente huiusmodi præſe-

Quodd  
mal<sup>9</sup> non  
pōt eſſe  
ſapiens.  
Exhorta  
tio ad vir  
tutem.

Quodd ex  
pert<sup>9</sup> nō  
artifex  
certius o  
peretur.

dium ad operandum circa singularia. Ne. ita esse oportet. The. Percipisne hinc fieri ut qui rationem habent, vniuersaleq; sine experimento cognoscunt: circa opus sæpius oberrare contingere, cum singularia ignorent? Ne. Ego quidem non satis. The. Quomodo? Ne. Nam didici ex singularib; sensus: nobis memoriã aggenerari, ex memorijs experimentũ. experimentũ autem, mentis vniuersale sequi: quod artis futurũ sit principiũ. Qui igitur fiet ut qs artem, habeat: & si artem, vniuersale eius principiũ: & tamen nõ habeat experimentũ? Itaq; modo nõ mihi videt quispiã vniuersale cognoscens sine experimento: imò neq; artem omnino sine experimento haberi posse. The. Falsum ergo arbitraris præsuppositũ: aliquẽ scilicet artificẽ esse & non expertũ. Ne. Id ipsum. The. O amice Neania bifariã

Duplex artis acq; rendæ ratio,   
 artem aliquã nos acquirere cõtingit. Vno modo per propriam inuentionẽ. ut si quẽ aspis percusserit, qui protinus epoto aceto se inde effectum sanũ cognouerit: deinde cõ pluribus alijs simili periculo detentis, semper & sæpius eodem medicamine succurrerit, talis profecto vniuersalis cognitionem habet, quod omnis aspidẽ percussus: aceto sumpto leuetur. Et qui hoc pacto in vniuersalis artisq; cognitionem deuenerit: ipsum, experimentũ habere necesse est. Altero autẽ modo vniuersalis & artis cognitionẽ alio docẽte nanciscimur. quẽadmodum tu modo si meis verbis fidem præbueris quẽ nuper dixi, vniuersalis habes cognitionem quod omnẽ aspidẽ percussus: aceti bibitum leuet, cuius tamen tu minime experimentũ habes. Ita fit amice ut qui sola doctrina artẽ sibi cõparant: primũ artifices sint, & vniuersale sine experimento cognoscant, ignoretq; & artis, & vniuersalis illius singularia: quod tu ignorare videbare. Ne. Non aduertebã profecto: sed iam intelligo. id totum quod pertractauim; de arte & artis cognitione: quẽ doctrina, alteroq; docente paratur: intelligere debemus. ¶ The. Sapis modo. vterius pergamus. vtrum artifex non ipsorum honorabiliorem putas. Neanias. Artificem non expertum. sine id ego, ostendam. Qui causas cognoscunt sit honorabilior. ijs profecto nescientibus causas, honorabiliores sunt. artifices autẽ et si non experti, causas norunt experti autem non



non artifices, minime. erit itaq; artifex, non expertus: experto nō artifice honorabilior. The. Recte putas. nā cuius solum expertus quia cognoscit: artifex cognoscit propter quid. intelligo solū expertū: qui expertus sit & nō artifex. Et hinc euenit vt ipsos architectos magnipēdamus: plurisq; faciam⁹, & magis honoremus manuoperarijs. Nam scientiores, sapientioresq; reputamus. Ne. Ita est. sed sine, perficiam. Quos ergo (vt dicis) merito scientiores, sapientioresq; reputamus: honorabiliores sunt. faciūt etem scientia & sapiētia (vt sæpius me audiuisse memini) suos possesores honorabilissimos. At solum artifices: scientiores sapientioresq; non immerito reputemus ipsis solū expertis. intelligo tamē scientiores, sapientioresq; scienti atq; sapienti similiores. fit igitur iterū vt artifex nō expertus, experto nō artifice honorabilior euadat. Rursum nōne qui dicere possunt circa aliqd: honorabiliores censent ijs qui circa id ipsum docere nequeūt? The. Vt ais. est em̄ omnino scientis signū: posse docere. Ne. At solū artifex, docere potest. nō autē solū expertus: fit igit vt artifex nō expertus, experto nō artifice honorabilior habeatur. Præterea. honorabiliores sunt qui intellectum sequuntur: ijs qui sequuntur sensum. Atqui solū artifices intellectū sequuntur: qui & causas solus cognoscere facit, solum autem experti, sensum. non immerito ergo dictū est: artificem non expertum, experto nō artifice honorabiliorē esse. The. satis ostendisti. sed cur tot rationibus hanc argumentationem defecasti? quatuor enim effecisti cum vnicum habeas elementum. Ne. Ob id ipsum. nam elementum hoc qui causas sciunt: quos scientiores, sapientioresq; iure reputamus: qui docere queunt, quive non sensus, sed intellectus. cognitionem sequuntur honorabiliores censendi sunt: mihi quadrifidū esse visum est. & à qualibet eius quatuor particularū: particulare sumi posse elementū. The. Nec imperite quidem ita perpendisse videris. ¶ Sed perge semp. quis sapiēti similior. exper expertus an sensum habens, artifex an expertus, architectus an q̄ sensum manu operarius, cōtemplatiuus an actiuus? Ne. Quæstio habes sit hæc tota, multas mihi parciales implicare videt: quæ suo sapienti sunt ordine digerendæ hoc modo, expertus sapiēti similior milior.

est solum sensum habere. & artifex experto. & architectus manu operario. & contemplatiuus denique actiuo. Expertus siquidem, sensum habere sapienti similior esse videtur propter hoc quod artifice propinquior, similiorque euadit. Artifex autem (ut diximus) scienti sapientique similis habetur. ut si me cer nente expertus aliquis cancrum superposito medicamine sanat, medicamentum illud diligentius obseruem: id ipsum cognoscens ego sensum habeo non experimentum, ipse vero & sensum & experimentum habet, estque artifice & scienti similior qui ob experimentum, sanandi habet certitudinem, ego vero solum sensum habes minus similis minusque certus euado.

**Quod** Et quod artifex experto sapienti similior sit, & architectus manu operario: causam iam tetigimus, quia quos iure scientiores, artifex quod sapientioresque reputamus: sapienti sunt similiores. At contemplatiui cessum est artifices expertis, & architectos manu operariis sapienti sit similiores. iure scientiores, sapientioresque reputari. fit igitur ut artifex experto, & architectus manu operario, sapienti similior sit. Sunt & alie cause: quas ad ostendendum artificem non expertum experto non artifice honorabiliorem esse, adduximus. Verum quod contemplatiuus actiuo, sapienti sit similior: non usque adeo mihi constat, nisi forte dixeris cōtemplatiuum & ipsum sapientem idem esse. The. Idem certe, sed non omnino. Nam omnis sapiens, contemplatiuus est, imo maxime cōtemplatiuus. sed cōtra non procedit omnē contemplatiuum esse sapientem. Quod quo pacto fiat: intel

**Intellectus** lige. intellectus duæ sunt vires, scilicet vis contemplatiua, ptes duæ. cuius habitus sunt scientia, intellectus, & sapientia. & vis consultatiua: cuius habitus sunt ars & prudentia. Ars quidem ad faciendum: & prudentia ad agendum. Et hæc, & quo pacto scientia, intellectus, sapientia, ars, & prudentia abinuicē differant: ex hoc loco intelligere non possis, sed moralis philosophia. Ne. Hæc ego omnia superiore anuo vna cum Didactō & Eurychero meis coequalibus ab Eudæ mone: aliqua etiam ab Aristō audiui. The. Tanto promptius quæ dicere statui deprehendes. Omnē scientem ergo & intelligentē dicere possumus contemplatiuum: utpote qui partis contemplatiuæ habitum habeat. Ne. Apparet. The. Non autem omnē scientem aut intelligentem dicere

possumus sapientē. Ne. Ita est. The. Non igitur omnis cōtemplatiuus est sapiens. Ne. Necesse est. The. Sed nūc agamus. an talis cōtemplatiuus qui idem sapiens non est, & actiuo & factiuo hoc est & prudente & artifice: sapienti sit similior. Ne. Mihi respondendū est ita esse: sed tu causas adhibe. The. Qui magis causas cognoscit: arbitrarisne sapienti similior. Ne. Imō. The. Et qui causas necessarias & vt aliter sese habeāt impossibiles, & necessariorū & aliter sese habere impossibiliū cognoscūt: an causas magis ijs cognoscāt qui causas contingētes & aliter sese habere possibiles, & contingentīū & aliter sese habere possibiliū cognoscunt. Ne. Magis cognoscūt causas: qui necessarias & necessariorū cognoscūt. The. Et omnis sciens (quē & cōtemplatiuum esse fassī sumus) necessarias causas & necessariorū cognoscit. est enim scientia: necessariorū & impossibiliū aliter se habere. Et actiuus & factiuus: causas cōtingentes & contingentium cognoscunt. Quippe cū ars & prudentia: circa contingentia & aliter sese habere possibilia sint habitus. Ne. Ita est. The. Omnis igitur cōtemplatiuus qui & idem sapiens non sit: & actiuo & factiuo, sapienti similior est. Ne. Rectē sequitur. The. Docte adolescens, si totum elementū percurrere vis: videre potes quo ad singula, cōtemplatiuū ipsum qui idē etiā sapiēs nō fuerit, & actiuo & factiuo oīno sapienti similiorem. Nam vt diximus magis causas cognoscit: sapientior iure reputari debet. versatur enim circa æterna vt & ipse sapiens. magis docet: nam per causas certissimas, impossibiles q̄ aliter vt sese habeant, magisq̄ intellectum sequens: sequitur enim primam, stantem & supremam intellectus portionem, in qua ipsa Pallas & ipsa Sapiētia arcem suā locauit. ex qua vt ex altissima specula: cœlestia contemplatur, ars verō & prudentia sequitur inferiorē: quæ oculos à mortalib⁹ nūq̄ deflectunt. Ne. Mirum in modum hæc audiens oblector, & clarissime intueri videor quæ loqueris: trahisq̄ me de syderio illius altissimorū cōtemplatricis sapientix. The. Iterum vter sapienti similior est, qui magis propter se habitū habet: an qui minus propter se. Ne. Qui habitum habet, qui magis scit propter se, nam ex quinta sapientis con-

Qd̄ scientiæ præstātiores sūt arte seruili & prudentia.



ditione admissimus: quia sapientia habitus sit maxime propter  
 se. The. Recte iudicas. At scientia ipsa omnes magis pro  
 pter se sunt arte & prudentia: quae immediate ad vitam, usum,  
 & necessitate ordinatae sunt humanae. inuentis enim olim omni  
 bus quae usui sunt & necessitati succurrunt humanae: Aegy  
 pti sacerdotes perquirendis disciplinis vacare coeperunt, om  
 nni vitae semota solitudine. primumque ferunt tunc ma  
 thematicas disciplinas inuentas fuisse. oportet igitur contem  
 platiuum eum qui inferiores habet scientias: & actiuo & facti  
 uo ipsi sapienti similior esse. Ne. Oportet. ¶ The. Dic age 15  
 rursus: qualem dicis sapientem. Ne. Maxime omnia scientie  
 oia scire ut contingit. Et tamen elementum percipere videar quo id  
 ut contin  
 git. efficere possim: te tamen de Theoretice monstrante video: quos  
 quo pacto mihi clarius intelligere. The. Cum tibi ita per  
 suadeas: ego id libens efficiam. Qui scientiam habet vniuer  
 salissimam: omnia maxime scit ut contingit. Nam qui vni  
 uersale cognoscit: quoquo pacto cognoscit & particulare  
 quod contra non oportet. Ne. Ita est. The. Sapiens autem scientiam  
 possidet vniuersalissimam. Nam quid vniuersalius ipso ma  
 xime ente: a quo vniuersa pendet entia: quae denique ratio  
 notione entis vniuersalior: cuius appellatione nulla effu  
 giunt. Ne. Nihil certe maxime ente vniuersalius mihi esse  
 videtur: utpote quod existimem vniuersorum causam esse:  
 entisque notione nihil iterum mihi occurrit communis. The. Sa  
 piens igitur eam ipsam scientiam habet: quae maxime en  
 tis atque entis notionum est, scientiam habebit vniuersalissi  
 mam. Ne. Liquido constat. The. Constat igitur etiam ipsum  
 maxime omnia scire ut contingit. Ne. Constat ex iis quae  
 diximus. The. Scit certe maxime omnia in applicatione  
 ad ea ipsa, & rationes ipsas quibus considerat: ut ad ens,  
 vnum, verum, bonum, potens, necessarium & similia. ¶ Qua 16  
 Sapientem iterum eum dicis. Ne. Difficillima cognoscentem. nullo  
 difficillius enim, quam scitu facilia cognoscat: sapiens esse censetur.  
 ma co The. Verum. sed ad propositum adduco, vniuersalia &  
 gnoscere, quae a sensu sunt remotissima: nobis cognitu difficillima  
 sunt. Ne. Nimirum. The. At sapiens talia vniuersalia con  
 templatur: nam suprema illa atque honorabilissima natura  
 entia: quae sola mente addeunda sunt. Ne. Ea ipsa contem

platur. The. Vt enim naturalis philosophia mundum sensibilem contemplatur, & à variabilibus nunq̃ oculū detorquet: ita hæc diuina sapientia mundum intellectualem & archetypum nunq̃ admirari desinit. Puras ergo nos vane dixisse sapientem difficillima cognoscere. Ne. Non temere: sed bona ratione id effectū est. ¶ The. Qualem iterū ipsum putas? Ne. Scientiā habere certissimā. The. Habet proculdubio: quod hac ratione cognoscimus. Tres peripatetici modos ponūt quibus scientiarū altera alterā certior esse contingit. vt quæ causarū est: certior ea est quā præbet effectus. & quæ intelligibiliū: ea quā sensibilia ministrat. & quæ simpliciorum: ea iterum quæ compositorum existit. Ne. Ita certum est. The. Quid igitur de ea sentis scientia vbi hæc tria conueniunt: vt quæ est causarum intelligibilem, & simpliciorum. Ne. Certa est admodū. The. & ea quæ maxime causarum, maxime intelligibilem, & simplicissimorum omnium est. Ne. Hæc cæteras certitudine antecedit: omniumq̃ certissima est. The. Age nunc, sapientia maxime causarum est. Nam earum quæ causæ causarum sunt: & quibus nullæ vltius sunt causæ. & maxime intelligibilem, & quæ solo intellectus in se recepti acumine vix tenuiter adeunda sunt. & simplicissimorum omnium: vt quæ prorsus compositionis omnis & actus & potentie sint expertia. Sapiens itaq; hanc sapientiam obtinens: scientiam habet (vt diximus) certissimam. Ne. Habet vt diximus. The. Dic quæso bone fili Neania, si qs te adeat sapientiā traditurus: & opiniones narret, hanc cōfuteat vt vnā quamcūq; alterā defendat, hanc & hanc quomodo docunq; concordet: arbitrarisne talem idoneum sapientie præceptorem? Ne. Indignū hoc d Theoretice mihi esse videtur. quandoquidē fassī sumus hanc omnīū esse certissimā: & opinio maxime sit incerta quæ animum huc atq; illuc euagatum impellit. à qua se suapte natura explicare cupit. vt oculus lucem quærens à tenebris: & puppis naufragium timens à turbine. The. Non est dissona tua hæc de oculo cōparatio, vis ergo quod hæc scientiarum sit certissima. hinc fieri vt minime omnium opiniones admittat, hasq; summopere vitet tenebras? Ne. Ita volo. The. Nec

Quod sapiens scientiā habet certissimā Tres certiorū scientiarū modos.

Opiniones à metaphysica reijciendas esse.

iniuria ita sentis. Sed talem offendere præceptorem haud facillimum est.

Rara avis in terra est: nigroq; simillima cygno.

Rara avis: & fuluo longe preciosior auro.

Longo tempore à Socrate quæ sita, sed nunq; inuenta.

Quæ nos pertractamus ô amice, nō sunt nisi quædam tenuia præludia ad ipsam sapientiā, & quæ specie tenebras

Quoddam  
piēs singu-  
lorū cau-  
sas assu-  
gnat,

rū ad ipsam lucem referūt. ¶ Sed proficiscamur qualis ite- 18

rū est sapiens? Ne. Maxime singulorū causas assignare potēs. Nam vniuersalissimas causas & quæ omnīū sunt cau-

sæ: ipsum considerare iam cōcessimus. The. Verum quidē concessum est. & quū hac rōne contentus esse possis: ad-

dere etiā possumus sapientem oīa scire ut contingit concessum esse. Ne. Concessum. The. Ex quo iterū efficitur ut

sapiens maxime singulorū causas cognoscat. Maxime enī scire arbitramur: cū causas ipas cognoscimus. Ne. Verum.

The. Sic maxime singulorū sapiens causas assignabit. Ne.

Ita est. ¶ The. Qualis itē sapiens? Ne. Scientiā habens ma- 19

xime propter se, sciendiq; gratia expetibilē. The. Nec im- merito: si scire propter se esse putas. Ne. Puto. The. Et ma-

gis scire magis propter se. Ne. Magis. The. Maxime itaq; scire: maxime erit propter se. & maxime scientia maxime

propter se scientia. Ne. Sequitur. The. Sapientiam autem concessimus: maxime omniū habere scientiam, nam maxi-

me scit. Ne. Concessimus. The. Habet igitur sapiens, maxime propter se scientiam, sciendiq; gratia expetibilem. Ne.

Habet haud dubie. ¶ The. Deniq; qualem dicis esse sapiē- 10

tem? Ne. Scientiam habere principalissimam & omnium maxime liberam. The. Annē putas, maxime scientiam, di-

uinissimam, certissimam, maxime omniū causas adducere potentem: & quæ causæ causarum contemplationi insi-

stet, cuius gratia agenda sunt singula (hæc enim est vniūsi cuiusq; omnino bonū: imò vero in vniuersa natura opti-

mū) principalissimam esse? Ne. Quid ergo ni putem? The. Et hanc eādem & quæ maxime omniū propter se sit ma-

xime liberam. Quemadmodum eum hominem liberum diximus: qui suimet & non alterius causa sit. Ne. Ita sen-

tio. The. Sapiens autem talem habet scientiam quæ scilicet



est maxime scientia est, diuinissima illorum diuinissimorum  
cognitumque difficillimorum (ut diximus) entium contemplatrix,  
certissima, maxime singulorum causas assignare sufficiens,  
causae causarum contemplationi insistent, & maxime omnium  
propter se. Ne. Hæc omnia vera: modo sit aliquis sapiens, sed  
rarum autem esse dicis. The. Nihil ad rem: sit an non sit: modo  
esse possit. sit itaque ex ijs quæ concessimus sapientem scientiam  
habere principalissimam & maxime liberam. Ne. Fit certe.

- 21 ¶ The. Quem sensum maxime diligimus? Ne. Visum, quod Quodd vi-  
sum maxi-  
me dili-  
mus.  
fatis cognitu promptum esse puto. nam omnes homines  
natura scire desiderant. visus autem maxime sensum plu-  
ra nos cognoscere facit: pluresque rerum differentias ostendit.  
nam omnia corpora quodammodo colore participant,  
nosque maxime sensuum sensibilium communium is sensus  
certos efficit. Et reuera quoties ad lucidam illam beatissi-  
morum entium regionem visum attollo: oculos ipsos dili-  
go, agoque gratias optimo naturæ parenti: quoddam me lumen  
ad illam felicem regionem intuendam ornauerit. The.  
Hæc profecto pietas probanda est: verum etiam tu cum coe-  
lum ipsum intuebare: potius dicere debuisti. O vos bea-  
tissimi & optimi huius lucidissime regionis ciues & incolæ:  
qui his moribundis oculis adiri non potestis: gratias  
ago vestro totiusque naturæ, omniumque supra cogitatum om-  
nium optimo parenti vobisque ipsis: qui mihi alterum oculum  
impartiti estis quo vos excutens adeo. ad quos aspi-  
ro. hunc mihi (tensis brachijs, manibusque comploris vos oro)  
illuminate: quo vos feliciter videam, contempler, laudem,  
& amem. Ne. Verum certe prius ad illum internum oculum  
cogitare debuisti, obque illum esse primum: à quo etiam ipsa  
nascitur pietas. Sed dico ut mihi parum prudenti euenit:  
minus bonum cognoscere & melioris ignaro. Ex quo coiecit  
non ab re nos maxime sensum visum diligere: cognos-  
cendi scilicet gratia & per se. The. Recte aperis. nam propter  
essendi necessitatem forte putas tactum magis diligendum  
pariter & gustum: & ad plura tum maxime per accidens co-  
gnosendum, auditum. Ne. Ita ex Aristotelica philosophia
- 22 sentio. ¶ The. Sed tu assumpsisti omnes homines natura  
scire desiderare: ubi mihi aliquatisper insistentum esse vi-

detur, an visus faciat scire: nisi forte visionē scientiam effe-  
 putes. Ne. Neq; visionem, neq; auditionem, neq; omnino  
 sensum ullū. scientiā esse puto, visus tamē sicut & auditus  
 facere scire cōcedi potest: vt instrumentū machinamētumq;  
 quoddā ob nostræ intelligendi conditionis infirmitatem  
 requisitū: qui nihil intelligimus vnq; nisi mens nostra sensu  
 sibilibus sit excita, visus autē inuentioni q̄ accommodatissī

**Pulcherri** mus est: audit⁹ verd, vt ab altero suscipiatur doctrina. Ad  
 mus natu hoc tamē illud assumpseram, q̄ vnūquodq; ad optimam  
 re cona⁹ eius operationē suapte natura inclinatur, vt fertilis arbor  
 tus. ad optimū quem efficere possit fructum: & suavis, redolensq;  
 plantula ad suauissimum redolentissimumq; (quem  
 sua afferat natura) flosculum. & si suauiorē pulchrioremq;  
 efficere posset: nō impedita arbitror efficeret. The. Efficeret  
 indubie: nec iniuria. Nitiē cū vnūquodq; vt ipsi summo  
 pulchro, ipsiq; bono optimo quātum fieri potest: similis  
 euadat. Ne. Scire autē & intelligere: optimā existimaui ho-  
 minum operationem. homines igitur natura & scire intel-  
 ligere inclinātur, quare & ea natura desyderāt. Nihil enim  
 aliud mihi coniecto natura desyderare: quā ad aliqua  
 natura inclinari. modo homo illas optimas suæ naturæ  
 operationes nisi sensus adminiculo consequi non potest:  
 & maxime visus. nihil mirum igitur si illam mihi proposi-  
 tionem (quēadmodū etiā in libello notatam videram)  
 assumpserim. The. Scitē loqui videris. Nam scire & intel-  
 ligere secundum sapientiam (quæ vtrunq; complectitur)  
 optimæ sunt hominis operationes, optimaq; eius officia.  
 Et vnūquodq; natura suā perfectionem desyderare videri-  
 tur: nō modo summā, sed & eas omnes quæ inferiores  
 infraq; summā existunt. meliores magis: & optimam max-  
 xime. Ne. Maxime igitur oīs homo desyderat esse sapiēs.  
 The. Natura videlicet & omnis homo ad hoc nascitur vt  
 sapiens fiat: suūq; contēplecti imō omniū factorē. sicut vnā  
 quæq; arbor, vt suo tpe optimū quē natura potest: afferat  
 fructum. sed neq; oīs homo id assequit, neq; omnis arbor  
 optimū suæ naturæ semp affert fructū. Ne. Gratix d̄ Theo-  
 retice optimo rerū omniū parenti: qui omnem hominem  
 ad tam altum, bonumq; finem creauerit, ad ipsum scilicet

**Hominis**  
**finis.**

- contemplandum & amandum. & cū ego de numero hominum eius pietate sim vnus: me ad eundem finem creauit. The. Creauit Neania & te & me: & gratiæ sint illi. Stude igitur ne similis has infructiferæ virgulæ, quæ ad optimū fructum insita fefellit hortulanū. fructus quem tu & ego toti<sup>9</sup> naturæ hortulano debem<sup>9</sup>: sapiētia est, eiusq<sup>;</sup>
- 23 secundū sapiētiā cognitio. ¶ Sed adhuc ô Neania intus relictum est, cum nos vnā ipsi cōueniamus te & me ceterosq<sup>;</sup> hominum ea quæ nos perficiant natura desyderare: an tale desyderium talisq<sup>;</sup> naturæ appetitus ad concupiscibilem, irascibilem, an ad rationalem partē attineat? hæc enim tria cōcupiscibilis, irascibilis, & voluntas, appetunt quod fortē indagine dignum reputas. Ne. Dignum equidem. The. Quid ergo ais cum tu natura scire desyderes: an id desyderes partē cōcupiscibili, an irascibili, an voluntate ipsa & rationali? Ne. Non certē mihi videtur. nam Quō aiās hæc desyderandi affectiones apprehensionem aliquam sequuntur. vt apprehenso delectabili cupimus: apprehenso inanimata & quod paruipendente irascimur, & voluntas ipsa consilio deliberata appetunt rationeq<sup>;</sup> freta: rem vult aut renuit. The. Bene sentis de ijs tunc, accidentarijs appetitibus qui in nobis sensum cognitionis nemve sequunt. sed de his quæro qui nobis natura assunt quo pacto etiā res inanime appetere cōceditur. vt quæadmodū dicebas: qui sit quædā in bonū natura inclinatio. natura em̄ semp ad optimū tēdit: ad bonūq<sup>;</sup> eius oīs conatus. Et ea quæ nos ad imperfecta trahūt: præter naturā sunt, & quædā naturæ in sua genitura impeditæ inualtutines impotētieg<sup>;</sup>: quæadmodū si morbidus homo filiū generet ad paternā corporis inualtutinē pronus: talis pronitas inclinatioq<sup>;</sup> haud desyderium naturæ est: sed ex naturæ impedimento proficiscitur, præterq<sup>;</sup> naturā euenire videt.
- 24 ¶ Ne. Ita videt et si fortē cōcupiscibilis, irascibilis, & voluntas in eo appetitus significationis vsu: natura scire desyderat & appetunt. The. Cupiditas, cupienti<sup>9</sup> facultas desyderat ea quæ ipsam perficere nata sunt: ad illaq<sup>;</sup> inclinatur. Ne. Sanē. The. Num etiā appetit ea: à quibus nullo pacto perfici possit? Ne. Minimē. The. Nam talis naturæ conatus: irritus, vacuusq<sup>;</sup> esset. Ne. Prorsus. The. Num



Scientia, intellectu, sapientia: cupiendi particula perfici po-  
 test. Ne. Non videtur. The. Neq; item animosa, irascēdiq;  
 virtus. Ne. Neq; animosa. The. Non igitur concupiscibi-  
 lis irascibilisq;, aut scire aut intelligere natura desyderant  
 vt aiebas. Ne. Dubitavi. ¶ The. Age videamus nunc an 25  
 ad rationālē appetitum & voluntatē, ipsa fortē attingant.  
 Ne. Ita esse opinor. The. Hoc cōsyderemus cuius scire, in-  
 telligere, & sapere: scientia, intellectus, & sapientia perfe-  
 ctiones sint. Nea. Intellectus indubiē. The. Sūntne in vo-  
 luntate. Ne. Minimē vt mihi videt. The. Sunt ergo intelle-  
 ctus perfectiones. Nea. Sunt. The. Et modo concessimus  
 vnūquodq; suā perfectionē natura desyderare: ad eamq;  
 natura inclinari. Ne. Concessimus. The. Est igitur naturæ  
 tale desyderium, pulchrumq; ad bonum conamen ipsius  
 intellectus. Nea. Oportet. ¶ The. An scientia, intellectus, 26  
 & sapientia: in intellectu agente an possibili perfectiones  
 sint. Ne. Possibili certē. The. Appetit igitur natura intel-  
 ctus possibilis & scientiā & intellectum & sapientiā. quā-  
 doquidē vnumquodq; suā perfectionem natura appetat.  
 Ne. Necessē est. The. Intellectus autem agens quid. Nea.  
 Inscius sum quid dicam. The. Oculūne suapte natura ad-  
 videndum inclinatur: & intellectus ad intelligēdum. Ne.  
 Sic est. The. Vbi & ipsa est visio: quæ oculi perfectio est.  
 Nea. In oculi potentia. The. Perite, appetitne ergo oca-  
 li potentia visionem quæ ipsam perficit. Nea. Appetit.  
 The. Et perficitur ab ipsa visione vt potentia Ne. Vt po-  
 tētia. The. Et anima quæ actus in oculo est: appetitne etiā  
 visionem ipsam efficere in sua potentia: an potius appetit  
 esse vacua, ociosaq;. Ne. Minimē appeteret se esse ociosam:  
 sed appetit visionē efficere. The. Et visionē efficere nunq;  
 nō ipsi<sup>9</sup> illic inexistētis animæ pfectio est. Ne. Est. The. Et  
 magis qdē: quā visionē in se vt potētia recipere: quā do-  
 quidē aliqd magis agēdo assimilēt bono optimo summo  
 rerū oīum authori: quā patiēdo. magis igit aīa: oculi vi-  
 sionē appetit quā ei<sup>9</sup> potētia. qā visio ipsa magis sit ipsi<sup>9</sup>  
 aīæ pfectio: si vera sunt quæ supra cōcessim<sup>9</sup>. Ne. Oportet.  
 The. An intellectus possibilis scientiam, intellectum, aut  
 sapientiam efficiat. Ne. Non. sed recipit: vt potentia oculi

visionē. The. Quid ergo efficit? Ne. Intellectus agēs. The. Ut anima in oculi potentia efficit visionem? Nea. Itidem. The. Appetitne intellectus agēs impossibili esse vacuus, ociosusq. Nea. Minime ut mihi videt: quāto bono optimo summē pleno longe similior euadit. The. Rationem habes. appetit igitur scientiam, intellectum & sapientiam in sua potentia efficere: talesq. sibi pulchras parare pfectiones. Ne. Profecto. The. Talesq. admodū pulchras & bonas operationes facere: estne sua perfectio? quāquidem similior est per idipsum summo ex se semp summā gignēdi sapientiā: & magis quidem quā pati. Ne. Proculdubio. The. Cū itaq. scire, intelligere, & sapere: intellectus agētis sint pfectiones: & magis (ut mecū cōcorditer sentis) quā ipsius passibilis: intellectus agēs etiā illa appetit: & vel magis quā ipse passibilis. Ne. Ita certē est. The. Appetit igitur scientiam, intellectum & sapientiā intellectus possibilis ut  
 27 potētia: & intellectus agēs ut efficiēs. ¶ Sed quādo tam lōge digressi sumus: paululū adhuc lōgius pgrēdiendū est. Si quis te percōtetur cupidē literarum adolescens: cum omnes homines & scire & intelligere & sapere natura cupiāt: & tale naturae pulchrum desiderii: ipsius intellectus sit & agentis & potentiae: an appetitus talis intellectus potentiae: sit ipsemet potentiae intellectus: an affectio quēdā illi naturae inhārens: quid responderes? Ne. Me huius quēstionis enodandae inaptum, meq. huius rei inscium esse. The. Age dic quando oculus ad videndum natus sit: anima quae in oculo est natura visionem appetit. Ne. Concessum. The. An seipsa, an affectione quadam quae ipsi insit? Ne. Seipsa ut mihi videtur. The. Et intellectus agens scire intelligere & sapere appetēs? Ne. Seipso etiā. nam actus sunt: quorum non est pati recipere: sed agere. The. Probe. paterentur enim. non igitur ad naturam appetendum: affectio quēdam requiritur. Ne. Nō in actibus. The. Et potentiae seipsis se habent ad patiendum & recipiendum: ut actus ipsi seipsis ad agendum. Ne. Apparet. Theo. Sicut igitur actus ad naturalem agendi appetitionem: affectio nem non requirit. sed anima in oculo & suus natura vidēdi appetitus subiecto sunt vnū, sola verō ratione duo: &

Quod intellectus agēs seipso appetit.

intellectus agens & suus sciendi, intelligendi & sapiendi naturalis appetitus cōsimiliter. ita potētia ad naturale patiendi desiderium haud affectionem requirit, quæ quidē ille ipse sit appetitus: sed potētia, taleq; desiderium subiecto sunt vnū, & sola ratione dissona. Nea. Bona ratione videtur ita esse sentiendum. Sic enim suapte natura & nō per alterum: suā perfectionē appetere cognoscetur. ¶ The. Sed modo an appetitus ille sciendi, rationalis appetitus existat: nōdum discussum est. dixisti tamen scientiam, intellectum & sapientiam nō esse in volūtate: ex quo nō cōficitur volūtate illa, natura nō appetere: cum etiā illa eadem in intellectu non sint agente: quæ tamen probauimus illa natura appetere. Nea. Non planē sentio: quod se sit vertendū. Theo. An voluntas scientiā amat, intellectū, & sapientiam? Ne. Amat. The. Nōne natura illa amat, & magis forte virtutibus ipsiis: quæ in ipsa existentes ipsam perficiant? Ne. Videtur, nam magis bonū magis natura amat. The. Et illa natura amare: est ne ipsius volūtatis pfectio? Ne. Est. The. Quando similior hoc ipso euadit ipsi summo bono: quod est in finitus amor, infinitaq; amandi ratio. Ne. Certē. The. Appetit igitur volūtas rationalisq; appetitus natura scientiā, intellectum, & sapientiam, scire, intelligere, & sapere. imō voluntatē ea natura amare, est illa eadem natura appetere. Ne. Mihi certē videtur. The. Vt scilicet amice sunt amabilia, voluntatēq; affectabilia. Nea. Hæc ita sese habere mihi pulchrē videre videor. ¶ Sed ō Theoretice cum hæc quæ diximus: intellectus agēs, intellectus possibilis, & voluntas natura desiderēt: an tria sunt re ipsa distincta desideria: an reuera subiecto essentiaq; sit vnū: cuius esse & ratio

qđ aīa rō nes diuersæ sint vel quomodo aliter? The. Chare Neania nalis com an intelligis animā (quæ vt separetur facta est, separataq; ponat ex operetur) propriū actum propriamq; potentiam habere? actū & potentia dico ab hac sensibili corporea & desecabili potentia, tia alteram: quæ quidem verē in se cōstet non fluxa, non marcessibilis, distrahibilisq; virtutibus, scientia, ipsaq; deniq; sapientia adornabilis. & illum actum: illam nō esse potentiam? Ne. Ex philosophia didici. The. Intellectum magē tem dicisne illum actum esse? Ne. Dico. The. Et appetit,



didi sive fuit esse appetitum? Ne. Probatum est. The. Et intellectus  
 est possibile dicis etiam esse potentiam illam: quae in se vere con-  
 stet, inde luxa semper, semperque substantia eadem? Ne. Dico.  
 The. Et cum appetat: dictumne est esse appetitum? Ne. Dis-  
 ctum. The. Et iam consensisti animae nostrae actum: propria  
 eius non esse potentiam. Ne. Consensi. The. Non est igitur  
 ipsius intellectus agentis desiderium: ipsi scilicet actui:  
 idem: intellectus potentiae desiderium quod quidem potentiae  
 idem est. Ne. Certè. The. Sunt igitur subiecto, essentia, reque  
 ipsa intellectus agentis & intellectus potentiae: duo distin-  
 cta, diuersaque desideria. Nea. Oportet. ¶ The. An putas  
 animae nostrae unicum vere actum unicamque vere esse po-  
 tentiam: qui quidem animae actus in propria potentia, rationa-  
 les intelligendi, memorandi, & volendi facit operationes:  
 quas potentia ipsa recipit. & actum illum unam, simulque cum  
 potentia constituit intellectum, memoriam rationalem & vo-  
 luntatem: vultum scilicet diuini luminis supra nos Dei pie-  
 tate signatum: quemadmodum anima simul cum oculi po-  
 tentia constituit oculum, & illa eadem cum simili potentia au-  
 ditum & odoratum. Ne. Audiui. Sed haec eadem à te repetita  
 fuisse, mihi quamgratissimum est. The. Intellectus igitur me-  
 moria & voluntas hac ratione: subiecto essentiaque sunt unum,  
 & ratione tria quemadmodum gustus, tactus, & appetitus in  
 lingua. Ne. Sit ita. The. Non igitur appetitus voluntatis &  
 appetitus intellectus subiecto essentiaque discrepant, sed ratione  
 sola: sed omnibus subiectum essentiaque est eadem. ut agens agendi & po-  
 tentiae possibili, & totius totum. Ne. Apparet. The. Et ut de  
 voluntate praelocuti sumus: ita de illa rationali faciendaque  
 memoria sentiendum est. ¶ Ne. Sed tu num ponis plures in-  
 tellectus, voluntates & rationales memorias: cum ipsorum cuius-  
 iuslibet ponas agens, possibile & totum. The. Non fili. sed cum  
 dico intellectum agentem: perinde est ac si vocem animam in ocu-  
 lo oculum agentem: & cum voco intellectum possibile, perinde  
 est atque si vocarem oculi potentiam oculum possibile. non tamè di-  
 co simpliciter animam quae in oculo est esse oculum: neque  
 potentiam oculi esse oculum, sed oculus nomen totius est:  
 & actus & potentiae. ita neque simpliciter dico intellectum  
 agentem esse intellectum, sed intellectum agentem. neque intel-

Partium  
 animae desy-  
 deria esse  
 distincta.

Quoddap-  
 petitus vo-  
 luntatis &  
 intellectus  
 sint in co-  
 de re ipsa.  
 Intellectus  
 actus, vo-  
 luntates &  
 rationales  
 memorias  
 as non esse  
 plures.

lectum potentix esse intellectum: sed intellectum possibilem. Et ita de memoria agente & possibili. voluntate agente: & possibili. Sed intellectus: nomē totius & actus & potentix simul est. & rationalis memoria & voluntas. Ne. Sic ergo intellectus agens & actus intellectus idem sunt: & intellectus possibilis & potentia ipsius intellectus idem. & voluntas agens & actus voluntatis. The. Prorsus ut ais oīno in his & reliquis consimiliter. Ne. Quāpulchrē mihi confirmare videris: quæcūq; de anima maximē scitu digna putavi. ¶ Sed o Theoretice nō sim tibi molestus si de hac re vnum quiddā scisciter. The. Sciscitare. Ne. An sicut 32 intellectus agēs & possibilis pariter vñū constituūt intellectū: ita appetitus agens & appetitus potentix vñū constituūt appetitū? The. Prorsus. Ne. Totus ergo animæ actus vnā cum tota animæ potentia: vnum constituūt appetitū. The. Ut ais. qui vnus est pariter & trinus. Ne. Ratione scilicet: intellectus, memoriæ, & voluntatis. The. Sic est. & iterum eorum quilibet cū vnus sit: pariter est trinus. Ne. Retinē puto: actus scilicet & potentix & totius. sed quem existimas perfectiorē & magis vnum: an actus, potentix an totius? The. Quod existimas perfectius, magisq; vnum: lineam, superficiem, an corpus? Ne. Corpus profecto quod pulchro ternario perfectū est. Id ipsum ut qui longe videre sim ineptus haud percipiebā: totū totiusq; appetitū suo pulchro ternario consurgere perfectum: itaq; naturā: imō vero ipsum naturæ opificē perfectum omne: suo ternario complere. Et adhuc ternariū intellectus, memoriæ & voluntatis perfectiorē esse, quāquidē sit magis vnus. The. Diuinū ingenium mihi habere videris: ipsum excole, ut ipsum in suo (quodd vides) per pulchro, perfectōq; ternario & tribus perfectis sine quacūq; ipsorum adinuicē cōpositione subsistente, cum omnino substantia sint idē: ad illud perfectissimē vnum & trinum sese erigat & digno contēplationis officio, vberē memoriā: pio perfectōq; amore prosequatur. superāntne tibi alia quæ queras? Ne. Nulla. The. Vis ergo ea quæ diximus paucis recolligamus, ut firmiter memoriæ mādēs? Ne. Maximē. The. Quasi à proposito per ocium ludentes, longius euagati diximus.

Totū esse  
simplici<sup>9</sup>  
qualibet  
parte.

Pulchra  
adminis-  
tio.

Omne hominē maxime natura desyderare esse sapientem. Breuis  
Id naturæ desyderiū nō esse cōcupiscibilis, irascibilis, aut eorū que  
rationis particulæ: sensum, cognitionē uel sequens. dicta sūt  
Qudd non sit concupiscibilis partiū aut animosæ: ut & epilogus.  
quædam naturę inclinatio est.

Qudd talis naturæ appetitus quo scire, intelligere, & sapere  
natura desyderamus: ipsius sit intellectus.

Intellectū possibile ut potentiā scire, intelligere, & sapere  
natura desyderare: agentē vero magis & ut efficiētem.

Tale pulchrū naturæ desyderiū non esse affectionē quā  
dā: intellectui aut agēti aut possibili natura inhærentē.

Qudd voluntas, rationalisq; appetitus, scientiam, intellectum, & sapientiam natura desyderet: ut scilicet amabilia: voluntateq; affectabilia sunt: & rationalis memoria, eadem ut memorabilia sunt appetat.

Intellectus agentis appetitum re ipsa ab intellectus possibile appetitu esse distinctum.

Naturalē volūtatis appetitū & intellectū: omnibus cōformibus modis subiecto idem esse sola ratione plura: ut  
agens idem est agentī, & patiēs possibili, & totus toti.

Qudd nō plures sint intellectus: nō plures rationales secundeq; memorie, aut voluntates, etsi in vnoquoq; eorū agēs possibile & ex his totū subsistens reperiatur.

Qudd appetitū agēs & potētia vnū constituant appetitū.

Item totū nostræ animæ actū cū tota eius potētia: vnum cōstituere appetitū: qui vnus est pariter & trinus. Ne.

Subiecto scilicet vnus & ratione trinus. The. Scilicet.

Deniq; quēlibet illorū triū: vnū esse, & re ipsa esse trinum.

Hæc omnia breuiter perstrinximus. Curemus modo ut re

33. liqua absolua. Ne. Curem. ¶ The. Quib⁹ potētis reſgūtur animalia? Ne. Bruta plurimum imaginationib⁹ & memoria viuūt: homo vero prudētia & arte. The. Imo vero d Neania bruta his tribus sensu, sensuali memoria, & appetitu viuūt, in suaq; dirigunt vita: & homo intellectu, rōnali memoria, & volūtate. Nam vnūquodq; natura viuit, ut quā optimas sua affert natura operationes efficiat. Sic em̄ illi maxime bona ad qd oīa respiciūt & ad qd oīa tendūt; similis quadit, optimæ aut operationes: ab optimis



mis perficiunt potentius; viuunt igitur vnūquodque secundum optimas suas potētiās. atqui meliores potētiās sensu, sensuali memoria, sensualiq; appetitu bruta nullas habent. & homo diuiniore sorte potitus: intellectu, rationali, secundūque memoria & voluntate. Ne. Verū. The. Viuunt igitur bruta sensu, sensibiliq; memoria & appetitu. Et homo diuiniore suæ naturæ sortē sequens: intellectu, rationali memoria, & voluntate. Ne. Nempe. sic enim utraq; in suo ternario pulcherrime illā summā quā optimē possunt imitantur

Solū ho-  
minē iter  
animalia  
a suæ cō-  
ditionis  
forte aber-  
rare,  
vitā. The. Ita est amice. solus homo est qui suæ diuiniore naturæ conditione neglecta: sponte deuiat, quicq; mauult bruto vivere similior: sensum, sensualisq; memoriæ & appetitus sequens perturbationes: quā in diuina vultus diuini sorte suo perfectissimo assimilari principio. vt hinc intelligas bonū pēdere & malū, præmiū atq; pœnā. Sed vide ne te feceris bruto inferiore: qđ nūq̃ sponte deuiat a sui principii quātūcūq; potest assimilatione. iūde & exteræ res sensus rationisq; immunes. Ne. Ipsum oro omniū principii vt me semper ex me quidē fragilē & infirmū erigat ad ipsum: & a dei, sapiētia: secunditate & amore (quātūcūq; ipse me capacem fecerit) assimilandū. The. Pium tuū desiderii. Sed procedamus. ¶ Quæ animalia discipli-

Quodd hō  
animaliū  
disciplina  
bilissimū  
est.

nabilia sunt? Ne. Quæ auditū & memoriā habent. nam talibus aliqua significare possumus: per quæ vsui directior nūq; reddatur aptiora. The. Et maxime omniū homo: cui nō modo terrena, caduca ad horāq; labētia significatur: sed etiā cœlestia & æterna. Ne. Ita est. ¶ The. Quæ prudētia? Ne. Sensum & memoriā habētia. nam hæc futurorum videntur esse prouida. The. Quæ etiam parum memoriæ participāt. vt apes sibi hexangulas domos fabricātes: phalangius in cibi venationē subtiliter telam texēs: & formicæ quæ sibi cibum in æstate aggerant: ne hyemis asperitate aduentante domentur, deficiantq; ad quarū prudentiam cōtemplandam: sapiens imprudentē & pigrū mittit. Ne. Ita est. The. Et si auditū nō participet sed quēlibet sensum alterū, quid tum? Ne. Prudētia quidē erunt sed nō disciplinabilia: nā sensu disciplinæ carēt. The. Cognoscuntne talia rationis expertia futurum; cuius tamen gratia agere videntur.

videntur. Ne. Minime. nam ipsorum virtus cognoscendi Quodd  
 suprema, imaginatio est: quæ solum præsens & præteritū brutū nō  
 tum attingit. The. Probe admodum. non igitur prudentia cogno  
 sunt. quia præterita futuris cōnectant ac comparent. Ne. sciat futu  
 Ita dicendum. nam ipsa utrūq; extremum & præteritum rum.  
 & futurum cognoscere oportet. Iam autem ea concessio  
 mus non cognoscere futurum. Theo. Memoria igitur in  
 ipsis parum facit ad prudentiā. Ne. Scilicet. The. Imò etiā  
 & sensus & memoriæ expertia vestigium prudentiæ in se  
 gerere videtur. vt arbores cum folia in cooperimentū fru  
 ctus & pulpam & duriorē testam in seminis defensio  
 nem proferunt. ¶ Sed quæro si quodnā animalū præsen  
 tia præterita & futura discernat adinuicem conferat: & ex  
 præsentibus & præteritis: futurorū facile sibi cōiecturam  
 sumat: ipsūne prudentius ceteris tibi esse videretur? Ne.  
 Videretur. Et suspicor te velle hominē dicere. Theo. Sine.  
 Nōne tibi videt illud (quodcūq; fuerit) propriā habere  
 posse prudentiā: modo rationē haberet ad cōsultādum de  
 prouidentia futurorum, quæ prudentia ipsa respicit. Ne.  
 imò etiā eius sola prudentia ppria esset: vt quæ esset actiua  
 recta cū ratione circa eius totius vitæ bona. quæ non sine  
 futurorū cōsilio est. Et aliorū inferiorū prudentiæ omnes.  
 improprie sunt: & quæ longo interstitio & tenui quadā  
 similitudine. illius imitantur imaginē. The. Nōne tibi mirū  
 videtur si hāc similitudinariā habetia prudentiā: in suo ipso  
 tenui admodū prudentiæ vestigio semper imitantur summā  
 prudentiā. nec vnq; nec vsq; deuiant. hoc verò in propria  
 & (vt ita dixerim aliorum cōparatione vera: minus ipsam  
 imitantur. Ne. Id monstrum est: præterq; naturā cōtingere vi  
 detur. The. Ita tamen amice est. O nostrā miserandā sortē.  
 haud male suspicabaris me hominē intelligere voluisse.  
 Constat enim ipsum omniū mortaliū disciplinabilissimū.  
 prudentissimū. & optimū: qui solus omniū suam natu  
 ram non sequitur. suæq; naturæ benignitatem negligens  
 ea abutitur. cuius mali causam esse reor qd seipsum non  
 cognoscit. magna profecto sapientia est (vt vel id oraculo  
 cōcedamus) seipsum cognoscere. Tu te ipsum d fili Nea  
 nia cognoscere stude: & te animalium natura mansuetissimū

Quodd ho  
 mo aia  
 liū prudē  
 tissimū est

mium & prudentissimū esse memento. Talis enim natura  
 quilibet homo est. & tuæ naturæ benignitatē semper se-  
 quere: admoneq; ceteros æquales tuos vt seipsos cogno-  
 scant: & quales sint natura videant: ad sapientiamq; pa-  
 riter (vt tu) aspirent. ¶ Sed videamus an ipsum summe sa- 37  
 piens quod omnia largitur abunde: nobis etiā ipsam sa-  
 pientiam cōcesserit possidendā. Ne. Supra concessimus in  
 eius operatione hominis finē consistere. The. Dictū quidē  
 est & verū. Quod non omnibus tamen ita esse visum est.  
 tamen quia maxime sapientia libera est: hominis autē na-  
 tura multis modis: ipsis serua visa est. Ne. Si hominis na-  
 turā respiciamus (ita ex ijs quæ me modo docuisti conie-  
 cto) omnium mortaliū vel maxime liber est & suimet causa  
 ita vt totius naturæ opifex opus suū inter mortalia in ho-  
 mine perfectissimū cōsummāsse videatur. Si autē ex acci-  
 denti seruus fiat: parum firmū est argumētū. Nam & talē  
 natura existimamus sapiētā, & nō ex accidenti. The. Aiunt  
 præterea Deum: solū hūc sibi vēdicasse honorē. Et reuera  
 De⁹ summe sapiēs est, sed de illa summa sapiētia, qua De⁹  
 solus vt est seipsum cognoscit: sermonē nō agitat⁹. sed de  
 illius summæ & verissimæ sapientix remotissima similitu-  
 dine: qua ipsum quātū nobis cōcessit esse felices, mēte adia-  
 mus. Ne. De similitudine scilicet agim⁹, cui⁹ Deū solū nō  
 possint dicere possessore: q; eā ipsam oīs sapientix possidet  
 veritatē, vt modo dicebas. Theo. Mitto q; nōnulli dicant  
 Deū inuidere: tantū bonū à mortalib⁹ possideri: q̄nquidē  
 omnium rerū optimoparētī ipsiq; summæ beneuolētē inui-  
 diā ascribere, maximū sit nefas. Estq; id poetæ dictū. eue-  
 nitq; hoc in loco vt vetus prouerbiū docet: q; multa men-  
 tiant poetæ. dicebāt præterea sapiētā q; maxime diuina,  
 maximeq; honorāda sit: soli maxime diuino & honorādo  
 (qualis solus De⁹ est) cōuenire. ipsumq; summe diuinū &  
 honorandū Deū esse: & ipsam summe diuinā & honoran-  
 dam sapiētā: esse deam. quæ de ipsa summa sapiētia imo  
 omnis sapiētix veritate & æterno exemplari verissime di-  
 cuntur: nō autē de nostra hac similitudinaria, quæ nos in  
 ipsi⁹ vere cōtēplationē rapit & aduocat. quā solū ceterarū  
 sciētiarū à nobis in hac caduca vita possideri possibiliū:



probauim⁹ diuinissimā, maximeq; venerandā, sed tu dicis  
 to. nōne hoīes auspicati sunt philosophari q̄ apparuer  
 rūt aliqua quæ ipsoꝝ animos in admirationē traxerūt: vt  
 solis ad nos cōuersio, & diuersio, nūc solis & lunæ terrifi  
 ci defectus, ostenta in aere visa. Ne. Ita inceperūt vt opi  
 nor. The. Et admiratio nūquid sine ignorātia est? Ne. Nō.  
 The. Et naturaliter cupiūt illo ignorantix vinculo solui.  
 Ne. Scilicet. The. Quādo vnūquodq; natura suū bonū ap  
 petat, illo autē solui bonū sit, & nō minus diuina admirari  
 coeperunt, vt an hæc sensibilis machina temeritate quadā  
 facta sit sempiternosq; ea ipsa percipiat motus: an intelli  
 gentia, sapiētiaq; aliqua gubernet. & an huius pulchri re  
 ō ordinis vn⁹ author, vn⁹ gubernator, an plures, arbitra  
 risne ipsos hæc & similia cognoscere fuisse accensos? Ne.  
 Longe magis q̄ sensibilia ipsa: imō vero maxime vt mihi  
 videtur, nam ego (quē ipsoꝝ cōparatione exēcutientē talē  
 pam reputo) horū sempiternorū desyderio magis q̄ dici  
 queat accendor. The. Sic accendūtur amice: qui mentem  
 puriorē habent, minusq; corpore, corporeisq; perturba  
 tionibus occupatā, hæc autē sine sapiētia cognosci nō pos  
 sunt. Ne. Haud aliter. The. Putas appetitū illū & naturale  
 illud desyderium, irritū vacuumq; esse posse? Ne. Minime.  
 The. Nā summa illa plenitudo omnibus in rebus ociosita  
 tem vitat, vt in rebus sensibilibus, corporum, magnitudi  
 numq; vacuū, possessores igit sapiētix esse possum⁹. & hic  
 nobis ad nostrū principiū, ad vniuersorū oīno bonū relā  
 tius est aditus. Ne. Hæc pculdubio admiratio, admira  
 tioneq; suscitatur appetit⁹: in melius decūbit, gratix sint il  
 lius largitori. The. Gratix, nosq; naturā (quā nobis vsque  
 adeo bonā munificus cōcessit) oī ex parte perficere iuuēt.  
 Ne. Iuuēt. The. Sed sūntne alia: quæ nūc tibi occurrāt ex  
 pediēda? Ne. Nulla. The. Quæ supsunt, reliquorū sunt li  
 brorū & quæ mai⁹ ociū requirūt, ubi autē nūc forte paruū  
 est: & mihi itidē, sol (nō lōga mora futura est) a nobis suū  
 subtrahet aspectū. Ne. Verum ais o Theoretice, sed aliquā  
 aliās cū se temporis opportunitas ultro dabit: nō te mihi  
 difficilem præstabis, quo minus ea quæ superant mihi nō  
 manifestes. The. Me semper, modo sit tēporis occasio; nō

modo facilem sed quàm facillimum habebis. Vale. Ne. Et tu ò optime Theoretice nunc vale: in futurumq; rursus tu semper optime valeto.

Primi dialogi finis.

## SECVNDVS DIALOGVS META physicæ introductionis. Theoreticus. Neanias.



Erus aduenis ò Neania. Ne. Serus ò Theoretice. nā pater meus hac ex vrbe modo rus concessit: qui me etiam plusq; velim remoratus detinuit. attamen si quid ocij tibi suppetat (codicē attuli) à quæstionibus ordire, & quâ velocitate voles trāsigere. The. Ita optime fili & decet & oportet: nā nos tē-

poris angustia premit. ne ergo multa prælocutione tēpus

Quid cāe vanè absumamus. ¶ Dic age quid est causas esse secundū scdm spe- speciem infinitas? Ne. Si petas quid rei: nihil est, at si quid ciē infinite, nominis: infinitæ secundū speciem dicerentur, si ipsarum infinitæ essent species. The. Quo pacto? Ne. Vt si esset materia, forma, efficiens, finis, exemplar species à prædictis altera: a b c d e f semper nouæ à prioribus & sine statu cau-

Quid cāe se species. The. Probe. ¶ Quid est eas ipsas infinitas esse scdm di- secundum directum? Ne. Quid rei nihil est: nam neq; sunt, rectū in- neq; esse possunt. at quid nominis respondeo infinitas esse finitæ.

secundum directum: si in vnaquaq; causarū specie ab vna in aliam alterius naturæ, semper sine statu procederetur. The. Quo pacto intelligis in vnaquaq; causarum species? Ne. In quolibet quatuor causarum genere: vt in materia, in forma, in efficiēte, atq; fine. The. Id ergo in materia pande. Ne. Materiæ secundum directum infinitæ dicerentur: si vna fieret ex alia, quæ iterum fieret ex alia, neq; vnq; vllum assequi valeremus terminum. vt si hoc vt terra fiat ex aere vt materia, & aer ex igne, & ignis ex a, vt ex materia varix, diuersæq; naturæ: & a ex b, & b ex c, & ita sine statu: materiæ illæ secundum directum abirent infinitæ The. Pande in forma. Ne. Formæ secundū directū in infio

nitū prodirent: si aliqua forma per aliā & alterius nature formam subsisteret. quæ iterū esset per aliam: neq; vnq̃ in vltimā decūberetur. The. Id in efficiente. Ne. Causæ efficiētes secundū directū infinitæ dicētur: si effectus fieret, enascereturq; ab aliquo: quod iterum ab alio: nullo tandē termino reperto. The. In fine. Ne. In fine conformiter. vti si hoc gratia huius fiat: quod iterū alterius gratia fiat, nusquamq; decūbat, series finitū secundū directū probaretur infinita. essent em̃ fines secundū directū infiniti: si effectus alicuius gratia fieret, quod iterū alterius gratia fieret. neq; vnq̃ vbi stemus, terminum finemq; habeamus: qui alterius non sit gratia. The. Facis δ Neania vt ingenui iuuenes facere solent: qui nunq̃ nisi præmeditati præceptore adeunt. hinc fit vt ad singula quæq; quæsitæ egregie, scienteq; respondeant: in graues tandem & scientificos viros euasuri. itāne est? Ne. Ita præmeditatus aliquantulū me tibi obtuli. The. Tāto expeditius singula trāsigem?

3. ¶ Dic ergo quot nos à veritatis perceptione disturbant & præpediūt. Ne. Quinq; consuetudo audiendi falsa. eruditioq; non recta. recte docēti assentire nolle: nisi quod dixerit vt mathematicus monstret. Nulli fidem præstare: nisi sensibile sit, sensibilibve constet argumento. nulla recipere: nisi alicuius virgente autoritate. nō posse nisi parua degustare.

Quæ a veritatis perceptione impediāt.

4. ¶ The. Age nunc an causæ secundū speciem infinitæ esse possint? Ne. Non possunt. nā oēs causas quatuor causarū speciebus, materia, forma, efficiente & fine complectimur. non itaq; hoc pacto sunt infinitæ. The. Satis de speciediuidua respondisti, de indiuidua autē non satis. Ne. Nondū

Qd̃ causæ nō sint scdm̃ speciem infinitæ.

5. teneo quid respondendū sit. ¶ The. Proficiscamur igit̃. & cedo an materix rectitudine prodeant infinitæ. Ne. Minime. nam bifariam diximus ex aliquo aliquid fieri. Primo sicut ex imperfecto fit perfectū, quemadmodū ex puero dicimus fieri virum: & ex Isthmijs olim ludis Neptuno dedicatis fiebant Olympia. & ex & post: hoc in loco eandē significantiam retinere videntur, secundo ex aliquo fit aliquid per generationem. at neutro dictorum modorum proceditur rectitudine in infinitum. in primo quidem cū ex imperfecto fit perfectum: vt ex puero fit vir. nam idem

Aliqd̃ ex altero dupliciter fieri.



est ex quo fit & quod postea perfectū est. nō itaq; hoc mō  
 proceditur in infinitū, nā semper ad aliud, alterius, diuers  
 fæq; naturæ procedere oporteret, & si quod fit, & ex quo  
 fit, eadē nō sint: extrema determinata habent imperfectū  
 & perfectū at determinatis extremis, media qbus ab vno  
 in aliud procedit infinita esse impossibile est: quippe quæ  
 nunq; trāsiri possent: cū igit fiat hoc ex hoc priō: serici pro  
 cessus nō abit infinitus. The. Rectē ais. Ne. Neq; quidem  
 cū hoc fiat ex hoc, gñatione & secundo, primo, quia illic  
 extrema esse & nō esse determinata sunt. Vbi aut extrema  
 determinata sunt: media in infinitū p̄dire nequeūt. secun  
 do, quia cū hoc ex hoc gñatione prodeat: ad cōsimilia tan  
 dē fit reflexio: atqui si hoc pacto materiæ procederēt infi  
 nitæ: semp ad alterius naturæ materiam sine resiliōne ali  
 qua proficiscerētur & irent. nō itaq; materiæ secundū dire  
 ctum procedūt infinitæ. tertio, quia cū hoc ex hoc gñatio  
 ne surgit: materia eadem numero est, & quod in vnus ge  
 neratione sumitur: ab altero in corruptione dimittit. The.  
 Naturalis institutio huius rei fidem fecit. Ne. Et materia  
 ingenita est atq; incorruptibilis: & primū rerū sensibiliū  
 sempiternū. non igitur possunt materiæ in infinitū secun  
 dum directum procedere. ¶ The. Hoc pacto de forma an

6  
 Qd for rectitudine in infinitum prodire queat, expedi. Ne. Hæc  
 mx in in, mihi hætenus facilia vīsa sunt: sed timeo sequētia me ma  
 finitū re iore difficultate premere. sentio tamen respondendū esse:  
 titudine formas secundū directū haudquāq; infinitas euadere pos  
 non pro se, primo quia si hoc pacto infinitæ euaderent formæ, dif  
 deant, finitione cōplecti nō possent: hoc aut irrationabile est. nō  
 igitur hoc pacto euadunt infinitæ. attamen haud plane  
 intueor, quo pacto forma propterea diffinitione comple  
 cti nequeat. The. Nec hoc quidē facile. sed an putas aliam  
 deberi formæ applicari diffinitionem: præter eam qua si  
 gnificamus formam dare esse rei, remq; conseruare in esse.  
 Ne. Nullam aliam. The. Albedo quæ quædam forma est  
 quale dat esse? Ne. Album. & ipsa præsens: album conser  
 uat. The. Nūquid dat aliud esse? Ne. Nullum. The. Et dul  
 cedo dat esse. Nea. Accidentale scilicet, esse dulce. Theo.  
 Et nullum aliud? Ne. Nullum quod norim. The. Si albe

do esset per dulcedinē, & per nullum aliud, quid ais tum? nunquid posset albedo dare esse quod non haberet? Ne. Non mihi videtur. Theo. Et habet solū esse dulce, nam est per dulcedinem. Ne. Est. Theo. Non dabit igitur esse nisi dulce. Nea. Mihi quidem ita esse videtur. The. Age nunc, forma substantialis qua de nunc agim⁹ dat esse, & verius quidem: veriusq; conseruat. Ne. Verum id est. The. Sed id & quæ hæcenus dicta sunt intelligo vbi formæ finitæ sunt. nunc autē ponamus earū seriem in infinitū excedere, vt sit a per b, & b per c, & c per d, & ita sine termino. Ne. Admitto. The. A nō habet esse nisi per b: sicut albū nō habet esse nisi per albedinē. atqui b non habet esse nisi per c. non igitur b dabit ipsi a aut alicui aliorū esse b. nam nihil dat alicui esse: quod non habet, neq; dabit esse c. nam c nō habet esse nisi per d. d enim ipsi dare esse, admittēdo processum formarū infinitū, concessum est. & nihil dat ipsum esse quod nō est. cū igit c nō potest alicui dare esse: tanto min⁹ b dare esse c potest: & ita de d: & quolibet aliorū argumētabor. Ne. Ita oīno. sed qd tū inuenimus. The. nullā dare esse. q; si nō dant esse. neq; rē saluāt cōseruatq; in esse. Ne. Indubie. The. Si igitur formæ infinitæ euadent, diffinitione haud cōplectentur: quādoquidē illa quæ maxime omnium ipsis cōuenire videtur: ipsis nullo pacto aptari, applicariq; queat. Nea. Mihi sic esse oportere: iā ratione satisfactum esse videtur. The. Et eodē pacto intellige rationes quibus diffinitio cōpletur: infinitas euadere nō posse. est enim ratio, forma quædam. Ne. Perpendo hoc modo intelligentē infinita transire non posse. Theo. Perge igitur reliquas rationes absoluere. Nea. Vt vis: secundo. formæ infinita, interminataq; serie nō pdeūt. Nam in illis formis semper magis esse deberet quæ prior esset. & quæ ante: ea quæ deinceps. & prior posteriori dare esse. at vbi non est primum: neq; hoc pacto prius & posterius est. Theo. Et in rationib⁹? Ne. Consimiliter. Nam prior, ea quæ subsequitur magis est. vt quæ sit vniuersalior: & ex qua pēdere debeat posterioris cognitio. Atqui si infinitæ essent, cū primū & vltimū nō darentur: neq; medium itidem, neq; priores & posteriores atq; deinceps, tertio, quia si in infinitū pro-

dirent. rerū scientia tollere. nā res ipsas cōtēplando: forme per quas cōstaret sciri nō possent. Nā infinitæ essent. infinita aut hoc pacto trāsigere intelligēt: impossibile est, quare neq; res ipsæ cōpositæ scient. The. Probe, nā totū suis ignotis partib⁹ cognosci nō potest: sed tūc ipsum cognoscim⁹: qñ ex quot & qualibus cōpositū sit cognoscimus. Et si rationes ipsas respicimus? Ne. Itidē tollitur scientia: nā scire impossibile est nunq̃ ad indiuiduas species venire potētem. at si huiusmodi rationes formæ in infinitū prodiret, nunq̃ ad indiuiduas species decumberet. nā in infinito, vltimū: locū non habet. si autē vllæ daretur: essent vltimæ,

Qudd Tolleretur igitur itidē scientia. ¶ Et efficientes causas infinitas 7  
causæ efficientes secundum directum progressum non sustinere: penes  
causas re cōsimilibus cōstare potest rationibus. Item & hac. si sunt  
cōtitudine causæ efficientes mediæ: & postremas esse necesse est. At  
non sunt efficientium causarum sunt mediæ, vt quæ sint ab alijs &  
infinitæ.

Obiectio  
nis dilu  
tio,

à quibus alia sint: sunt igitur extremæ. non em̃ aliqua mediā,  
diarū, extrema esse potest. The. Quid hoc? Ne. Nam esset  
ab alia superiori q; efficiēte: quæ ideo potius: valentiorē  
iure extrema & suprema dici mereretur. Qudd si datur pri  
ma: in ipsis nō euaditur infinitum. itidem si datur vltima.  
The. Indubie. nā si essent infinitæ: omnes mediæ essent, si  
medias vocare liceret (vt tu) quæ ab alijs efficiētib⁹ sunt,  
& à quib⁹ alix efficientes ortū sumunt. ¶ Sed quomodo 8  
d Neania si temporū sempitern⁹ ordo infinitaq; processerit  
series, vt plane sensisset Aristoteles: efficientes causæ sec  
undum rectitudinē non exeant infinitæ: nam tu ab Homophrone  
genitus es. Nea. Sum. The. Homophron autē  
à tuo auo, auus ab abauo, qui iterum ab atauo, & atauus  
à tritauo. & ita sine statu vllō proceditur: vt nunq̃ sit da  
bile efficiens primū à quo tu ipse processeris. Nea. Verum  
ais d Theoretice. attamē propter hoc efficientes causæ nō  
prodeant rectitudine infinitæ. nam non procedis ad eas  
efficientes quæ euariantis, dissimilissq; sint naturæ, cum à  
me ad patrē, à patrē ad auum, abauum, atauum & tritauū  
procedis. Si tamen infinitæ secundum directum prodire  
deberēt: semper ab vna ad alterius naturæ alterā (vt diffi  
niuimus) progressio euaderet. Ob id etiam quod de infio



nitis efficientibus actu: mihi superior sermo haberi visus est. The. Et rectè quidem. Ne. Nunc autem non de infinitis efficientibus actu, sed potentia obiectio procedit, non enim sunt aut fuerunt infiniti homines actu: à quib⁹ ego procefferim, sed potestate & appositione sola, quemadmodum posteriora tempora prioribus sed non manentibus quidem adduntur. The. Non obtuse dictum è Neania. & reuera infinita hoc modo esse efficiètia: est infinitas esse linearum partes, & infinitas partiales & in potentia materias sub dimensione secabiles. at propterea materię secundum directum non prodeant infinitę. Ne. Ita planè Oneroposius cui⁹ ego discipulus & auditor sum, diceret. The. Adde fili hypotesin mūdum perpetua serie (vt ne vnquā quidē incoeperit) perdurasse: falsam esse: quare & id quoq; falsum, infinitos præcessisse ex quibus tu pendeas homines.

- 9 ¶ Nunc autem expedi. finēsne infiniti secundum directum excedant an aliter? Ne. Minimè profecto excedunt: nam causę iam adductę inhibēt. Primo. nam finem diffinire difficillimū esset. The. Difficillimum fili. nam quo pacto illius gratia esset: quę ab ipsa infinito interuallo, infinitisq; medijs distaret, vt quā per ea pcedēdo nunq̃ assequi valeat? Et si nō est illius gratia (quā tamē solā putare oportet optimā) certè nullius alteri⁹ gratia esse videbit̃. in ijs em̃ quę rectitudinis seriē seruant: quod gratia prioris, meliorisq; nō fuerit: neq; pfecto posterioris minusq; boni gratia erit. sed perge. Ne. Secundo. quia neq; prioris & posterioris integra seruaret̃ cōditio: vtpote quę in infinitis locū non habeant vllū. Tertio. tolleretur scientia finis. Quarto. quia si vnus finium est gratia cuius omnes alij fines sunt, & non sit alterius gratia: vnus est omniū vltimus finis, & non extrahūtur fines in infinitum. Atqui vnus finium est qui omniū aliorum finis est: & qui amplius nō est alterius gratia. alioquin in rerum vniuersitate nihil optimum. non igitur fines rectitudine extrahuntur in infinitum. Quinto. quia nihil esset optimum: imò neq; bonum. Et si quicquā optimum esset: nihil conaretur ad ipsum: quippe ad quod peruenire impossibile esset. The. Sic fili ipsius boni optimi natura tolleretur. nā ipsius natura esse videtur: ab ipso

Fines rectitudinem non esse infinitos.

omniū pēdere bonitatē, ad ipsum omnia tēdere, & ipsius  
 gratia esse oīa. modo nihil tenderet, conareturq; ad ipsum:  
 vt quod attingit (quēadmodū aiebas) haud quaquā vale  
 ret vnquā. Conatusq; ad id rei, vacuus irritusq; haberet.  
 Nihil itaq; esset optimum: eiusq; sublata esset natura: quo  
 quidē nō existente optimo: oīs alterius bonitatis fonte &  
 principio vt nullū alterū & posterius bonū sit vllū, necesse  
 est. Tibi ne ita videat an secus? Ne. Ita planē. The. Absolue  
 igit. Nea. Sexto. neq; intellectus vllus esset actiu⁹: quādo  
 quidem intellectum actiuum finem habere vbi quiescat:  
 necesse est. nullum autem haberet. The. Nam in infinitum  
 prodirent. neq; immanifestum est intellectum actiuum,  
 administratiuumq;: ipsius contēplatiui gratia esse. & ipsam  
 actionem & prudentiæ administrationē, contēplationum  
 & sapientiæ gratia. Cōtemplationem autem & sapientiā:  
 optimorū iam posuimus. Tolle igitur optimum: contem  
 plationem tollis & contemplantem intellectū: quare &  
 actionem, actiuumq; intellectū. Et certē intellectus noster:  
 oculus quidem suo sole carēs (modo aliunde impeditus  
 non sit) non cessat in pulchrorum sensibilibus pulchritu  
 dine summam cogitare pulchritudinē: in ipso bonitate:  
 summā bonitatē, in ipso duratione eternitatis immen  
 sitatē. vt quę nobis specula sint: illa summa pulchritudine,  
 bonitate, & xternitatis immensitate effigiata, impressa q;  
 & nobis in speculo & xnigmate immēsa Dei pietate reli  
 ctum est: quādiu crasso corpore tanquā carcere cingimur:  
 illa beatissima adire entia. illis verd⁹ superiorib⁹ mentibus  
 secus: sine velamine scilicet illam rerum summam pulchri  
 tudinē, bonitatē, immēstatemq; cōtueri vt oculis semper  
 periora q̄p vigilibus, quibus sol, maximumq; visibile vsquequāq; ibi  
 luceat. ¶ Si te percōter dulcis Neania, quas naturalis phi  
 losophus causas potissimū inuenire gestit? protin⁹ subdes  
 naturales. vt materiā, vt rerum sensibiliū formas, vt na  
 turales efficientes, atq; naturales fines. quas igitur meta  
 physicus diuinusq; philosophus potissimū desideret? pri  
 mus quid respondendum sit, in prōptu obuiumq; est: pri  
 mas & supramundanas causas & maxime omniū primā,  
 rerum exemplar & formam, omnium effectricem causam,

Quod  
 pfectioni  
 modo su  
 periora q̄p  
 homo in  
 telligant.

& omnium felicissimum atque optimum finem, quam hoc ipso quod  
 causæ in infinitum non prouant: iam sua bonitate explora-  
 ti, cōpertamque habemus, nunc quod reliquum est absoluerē  
 II tentemus. ¶ An veritas sit facilis, aut difficilis? Nea. Quo-  
 dam modo facilis, & quodam modo ardua atque difficilis.  
 nā nullus vnquam sincere & omnino digne veritatē apprehē-  
 dere valuit: & hinc ipsius difficultatis sumitur indicium, nul-  
 lus etiā vnquam veritatis omnino est exors quod rursus ali-  
 quid ipsius facilitatis arguit. Quis enim (vt vetere prouer-  
 bio consuetudine dici tractum est) in foribus delinquet?  
 Totum profecto facile est, pars autē captu nobis difficultatē  
 affert. The. Sane ita est, fores scientiarumque valux: prolo-  
 quia, dignitatesque sunt (quæ hic tota nūcupamus) & quæ  
 talia sunt vt ea vnusquisque comprobet audita: quibus nē  
 reniti, neque mente dissentire queat. Et ea in disciplinis cap-  
 ere facilissimum est. Contrā vero quæ ex ipsis pendent & quæ  
 hic partium nomine cēsemus: cognoscere difficile: & quā-  
 to à principiorum luce distantiora sunt tāto captu cogni-  
 tuque imperuiora. & certe veritas videtur ad nostrum ita sese  
 habere intellectum, vt illustre solis iubar ad oculum: cuius exi-  
 mia claritate nunc perfectē & digne satis noster apprehē-  
 dere valet oculus. Nullus etiam tāti iubaris expers omnis  
 12 no euadit. ¶ Cedo insuper, à quo entia suam veritatē sus-  
 māt? Ne. A maximè vero, nā in vniuocis vnūquodque ma-  
 xime omnium tale dicitur quod alijs vt talia sint, causa existit, vt  
 ignis maxime calidus existit: quæ cæteris sensibilibus vt cali-  
 da sint causa esse dignoratur, ita & maxime vera sunt quæ  
 alijs vt vera sint, causa existunt. Et maxime oīum id verum est:  
 quod omnium verorum vt vera sint, causa est, omnia itaque en-  
 tia: à maximè vero suā veritatē sumunt. The. Et id recte qui-  
 de, si enim in vniuocis cōformis, assimilisque naturæ: omnia  
 à maximè tali suū sumāt exordium: vt omnia calida ab igne  
 maxime natura calido, calida esse dicantur: multo igitur for-  
 tius in homonymis, in quibus semper quod prius fuerit na-  
 tura præstantius & perfectius euadit, & conditionē illā quā  
 cæteris tribuit (& quā cætera ab eo sibi vendicant & assu-  
 munt) altiore natura retinēs. Nimirum igitur posterius & quod  
 imbecillioris, infirmiorisque naturæ est: à maximè perfec-



Quodd nō altissimeq; vero suam veritatē vendicare atq; tale dici. Sicut oīa æque si sol omnium clarorū homonyma causa esset, & oīa clara suā veritatē alia sole posteriora essent: illorūq; claritates, solis claritudinē a maxime inferiorēs, imperfectioresq; sol omnīū iure diceret clarissime vero: quippe qui perfectissimā omnīū claritatem habere fortitūtur. ret: & quæ oībus claris vt clara essent causa esset, & quanto viciniū quicqnam à sole suā claritatem sibi vendicaret, & illius maxime magis æmulam: tātō ipsum clarius non ab re censendū esset. & quāto eminus, distantius atq; remotius & minus illius æmulā: tanto minus clarū bono iure censeretur. ita fili quæ à maxime vero viciniū suam fortitūtur veritatem & magis illius verissimæ imitatricem (vt supramundanæ beatæ mētes) veriora sunt, quæ vero è lōginq; & minus illius verissimæ affinem & æmulam: minus vera. Et vt de veritate dictum audisti: ita quoq; & de entitate, vnitatē, bonitate, plenitudine, potestate, necessitate, sapientia, vita, & cæteris transcendentibus: intelligendum puta. Entia siquidem à maxime ente suā sumūt entitatem, vt dictum est à maxime vero suā sumere veritatē, & à maxime vno suā sibi vendicant vnitatem, à maxime bono suam bonitatem, à plenissimo suam plenitudinem, à maxime potente suā potentiā, à maxime necessario summaq; essendi necessitate: suā sumūt necessitatem, ab omnīū sapientissimo suā sapientiā, & à maxime viuente, suā vitā, ita vt vniuersa (quantū vnicuiq; concessum est) sua entitate summā imitētur entitatem, sua vnitatē summā vnitatē, sua plenitudinē maximā plenitudinē, sua bonitatē summā bonitatem, sua veritatē summā & per se veritatē, sua potētia agendiq; facultate ipsam quoad pōt oīpotentiā, sua necessitate summā necessitatem, & suo qualicūq; sapientix & prouidentix vestigio summā sapientiā: oībus rebus suauiter prouidentē, & sua vita vitæve vestigio illā supremam vitā & immortalitatē, & reuera vnaquæq; res est ipsius summe entis, summē vni⁹, summē boni, summē veri, summē pleni, summē potētis, summē necessarij, summē sapientis & immortalis: speculū & scriptura, ab illo sumo & maximo rerū oīm opifice nobis añ oculos obiecta, strataq; quo ipm in illo naturæ libro ab ipso qdē efformato signatoq; legam⁹

- cognoscam<sup>9</sup>, cognitū amem<sup>9</sup>, cognitū & amatū frequēter  
 13 meditemur. ¶ Attū nō in oībus æque inuestigād<sup>9</sup> est, sed Quomō  
 ipsum pulcherrimū rerū potius in pulchris, pfectissimū in ipm maxi  
 perfectis, optimū in meliorib<sup>9</sup> & oīno naturæ digniorib<sup>9</sup> mē ens di  
 entib<sup>9</sup> à nobis cognitis: ipsa summa maiestas & dignitas gne est in  
 peruestigāda est. In his em̄ verius dilucet ipsa summa enti uestigan  
 tas, vnitas, bonitas, veritas, ipsa summa plenitudo, perfe dum.  
 ctio, summa maiestas, summaq; dignitas: quæ tātopere no  
 stra hęc trāsmūdāna philosophia desyderat. ¶ Sed age dic Quæ ma  
 14 d Neania. nōne omniū existentium principia (dico sum ximē prin  
 mā entitatē, summā vnitatē, summā bonitatē, veritatē, ens cipia,  
 tiū, vnorū, bonorū, & verorum) maximē vera sunt princi  
 pia? Ne. Maximē d Theoretice, & hoc nō mō opinor: sed  
 sine aliqua hēsitatione credo, The. Nec iniuria, nam non  
 qñq; sunt vera & qñq; non: sed sempiterna sempiternæq;  
 veritati semper cōiuncta, quib<sup>9</sup> nullū principium & nulla  
 causa est: sed oībus ipsa causę sunt & principia. Et certē  
 has d Neania felix qui potuit rerum cognoscere causas.  
 Ne. Has scilicet, sed d Theoretice aut non sanē satis concī  
 pio aut hallucinor. Existimaui em̄ oīa ad vnū principium  
 reuocāda atq; reducēda esse: tu verd mihi videris plura po  
 nere & quidē simpliciter prima, vt quib<sup>9</sup> nullū principiū  
 & causa sit. The. Maximē prima d fili: plura quidē non vt  
 cōcipis re atq; substantia, sed rōne sola: cū ea ipsa essentia &  
 subiecto sint vnū, imd maximē vnū, sintq; illa summa vni  
 tas qua nihil aut esse, aut excogitari potest magis vnū, &  
 cognoscere quo pacto res subiecto sit vna, ratione verd  
 multa: ad sapiētīā pādīt introitū. Et tu meministi pri<sup>9</sup> à  
 nobis dictū fuisse: sapiētīā nihil aliud esse q̄p eternarū ratio  
 nū intellectum & sciētīā? Ne. In memoriā reuocas, The.  
 Attū nō est nisi vnū primū ens entiū (& si commode dici  
 potest) vnissimū, optimū, verissimū, plenissimū, potentissī  
 mū, summē necessariū, sapiētissimū, & immortale, in omni  
 re in cœlo sursum, in terra & in abyssō deorsum signatū: si  
 nobis san<sup>9</sup> legēdi relict<sup>9</sup> esset oculus. Sit ipsius pietas no  
 bis d Neania oculū recludere: quo ipsum cognoscamus, Aristote  
 Ne. Sit oro, The. Huic (vt ferunt) enti entiū se Aristoteles lis cōmē  
 cōmēdare solebat: ei<sup>9</sup> misericordiā implorabat: quod cō: datio,

stebatur, quod prædicabat, pro quo tandem exul, damna-  
tusq; inter gētes exteras degebat: tandē in Chalcide pegri-  
nus, hoc munere mortalis vitæ functus tradit: quid nos  
d Neania: nōsne debem⁹ ipsi supplices cōmendare? Ne.  
Debemus supplices. The. Et exnūc cōmendamus. d ens  
entium, vnū, optimū, verissimū, plenissimū, potentissimū,  
summē necessariū, sapientissimū, immortale, atq; sempiternū:  
pāde nobis ad te viā & accessum: & adiuua qd nobis  
indidisti naturale desyderiū. Sed proficiscamur, percipisne  
hinc fieri vt sicut res ad esse se habeāt, ita quoq; ad verita-  
tem? Ne. Mihi percipere videor, nam quæ præstātius sunt  
vt naturæ entia beata: vicinius ab ipso maximo ente pro-  
deūt & manāt. quare & vicinius, indistātiusq; ab ipso ma-  
ximē vero, non enim aliud & aliud: maximē ens & maxi-  
mē verū ipsum est. The. Et illa eadem cōsimiliq; rōne ma-  
gis vna sunt, magis bona, pleniora, potētiora, necessarior-  
a, sapiētiora, magisq; immortalitatis sorte participātia ipsi  
ipsis inferioribus & caducis: quāto his ad horā labētibus  
præstantiora sunt entia. Ne. Certē. The. Quod igit in sensi-  
bilibus est motus, & entitatis instabilitas: est illuc iugissī-  
ma, stabilissimāq; entitas. Et quod insensibilibus quædā  
est pluralitas: est in cōlestibus vnitas, quod in sensibilibus  
bonitatis & veritatis exile vestigiū: illic nostræ bonitatis  
& veritatis exemplar & veritas. attō & in cōelo & in terra  
nō est nisi vna summa veritas. Ne. Et vna entitas vt putō  
The. Vna summa entitas. & ita in reliquis. & pro libera il-  
lic plenitudine: nos hic locū & plenitudinē sortimur occu-  
pantē. & pro vniuersali potētia, particularē potentia, resis-  
sentiā & reluctamen. pro necessitate, cōtingentiā, pro sa-  
pientia, ignorantia: & pro immortalitate, deficientē vitā.  
Vide fili quid est pcul esse à maximo ente, hæc mala à na-  
tura, imbecillēq; omni ex parte naturæ cōditionem ideo  
patimur: qudd lōge à primo ente distamus, lōgeq; ab eius  
veritatis imitatione. ¶ Hinc cognoscere promptū est felici-  
tatem & summum bonum ijs rebus (quæ huius sint capa-  
cia) ex ipsius summi boni (quoad fieri potest) assimilatione  
pendere. & cōtra: summā miserā ex ipsius (quoad fieri  
potest) dissimilitudine & ab eo discessione. Fit item vt

Quō infe-  
riora à su-  
periorum  
perfectio-  
ne defi-  
ciunt.



vnum solū sit absolutū ens: vnū, bonum, verū, plenū, potē-  
 tes, necessariū, sapiēs, & absolutū, viuēs & sempiternū: qđ  
 ab alio nō habeat suā entitatē, bonitatē, vnitatē, veritatē,  
 plenitudinē, potentiā, necessitatē, sapientiā, & vitā. sed p se  
 sit ens & vnū: & ita in cæteris. Cætera autē omnia nō ab-  
 solute entia, vna, bona, aut vera dicūtur: sed ab altero &  
 ad alterū talia, quia ab ipso sint vero & per se ente, vno: &  
 ipsius absoluti entis, vni<sup>9</sup>, boni, veri imagines, similitudinē,  
 nes, & simulachra quædā. & certe d amice Neania, si nos  
 bis illi<sup>9</sup> summi absoluti<sup>9</sup> entis, summe vni<sup>9</sup>, summi boni  
 & veri vnū pñctū attingere cōcessum esset: illa ipsa contē-  
 platione, q̄ptum corp<sup>9</sup> trahētib<sup>9</sup> caducū & mortale fas est,  
 felices essemus. Et certē illa Dei entitas, vnitas, bonitas, &  
 veritas: linea est infinita. & quicquid aliud in cælo & in  
 terra felix est: oculus est finit<sup>9</sup>, pñctū solū illi<sup>9</sup> summæ &  
 absolutæ bonitatis apprehendēs: aut quod perinde se ha-  
 bet ad apprehēsum, vt ad infinitam, indimēsbilem<sup>9</sup> lineā  
 sese habet punctum. Et Deus ipse solus seipsum vt est ple-  
 nissime apprehēdit: & seipso solus maxime felix est. Quo  
 fit iterū vt sicut omnia vera à maximo vero suā trahūt ve-  
 ritatē: ita felicia à felicissimo suā felicitatē, qui proinde feli-  
 cissimus est: quod seipsum maximē possidet & seipsum  
 maximē cognoscit, diligit, & sibipsi maximē complacet,  
 sunt igitur cætera felicia quod ipsum (quoad fieri potest)  
 possidēt, cōtemplātur, amāt. & ea sola voluptate trahūtur  
 quodq; in hoc ipso ipsi summē felici assimilantur. Ne. Re-  
 ctē igitur audiuerim Aristotelē asseuerasse, nostrū summū  
 bonū & nostram felicitatem: in veritatis contemplatione  
 cōsistere. Theo. Recte admodum & maximē veritatis: sed  
 16 nos ad propositum reuocemus. ¶ Vnde nobis veriora Supramū  
 hęc naturæ entia cognoscēdi adoritur difficultas: Ne. A dana esse  
 nostri intellectus imbecillitate. nā sicut oculi nycticoracū maximē  
 sese habent ad lucem dici: ita & noster intellectus ad mā cognoscē-  
 nifestissima, optima, verissima naturæ entia. Atqui quod bilia,  
 nycticoracum oculi difficultate diurnę lucis hebetescunt  
 ac obtunduntur, maximē quidem visibilis, hoc ex nycti-  
 coracū oculorum infirmitate: debilitateq; paritur. igitur  
 quod noster intellectus circa manifestissima: & optima,

Quodd ho  
 mo in pū  
 cto diuī  
 nę cogni  
 tionis est  
 felix.

& verissima naturæ entia cognoscendī difficultate laborat: hoc eius infirmitas, debilitasq; parit. The. Ita est vt ais  
 ô Neania, sicut enim sensibile ad sensum sese habet: ita intelligibile ad intellectum. Et sicut maximè sensibile ad sensum: ita & maximè intelligibile ad intellectū. Atqui si maximè sensibile à sensu nō percipiatur: id maximè sensibilis iniuria, culpaq; nō prouenit. sed potius ipsius sensus imbecillitate atq; infirmitate. igitur etsi maximè intelligibile ab intellectu non percipiatur: hoc maximè intelligibilis culpa nō fuerit, sed potius ipsius intellectus infirmitas, debilitasq;. ¶ Quæ veritati percipiendæ obluentur ac resistent<sup>17</sup> sunt? Ne. Illa quinque quæ prius adducta fuerunt. Primo. cōsuetudo audiendi falsa, eruditioq; non recta. tum quod quæ audire cōsueuimus, hæc eadē dici dignamur, atq; admittimus. tū quod cōsueti nobis notiora sunt, incōsueti verò cōtra: ignotiora. qui itaq; cōsuetudinē traxerunt audiendi falsa: falsa dici dignabunt, falsis, assentiēt quæ & p notiorib<sup>9</sup> receptabūt. veritas autē tanq̃ ignotior illos effugiet. distorquet igitur, distorbat, impedimētūq; percipiendæ veritatis: huiusmodi educatio est. Theo. Et leges ipsæ cōsuetudinē plurimi momēti & efficacix ad hoc esse ostendunt: quæ fabulas, puerilesq; ineptias ob cōsuetudinē recipiunt: & ipsas veritati anteponunt. Ne. Secūdo. rectè docenti assentire nolle: nos à veritatis pceptione retrahit. Nā singula vt materia requirit recipiēda sunt: neq; omnium mathematica certitudo expectanda est. Qui autē rectè docēt assentire renititur: nō singula recipit vt vniuscuiusq; natura postulat ac requirit: disturbat igitur talis à veritatis pceptione. The. Ita est ô fili. eorū quæ demonstratiōne patiunt & sustinent: demonstratio expectanda est, & demonstranti credere oportet. & quæ analogix similitudinē desyderāt: ea vt decet adducta, cōtenti abire debemus. Quæ persuasione qualescūq; aliā: ea siquidē sufficienter adducta, nos faciles præstemus oportet. neq; demonstratiōne: neq; analogiam efflagitemus. Sic em̃ omnis veritatis facile cōpotes euademus: & vnūquodq; p dignitate recipiemus. his tamen trib<sup>9</sup> pro dignitate rite uti, q̃ difficillimū puto: virūq; piū est. esse in omnis disciplinx pfessione cōsummati. Sed iā perge.

ge. Nea. Tertio. nulli fidem præstare nisi sensibile sit, sensibileve constet argumento: percipiendæ veritatis oblectamentum præstat. Nam nulli fidem præstare velle, nisi sensu, sensualive exemplo vincamur: parui, impotētisq; ingenij argumentum est. At ingenij paruitas & impotentia: nobis nimirum percipiendæ veritatis obex & oblectamentum est. nulli igitur fidem præstare nisi sensibile sit, sensibileve constet argumento: veritati percipiendæ oblectatur, obstatq;. Quarto. nulla recipere velle, nisi alicuius confirmet autoritas, veritatis perceptionē item impedit. Nam nihil recipere velle: nisi alicuius autoritate firmatū fuerit: quædam iudicandi impotentia est. Iudicandi autem impotentia, percipiendæ veritatis impedimento est: vt visus circa sensibile iudicandi impotentia, bonam profecto sensibilis impedit perceptionem, nulla igitur percipere velle nisi quæ aliena firmata autoritate fuerint: veritatis perceptionē impedit. Quinto. Idem & non posse nisi parua degustare: nam qui sola parua degustare sufficiunt: naturæ defectum, oblectamentumq; patiuntur & intellectus paucitatem. qui autem hæc patiuntur: à veritatis perceptione præpediuntur. perinde atq; qui pupillæ oblectamentum, visusq; paucitatē patitur: quæ à visibilis perceptione præpeditur. nō posse igitur nisi parua degustare: nos à veritatis impedit perceptione. Theo. Haud inconuenientes 18 similitudines adduxisti. ¶ Quibus ergo ad pulchræ veritatis perceptionem, apparamur atq; bene afficimur. Nea. Horum quinque quæ iam adducta sunt oppositis: ad ipsam percipiendam instruimur, apparamurq;. vt consuetudine vera audiendi & perceptione recta. recta docenti assensione & obedientia. vniuscuiusq; vt materia ipsa requirit & postulat receptione. alta mēte & potente iudicio. sana, integra, illabefactaq; mentis natura. The. Rectissime sic & fili. sic enim contraria contrarijs medicamur: & aduersus contraria: contrarijs reluctamur. & cui Deus hæc quinque prioribus obicibus aduersa beneficia cōtulerit: percipiendæ veritatis præ alijs potēs efficietur. Det igitur tibi & fili qui iuncta flores: sanum præceptorē qui veris & pulchris te instituat præceptis, det tibi docilitatem qua rectē dos

Quibus  
veritatem  
facile perci-  
piamus.



centi benetolē acquiescas. det vnumquodq; pro dignitate recipere. det altam mentē. & acre iudiciū. det integrum. inoffensum. illabefactumq; ad ipsum cōtemplādum mentis acumen. Et non modo tibi hæc; sed & omnibus qui desyderio pulchrarū scientiarū bene vtēdi gratia rapiunt. non quidem vana sui ostentatione. non fastu. non ambitione. non rerum caducarū opulentæ congestionis auiditate. hæc profecto vilia sunt & futuro philosopho indigna: & à nostris quoq; prioribus tātōpere damnata. Sed nos eo laboremus ingenio: vt pulchris admodum veritatibus illi veritatū reginx. summæ. absolute (quoad nobis cōceditur) similes efformemur. Tale conamē. ingenuusq; animus philosophorū sit. Et tantula tibi ð fili Neania crepusculo iam non separante. dicta sufficiant. Et ad me cum voles aliās redito: & nunc abi prospera fortuna comite. Et vale. Nea. Vale semper ð Theoretice.

¶ Secundi dialogi, Finis.

### TERTIVS DIALOGVS.

¶ Homophron. Neanias. Theoreticus. Eutycherus.



Eus Neania, nobis assiste. Ne. Pater. Ho. Huius diē amœnitas, & auræ temperies, & gratia: exercitamentum quærit. Est rus, est lucus, est proxima luco colonia, illuc me solandi gratia transfero: & virentia loca lūstro. Tu mihi comes assiste. nulli dubiū est spiranten florentiū locorū halitū: nostrū suauiter refouere spiritū. Ne. Optarem pater, sed alio solādi genere: ego plurimū vtī soleo. Ho. Quid illud est? Ne. Ego Theoreticum nostrū vicinū viso, cum primum vacua datur occasio: qui multa liberalitate mihi aperit quodcūq; cognoscere operæ precii duco. Ego vero cum ipsum (nisi me strictius tibi assidere iubes) modo visurus eram. Ho. Non iubeo fili, imò gratias Theoretico ago, referamq; si possim vnq; gratiam hāc: si tibi doctrinarum aliū quid liberaliter impartit. Ne impartit indubie. Ho. Abi igitur ð fili; & ipsum meo nomine saluere iubeto, alterum

nūc qui mihi affideat comitē curabo. Ne. Faciā. The. diligens iuuentus & honestorū cupida: felicē senectam expectat video te d̄ Homophronis fili: quadā diligentia & honesto desyderio ad eruditā vitā properare. Ne. O vtinā eruditā d̄ Theoretice: hoc optat pater Homophron, qui cum primū rescivit te interdū visendi me consuetudinē traxisse mirum in modū gauisus est; & præ cōcepto gaudio collachymatus: abi inqt d̄ fili & Theoreticū meo nomine saluere iubeto, cui gratias ago: ipsiq; gratiā hanc si possim aliquā vnq̄ referā. Me rus vnā secū ducturus erat in vicinos lucos, vicinosq; viculos. The. Patres qui ita filiis afficiūtur: proborū parentū cōmendātur officio, nunq̄ sua prole dolituri. Et cū multa parentibus debeamus: illis summo opere debemus quāplurima. Sed hæc omittamus, & saluus sit Homophron, nos verò ea quorū gratia huc cōuenimus: pariter tractemus. hæc puto colloquio prætulisti paterno, hæc ruri, hæc vicinorū lucorum & vernantiū locorū amœnitatibus. Ne. Prætuli equidem. The. Vis ergo quindecim illas (quas tertio libro rēdere diximus) quæstiones discutiamus? Ne nosti quid expediat. The. Noui equidē & ideo illas nos consulto nūc relinquamus: ipsas aliquādo opportunius vtrinq; disputaturi. Et nūc satis sit illarū quæstionum formationem memoria tenere: & hoc ex loco meminisse, quæstiones illas vtrinq; Aristotelem disputasse. Ne. Nuper suo ordine ipsas mecum ipse didici. The. Opportune. Transeamus igitur ad naturam entis dignoscendam. Ne. Transeamus. ¶ The. Et nos à quæstionib? Quid auspicia nostra sumamus. Et primū si tenes quid sit ens, et ens, 2 fer in mediū. Ne. Ens est qđ subsistit. The. Sane. ¶ Quot sunt subsistendi modi? Ne. Arbitror me respondere debere. Diferēte quinq;. Primus est: cum quicq̄ subsistit ab altero. Secūdus, cum subsistit sub altero. Tertius, cum in altero. Quartus, cum per alterum & alterius gratia. Quintus, cum subsistit quidem: sed neq; ab altero, sub altero, in altero, per alterum, alteriūsve gratia. Sed reliqua omnia ab ipso subsistunt & ipsius gratia. Theo. Id ipsum debebas d̄ fili, sed multa se offerrent hic diligentius pensiculanda. Et quia tempestiue aduenisti, nec nos temporis indigentia præ-

mit:nos fidētius (etſi lōgiuſculi futuri ſumus) aliqua ex  
 quemur.hinc orſi.oīa alia à primo & maxime ente,ab al  
 tero ſubſiſtunt.Et rerum ſubſtantiales potentix ſubſiſtant  
 ſub altero: ſubſtātiales actus & accidentarij affectiones,  
 paſſionesq; omnes in altero,referenter tñ.nā ſubſtantiales  
 actus in altero, ſuperiori,præſtātoriq; modo ſubſiſtūt: vt  
 ſcilicet cōſubſtantiale in cōſubſtantiali,quo cū ſimpliciter  
 vnū vnamq; completā ſubſtantiā conſtituit. Accidentaria  
 aut affectio in altero eſt: ſed nō vt conſubſtāiale in cōſub  
 ſtantiali, & cū quo aliquid vnū ſimpliciter cōſtituere poſ  
 ſit.Et completæ ipſæ ſubſtantiæ per alterū & alterius gra  
 tia ſubſiſtūt:& non modo hoc, ſed ab altero, & ex altero.  
 Ab altero quidem:nā omnia præter primum ab ipſo ſub  
 ſiſtunt.Ex altero:nā ex potētia.per alterum:quia per actū,  
 qui nunq; ſub primo ſine potentia,nec; potentia ſine ipſo  
 ſubſiſtit.& alterius quidem gratia:nā omnia ſummī boni  
 gratia ſunt.Et ſubſiſtere ſub altero,in altero, ex altero per  
 alterum:nunq; ſine ſubſtantia ab altero & alterius gratia  
 reperias. ¶ Ipſum aut primum quod ſumme ens, ſumme  
 vnum,optimū & veriſſimum dudum nūcupauimus: ens  
 ipſum eſt quod ſubſiſtit.nō ab altero quidem, ſub altero,  
 in altero,per alterum,aut alterius gratia:maxime ens,ma  
 xime omniū & vere ſubſiſtens,ens entium, & omniū en  
 tium entitas,quiditas & veritas omniū maxime ſubſiſtēs.  
 & ad quod omnes entium modi reducendi ſunt:vt omnes  
 ſalubrium modi ad ſanitatē, & longe proſecto verius.  
 quod vt planius tibi conſtet; conſtituamus ſalubriū mo  
 dos.Salubriū enim hæc ſunt ſanitatis effectiua, hæc con  
 ſeruātia,hæc in ſanitatē ordinata,quo pacto ergo ſalus  
 bria parantia ſanitatē:in ipſam reducūtur?Ne.Vt cauſe  
 (niſi ego ipſe fallor)in ſuum effectum.The.Haud falleris.  
 & quō omnia entia ad maxime ens & omnium primum.  
 Ne.Potius vt effectus in ſuā cauſam.The.Et omniū ma  
 xime cauſam.vtra ergo harum reductionum tibi ve  
 rior videtur?Ne.Ea certe qua effectus in ſuam cauſam re  
 ſtituuntur.The.Et eo verior:quo in omniū veriſſimam &  
 maximam cauſam.dic rurſum quo pacto ſalubria quæ ſa  
 nitatē retinēt & ſaluāt;in ipſam reducūtur?Ne.Vt conſer

Salubriū  
 modi.





similitudini idē nomen & nominis eadem ratio est: quia illa tua imago: tibi q̄ simillima videat̄. Ne. Nomen idem: sed nō ratio eadē. nomen quidē Neanias aut homo. The. Homonymū igit̄ nomen Neanias. ad te & tuā similitudinē. Ne. Homonymū. The. Et omnia primi similitudines & simulachra magis quidē à suo afformante exēplari distat. p̄ tu à tua similitudine, & accidentia, substantia quædā sunt vestigia, & velut quædā vmbre. videt̄ ergo tibi iure, si omnīū primū & cætera post ipsum: substantias & accidentia eodē entis nomine cōplectimur: id nos

Oīa ad æquiuoce facere. Ne. Iure æquiuoce. The. Att̄n oīa ad vnā vnū redu naturā & vniuocam reuocamus atq; reducim⁹. Ne. Quāci.

The. Es iam præcedentium immemor factus? ad ipsum omnīū primū & maximē ens. quo fit vt nomine entis vt Homonymo: analogo tñ (perinde ac medicis salubri & sano) nobis vtendū sit. & cū vocabuli significatio ad prænotionē (quā quid est nūcupat) attineat: & æquiuocatio, homonymitasq; significationis positionem sequat̄: id potius nobis vel sine probatione recipiendū est, q̄ persuaderi adnitendū, dictū satis sit hoc in loco sic eo esse vtendū. & utrū aliq; talis significatus quo eadē rōne oīa significet ipsi cōmodē aptari queat: nūc missum faciamus. qui siquidē vbi effingi aptē valeret: nobis ad hoc quod conamur minime necessarius esset. & ijs relinquamus exquirendū: qui sibi aptū fore putāt. sed de hoc abundantius q̄ par sit.

Pulcherri nūc aut̄ nos ad alia conuertamus. ¶ Nos inc̄ Neania in 5  
mus rerū rebus caducis, & in hoc nostro inferiori mūdo rerum esse  
inferiorū ordinē. Ne. Noui equidē. The. Quē? Ne. Hominē primū  
ordo. locū obtinere: post quē aīalia rōnis immunia. post quæ: arbusta & plantas, & cætera id genus vegetū. post vegetantia: lapides, metalla & ea quæ ex terræ profunditate erunt. post quæ: vapores, halit⁹, pluuiā, niuē, grādinē, sp̄m, & cætera quæ impfēcta cōposita nūcupant. vltima aut̄ naturæ loca: elemēta, ignis, aer, aqua, terra, sibi vèdicant. & in hac pulchra naturæ serie, semp̄ impfētiora, præstātiora respiciunt, & illorū sunt grā. The. Aptus nobis est iste inferiorū ordo. sed lōge intellige in superioribus entibus veriorē. quē iste rerū inferiorū ontu occasuq; laborantium; exili

6 ter admodū & quasi vmbartiliter imitat. ¶ Sed habēt ne-  
res sensibiles actū & potētia: Ne. Habēt. The. Optime. &  
potētia: multū. ideo multarū passionū obnoxia: sunt, pos-  
suntq; multa pati. & parū actus: ideo parū agere sufficiūt:  
& hinc particulares agētes dicta: sunt. & hi nostri act⁹ &  
nostre potētie, veri act⁹ & vere potētie nō sunt: sed verorū  
actūū & potentiarū vestigia, simulachra & vmbra. Tūc  
planē ita esse cōsentis? Ne. Cōsentio planē. sed d Theore-  
tice siste paulisper: audio foris Eutycherū loquētē, vis ipm  
intro accersam⁹: tot⁹ em̄ gaudio soluit, quoties de deo pij  
incidunt sermones. sin impij, indigniq; tristis mœret & la-  
mētā. & vidi ipsum prae cōcepto gaudio (Eudemone pa-  
truele meo nōnulla religiōe nra digna loquēte) plorātem.  
The. Aduoca igit ipm. Ne. Eutychere potes introuenire  
Theoreticū auditurus vnā mecū: nōnulla tibi grata (vt ar-  
bitror) differentē. Eu. Ego verò libens. The. Asside nobis  
d Eutychere, & te nobiscū exerce. Eu. Felicē me hac vestra  
collocatione reputabo. The. Ego vt aliquid deprehēdas:  
cōptā materiā vna cū Neania psequar. & cū q̄cūq; depre-  
henderis aut min⁹ examinātū, aut perperā assertū: nobiscū  
7 disputatiōis particeps agita. ¶ Dic age d fili Neania, nōn-  
ne quē plus potētia: habēt: minus agūt? Ne. Min⁹. The. Et absoluti  
quē plusculū actus: magis? Ne. Magis. The. Et quē iterū act⁹ inue-  
plus actus & minus potentia: Ne. Iterū magis. The. Po-  
tentia igitur agēdi impedit facultatem? Ne. Impedit. The. Vnicū  
Quid igit actus ille qui in infinitū à potētia semotus euas esse purū  
der: quē agēdi reluctamētū, impedimētūq; praestat. Ne. In actum.  
infinitū ager: eritq; infinita agēdi virtus & potentia. The.  
Rectē cōiectasti, fili act⁹ ille primus, purissim⁹ & absolut⁹  
actus: est summe ens, summe vnus, simplicissimus, summe  
8 bon⁹, verus, plen⁹ & potens. ¶ Sed an aliquid post ipsum  
sit summē potens? Nea. Nihil vt arbitror. nam vnū solum  
est maxime ens, summe vnū & bonū (vt diximus.) The.  
Probe. videt ergo tibi nullus alter actus esse omnino pur-  
rus, & omnino à potentia: consortio seiugatus. Ne. Mihi  
quidē id rationabile nimiū. The. Attamē in rebus sensibis-  
libus, potentia peculiare nomen, materiam sibi vendicat,  
& actus formā. Ne. Vendicant, The. At in supramūdanis



potentia & actus nomen retinemus: quæ nos Platonico  
 & Peripatetico more interdū essentia & esse vocemus. po-  
 tentia scilicet, essentia, atq; actū ipsum esse. Ne. Vocemus.  
 & his omnib<sup>9</sup> p̄miscue utiq; voles utare. ¶ The. Profr. 9  
 ciscamur igit̃: rerū inferiorū ordo ut vestigiū quoddā: su-  
 periorē cœlestiū ordinē nobis insinuat. Ne. Dictū est. The.  
 Nos ergo in eorū numero quæ sub primo subsistūt: quæ  
 ab ipso primū emanādi locū obtinet, primū mētē & primi  
 ordinis nūcupemus. Ne. Nuncupem<sup>9</sup>. The. Et quæ secun-  
 dum emanādi locū: secūdū & secūdi ordinis, quēadmodū  
 homo: mortaliū primū locū sibi vēdicat. & animātes ratio-  
 nis expertes: secūdū. Ne. Esto. The. Et hūc ī modū digere  
 si tibi placet nouē ordinib<sup>9</sup> ipsas superiores, beatasq; mē-  
 tes: quēadmodum nōnulli olim nō sine diuinitatis multo  
 p̄sidio discreuerūt dignissime. quæro ergo id vnum: an  
 ipsæ supernæ mētes magis sint vnæ, an potius sua essentia  
 magis sit vna, an suū esse, nō em̄ ipsas solos actus esse po-  
 nes. nā vnū<sup>9</sup> solus & purus actus: & vnū purū imō pu-  
 rissimū esse & tanto minus solas essentias atq; potentias,  
 cū maxime post primū actiue sint, ut nō ab re cōtra quā  
 nos, vniuersaliū efficientiū nomina sint sortitæ: quod po-  
 tius ipsi esse & nō essentia cōpetit. nihil vicariæ respōsio-  
 nis alternas. Ne. Quōd nihil habeam. Theo. Eutycherus  
 forte habet quid potissimū pro te respōdeat: qui diuine le-  
 ctionis aliorū sua consuetudine studiosus est auditor. Eu.  
 Nihil oīno d̄ Theoretice, forte quicq; habere si affuissem  
 ab ipso disputationis initio. porro cū Neanias respōdēdo  
 vicissitudinē alternat: haud minus ipse me atq; tu, edocet.  
 The. Sermonē igit̃ ad ipsum rursus cōuerto. dic d̄ Neania  
 an nostro ordine mētes illæ digestæ: suis potentijs & suis  
 actibus magis sint vnæ, p̄stantiores, atq; meliores? Ne.  
 Quandoquidē vis ut respōdēdo aliquid afferā: ipsæ potē-  
 tiæ magis vnæ, & ipsi actus magis vni mihi esse vidētur.  
 Mētes suæ The. Tibi vident̃. sit a prima mētū: sub primo primū locū  
 pramūda sortita. Ne. Sit. The. Et b̄ essentia: c̄ verō eius esse. Ne. Esto.  
 nas actū The. Ais essentia b̄ esse magis vnā ipsa mētē a. itidē ipsum  
 & potētiā esse: c̄ mētē a magis vnū. Ne. Aio. The. Sed nōne quāto  
 habere. quicquā (ut subsistat) plurib<sup>9</sup> eget: minus ens tibi esse vi-

detur: nā indigētia ex discessu ab ipso primo & per se suffi Quod  
 ciētissimo ente est. Ne. Videť certē. The. At essentia b, plus totum sit  
 rium vt subsistat quā a egena est. Ne. Quo pacto? The. veri<sup>9</sup> ens  
 Nam primo eget esse ab altero: a se em nequať subsistere & magis  
 potest. secūdo. sub altero, nā subesse: sine quo & vacua, & vnū quā  
 ociosa, & sine vfu aliquo subsisteret. tertio. ipsius esse gra<sup>9</sup> sua potē  
 tia: nā melius esse, vt quod absoluto esse & simplicissimo tia.  
 omniū rerum authori: quā sua essentia similis euadat. Quod  
 quarto. est toti<sup>9</sup> mētis a gratia. quinto. est optimi, summiq; potentia  
 boni grā. tibi ne hęc vera esse vident<sup>r</sup>: Nea. Vident<sup>r</sup> oīno, pluribus  
 Theo. Quinq; igitur vt subsistat essentia b: indigentias su<sup>9</sup> indigeat  
 finet. Ne. Quinq; scilicet. The. Nunc a: totū scilicet ipsum quā to  
 rimemur exploremusq;. primo ipsum ab altero est: a quo tum,  
 eget vt subsistat. secūdo. ex altero est: nā ex sua essentia. ter  
 tio. est p alterū: nā p suū esse. quarto. est alteri<sup>9</sup> optimi scilicet,  
 summiq; boni gratia: & ipsius qdē solius gratia. assen  
 tis hęc ita se habere: Ne. Assentior. The. Neq; enim a, suę  
 essentix aut sui esse grā est: vt neq; in reb<sup>9</sup> caducis elemen  
 tū, aut plantā suę materix aut suę formę gratia esse digno  
 scis. Ne. Simile. The. Sustinet igitur a vt subsistat: solū de  
 pendentias indigētiās q; quatuor. Ne. Solū quatuor. The.  
 Et essentia b: quinq; sustinet. Ne. Concessum iam est. The.  
 A igit<sup>r</sup> mēs tota pauciorū quā b: sua essentia vt subsistat  
 egena: magis ens est, magisq; subsistit. Ne. Mihi cōceden  
 dum est. The. Et si magis ens est: & magis vna, bona, ve  
 ra, & potēs. quādoquidē primo & maximē entī, maximē  
 vni, bono, vero, & potenti similior est. Ne. Oportet. The.  
 Diximus em, vt vnūquodq; sese habet ad esse: & ad vnū,  
 bonum, verū, & reliqua sese habere. Ne. Dictum. The. Et  
 falsus es essentiam b: totius esse gratia. Nea. Verum certē.  
 sicut materia in sensibilibus, ipso<sup>r</sup> sensibilibus gratia est.  
 The. Et esse c: etiam totus a esse gratia fortē fateberis. Ne.  
 Fatebor equidem. sicut sensibiliū formę: ipso<sup>r</sup> sensibiliū  
 & totorum et si caducorum gratia sunt, nec mihi videbor  
 errare. The. Ingenue & tanto verius illorū esse sunt gratia,  
 quāto illa tota bona sunt æterna, & omniū optimo quāsi  
 millima. hęc verdē tota: bona sunt caduca, & verorū bo  
 norum vmbre, & sub primo imperfectiora, perfectiorū &

meliorū sunt gratia; non autem contrā, perfectiora gratia  
imperfectiorum. Ne. Semper natura. The. Rectē addidisti  
natura. de ijs siquidem quæ nostra inordinatione peruer-  
teremus non loquor. Naturæ enim tenor ab optimo &  
ordinauissimo rerum opifice tributus, pulcherrimē ordina-  
tus perseverat: dum aliunde inordinatio nō pendeat. Est  
igitur iterum intelligentia a, non modo sua essentia b: sed  
& suo esse c, perfectior & melior, quare & magis ens, ma-  
gis vna, & magis vera. Nea. Ita consentaneum videtur,  
Theo. Vides ergo quo pacto mentes illæ superiores suis  
ordinibus digestæ: suis potentijs & actibus magis sunt  
vnæ, præstantiores & meliores. Nea. Video. & me prius  
perperam respondendo coniecisse. Theo. Et æque facile  
vnumquodq; totum sua potētia & suo actu præstare, &

Quodd  
tū suo a  
tu perfe  
ctius est  
ens & ma  
gis vni.

Quodd  
ctus plu  
rib⁹ egeat  
quā totū.

magis vnum esse: ostendere posses. Ne. Aequē. ¶ Sed an  
esse & actus: suo toto ad subsistēdum plurium egebat?  
Theo. Quodammodo. nam eget esse ab altero, in altero  
vt in subiecto, vt in essentia, & in altero vt in toto vt in  
intelligentia, & totius a gratia, & optimi supremiq; boni  
gratia. & ipsum magis egere vt subsistat quā totum: ma-  
nifestum est. Nam à fine quæ causa causarum est magis  
vnumquodq; pendet. Est autē esse c, ab ipso toto a vt fine  
dependens, & non contrā a ab ipso c, vt fine. Nea. Perci-  
pio certē. & vnumquodq; totum suo actu eadem ratione  
minus depēdere atq; egere: & vniuscuiusq; actum magis.

Quodd  
ctus sua  
potentia  
perfecti⁹  
subsistat.

¶ The. Et penē superiore argumento constat ipsam esse: 11  
perfectius esse essentia, magis ens, magis vnum, bonum,  
& verum. nam essentia est ipsius esse ipsius esse gratia, &  
ab ipso vt fine pendet: & non contrā. adde mobile magis  
pēdere à motore: vt qui sit summo enti, à quo omnia pen-  
dent similior: vniuscuiusq; autē rei esse, vt motor est: essen-

Quodd  
materia ē  
ppe nihil

tia verō vt mobile. ¶ Quo fit vt substantiarū maximē ma- 12  
teria: minus ens, & minus vna censenda sit. vt quæ in cōfi-  
nio nō esse & prope nihil existat. Nea. Quo pacto? Theo.  
Quia si constituamus primum & summū ens & non ens  
extrema: & omnes substantias tum completas, tum incō-  
pletas materiā, formam, essentias omnes & esse vt media,  
& harum omnīū substantiarū dependentias, indigētiasq;



*numerationis*: nullā prorsus earum remotiorē à primo & maximo ente & pluriū indigentiorē ipsa materia videbis quare nulla nō enti vicinior: vt quæ & rite dicta videatur  
 13 in cōfinio nō esse cōstitutā, & admodū ppē nihil. ¶ Hinc fit iterum vt quæcunq; materiā sortita sunt, magis nō esse quā esse videātur, omni inconstantia, instabilitati & variabilitati obnoxia, & magis ad nō esse quā ad esse pro na. & quæ à materia, & materiæ coditione (quæ esse impedit) recedūt: verius susistunt, vt quorum esse semper & stabile solum appareat. Ne. Omnino. The. Et omnis essentia, quædā materia est. Etem ois: ipsi<sup>9</sup> esse & actus subster niculū quoddā. Ne. In proportine scilicet. The. Mens igit<sup>r</sup> a, sub primo: mentiū prima, merito plus esse quā nō esse dicenda est, & ad semper esse procliuā, cōstantissima & sta  
 14 bilissima. Ne. Merito. The. ¶ Vis ergo nūc vt secūde seriei mentiū subsistendi dependētiās peruestigemus? Ne. Sequor te quocunq; voles trahentē. The. Cōcipe igit<sup>r</sup> ipsum primū, quod est super oīa fons & origo rerum omniū. vt solē: & primā mentiū sub illo: vt lucē. secūdā: vt lumen. & tertīā: vt splendore. Ne. Ita luctor concipere. The. Sol ille ē Neania æternus & inuisibilis: nostri visibilis solis veritas & exemplar, sub se verā lucē, non quidē accidentariā (qualis lux est sensibilis solis) sed substantialem producit primā scilicet creatarum mentiū & perfectissimā, & maxime omniū in ipsum primū: efficacem, cui statim coagendi communicatur facultas, vt sol sensibili: sensibili luci pro suo modo cōmunicat: & sol ille supremus coagente luce lumē producit: verā & substantiale lucis similitudinē. & secundam intelligentiam. neq; hoc mireris de illa sub primo efficacissima luce: quandoquidem vides non modo sensibilem lucem minus efficacē: sed & omnem rei naturalis vel infimā naturā, suæ similitudinis progignēdæ auidā. & hinc multa naturæ miracula (quamuis vulgo ignota) pendere cōiecta. & primū ens vna cōproducētib; luce & lumine, cœlestes progignit splendores & tertix dignitatis mentes. proceditq; intantū ista diuinorū splendō rū series: dū in aliquā vmbra decumbat que non sit omnis mo diuini luminis expers: quod in Deū suam originē verū

rerum omnium solē reflectitur, recurrit, resilitq̃. sed tenuiter  
 admodū: vt sensibilis vmbrae flaccidum & penē deficiēs  
 lumen in sensibilem solem resilire solet. Eu. & Theoretice  
 hanc vmbraem etiā vocas mentem? The. Et iā. infimam  
 scilicet & nostrā animā quae illo (quoad potest) vmbrae illi  
 radio (modo impedita non sit) in summā resilit, recurritq̃  
 contemplandā entitatē, vnitatem, summā, veritatē, bonita  
 tē, plenitudinē, & omnium potentissimum authorē. Eu. Cō  
 cipio. tu ergo nostram animam intelligebas. The. Et post  
 nostrā animā. sunt brutorum animae; quae iam diuinorum  
 luminum omnino sunt exortes, & vt tenebrae sola lucis il  
 lius priuatione & absentia in corporū opacitate merse nū  
 quā recurrētes, reflectentesq̃ se in Deum. Eu. Non indubie.  
 & ideo iure diuino lumine & spiritali captae, caecae  
 & tenebrae cēsentur, non tamen sensibili & corporeo lu  
 mine priuantur. & nunc tecum & Theoretice (si tibi gra  
 tum est) aliquantisper Neaniae partes agam: neq̃ Neaniae  
 molestum sit, qui me vobiscū vnā adesse voluit, me etiā  
 secum non nihil impartiri laboris ac studij. Et vbi propter  
 praecedentia minus audita insufficiens videbor. supponat  
 manum & praesidium ferat amico. Idq̃ mihi praestet quod  
 Hercules quondam Atlanti praestitisse fertur: cum ei assis  
 dua (vt aiunt) coeli sustentatione defesso suppetias tulit,  
 coeloq̃ subiecit humeros. Ita mihi minus rectē responden  
 ti Neanias auxilio erit. Interea aliquantisper à cōtinuo quē  
 pertulit disputationis labore respirabit. The. Vt vis & Eu  
 tychere. interim Neanias attentione proficiet, poteritq̃ in  
 terdum si necessarium videbitur tibi vt requiris suppe  
 tias ferre, vis ergo vt reuertamur: & secundae mentis de  
 pendentias recludamus? Eu. Id cupio. The. Quot prima  
 mentium sub primo dependentias sustinere cognita est?  
 Eu. Quatuor. nam ab alio est, ex alio, per aliud, & alterius  
 gratia. Theo. Et secunda mentium etiā mne à primo est?  
 Eu. Est. nam ab ipso sunt omnia. The. Et etiā à prima  
 assignata mente. Eu. Dictum est. quemadmodum lumen  
 à luce. The. Duas ergo vt ab altero subsistat: sustinet in  
 digentias. Eu. Duas. vt quae à duobus pendeat. The. Et  
 quanquā à primo absq̃ prima manare potest; nunquā ta

Hercules  
 Atlas.

men (vt neq; lumen à sole sine lucis medio) emanabit. & est ex altero. Eu. Est. Theo. Et per alterū. Eu. Et hoc. The. Et bruta luminis diuini expertia & tenebrę: hominis sunt gratia, qui non nihil diuinę illuminationis vt in vmbra participat. Eu. Sunt. Theo. Et quę infra brutales tenebras sunt, ipsius hominis gratia sunt oia; & imperfecta perfectiorū, præstantiorūq; gratia. Eu. Ordo naturę est. The. Et beatissima illa entia: nostrę sensibilis & cōtinuo labentis machinę ordinis continēt veritatē. Eu. Indubiē. The. Erantne ergo secūda mentium primę superioris mentis & perfectissimę gratia: qñquidē in his caducis & ad horā labētib; tenebrę (vt ita dicā) ipsius vmbre sunt gratia. Eu. Est certē: & multo quidē magis. The. Est etiā & primi gratia. Eu. Nimirū, nā eius ipsius gratia sunt omnia. Theo. Collige ergo nūc d̄ Eutythere depēdentias, indigētiasq; numeta. Eu. Sex sustinet. ab altero duas, ex altero & per alterū singulas: & alterius gratia sustinet itidē duas. The. Et suo modo de ei⁹ esse & essentia dicerem⁹. Eu. Penit⁹. The. Et ita mentiū tertię dignitatis dependentias inuestigarem⁹: & quartę & quintę & esse & essentias vsq; ad infimū rerum gradū. Eu. Scilicet. The. Et in hac inuestigatione: semper posterius plurium egere suo priori comperi-

**15** mus. Eu. Semper plurium. ¶ The. Quo fit vt supremę diuinę sortis mētes: magis entia sunt, magis vnę, bonę, & verę, magis plenę, efficaces, necessarię, sapientes, magisq; vitę sempiternę cōpotes. mox secūdx, deinde tertię, & ita deinceps vsq; ad infimū entium gradū. Eu. Omnino. The. Fit etiam vt secundarum esse & essentię imperfectiores sint esse & essentij primarum: plusq; essentię secūdx habeant quā primę: & tertię q̄p secūdx, & cōtrā: primę plus esse q̄p secūdx, & secūdx quā tertię. Atamē quęcunq; sunt in regione lucis, plus esse quā essentię participant, alioquin ad multitudinem, diuisibilitatem,

**16** & motum, conditiones potentię laberentur. ¶ Sed age, quid vnus & indiuisibilis oppositum censet⁹. Eu. Multa & diuisibile. The. Nos vnum & indiuisibile idem esse volumus: itidem diuisibile & multa. quid eiusdem oppositum⁹. Eu. Alterum. Theo. Quid oppositum similis⁹. Eu.

In superioribus plus act⁹ esse q̄p potentię sicut in inferiorib⁹ pl⁹ est potentia.



Dissimile. The. Quid status oppositū? Eu. Motus. The. Et  
 ad singula scite, & expedite respōdisti. Eu. Hec ex diuinis  
 disputationibus (qbus nōnuncq̃ interfui) ita accepi. The.  
 Perge igitur. cui maximē vnus natura competit. Eu. Pri-  
 mo & maximē enti: & qđ est ipsa rerū omniū summa vni-  
 tas. The. Quare & maximē eidem competit indiuisibilis  
 natura: eritq̃ summa rerū indiuisibilitas. cui maximē: eius-  
 dē natura? Euty. Primo enti. quod semper vnum & idem  
 manens: sibi semper maximē omniū & omnino idem est,  
 & rerum identitas. The. Cui maximē: similis natura? Eu.  
 Maximē enti: quod omnium est exemplar, & omnis simi-  
 litudinis veritas. The. Cui maximē status. Eu. Itidem pri-  
 mo enti. nā ipsum est eternitas, & rerum omnium summa  
 stabilitas. ¶ The. An cuiquā à primo hæc sincere cōpeter 17  
 re queāt? Eu. Nulli prorsus. The. Deficiunt igitur cetera  
 oīa à sincera vnitāte, simplicitate, idēitate, exemplari, &  
 stabilitate. Eu. Oportet. The. Quapropter ad illorū oppos-  
 ita aliquantulū deurgunt. Eu. Consentaneum est. The.  
 Mentes igitur lucidissimæ regionis quæ magis esse, actūq̃  
 sequuntur: quæ & magis sunt quā nō sunt: magis vnus  
 & simplicitatis participes sunt: multitudinis autē & diuisi-  
 bilitatis minus. Itē identitatis, similitudinis, & status natu-  
 ram magis participant: & diuersi, dissimilis & mobilitatis  
 minus. & homo qui est omnis naturæ vinculū, superiorū  
 & inferiorum medium: his elementis vno, multis, indiuisi-  
 bili, diuisibili, eodē, altero, statu, & motu, medio modo  
 contemperatus: æqualitatis quantū fieri potest consonas  
 harmonia, cetera vero infra ipsum hominem, multitudi-  
 nis: diuisibilitatis, alteritatis, dissimilitudinis, & motus ter-  
 neat excessum: vnitatis autē indiuisibilitatis, identitatis, si-  
 militudinis, & status defectū. & omnium maximē substā-  
 tiarū sensibilibus potētia: vt quæ iam quædam infinitudo  
 sit, omnis diuisibilitatis obnoxia, omnino altera: vt nihil  
 ipsius capi iam possit quod sibi ipsi omnino sit idē: maxie  
 me informis & formæ formarū & rerū exemplari dissimil-  
 lima: maximē motui, incōstantiæ & instabilitati subiecta:  
 ita vt iam nullū omnino subterfugiat motum. & ita dicen-  
 dū esseputa de esse & nō esse, bono & malo; vero & fab

A supmo  
 ad infinitū  
 per rerum  
 conditio-  
 nes descē-  
 sus.

- fo, pleno & inani, potente & impotente, necessario & cōtingente, sapiente & ignaro, viuente & caduco. Eu. Affecisti me gaudio d Theoretice: cum de vno & multis, indiuisibili, & diuisibili, eodem & altero, simili, dissimili, statu & motu ita differuisti. Theo. Sublimis & ardua quæ ex illis pendet d Eutythere cōtemplatio: sed quam oia nostra & cū Neania susceptum introductorie disputationis officii: impræsentiarū pertractare non sinunt. ¶ Proderit tamen Neaniæ sæpius hec elementa: ens, vnum, bonū, verum, plenum, potens, necessarium, sapiens, viuēs: insuper vnū, multa, indiuisibile, diuisibile, idem alterū: simile, dissimile, statū: & motū mente reuoluere: & eā (quā diuina requirūt) solerti indagine quæritare intelligentiā, nos ergo (si vobis gratum est) ad aperiendam literā cōuertamus.
- 18 ¶ Eu. Venia tua dixerim d Theoretice: nōnulla ex dictis mihi surreperūt dubia: quæ si placet attēdas. Theo. Quæ illa sunt? Eu. Primū dixisti potentiam egere subsistere sub altero: & actū egere subsistere in altero. Sed hoc mihi ingerit difficultatem quodd nostra anima destituta corpore subsistit: ni hilominus actus est: sed vbi nam tunc in altero subsistit? Secundum, quo pacto euenit primam mentium proximè sub primo cōstitutam, quatuor indigentias sustinere: & cum sit vicine post primum, nō sustinere pauciores. Tertium, cum dicas primam mentium vicine sub rerum principe constitutam, plus esse quam nō esse: an illud non esse intelligamus maxime enti oppositum? Theo. Graues sunt d Eutythere hæc tuæ difficultates: & quæ propensum laborem requirunt. Sed quia iam diu euagati sumus: vtrūcūq; poterimus quāpaucissimis tui gratia ipsas absoluerē annitemur.
- 20 ¶ Primæ igitur hunc in modum satisfaciēmus. Quodd anima nō est, nam etsi nostra anima nostri corporis actus est: ipsa tamen simplex purusq; actus non est. nam in se proprium nō habet esse, propriam essentiam retinet. Sed an non meministi tantopere Aristotelem conatum fuisse ostendere: nostræ actū, propriæ animæ intellectum esse agentem, pariter & intellectum prius potentie & capacem? Euty. Memini tanquam nunc prius tantum legissem. Theo. Hoc amice est nostræ animæ proprium esse actum; & propriam peculiaremq; essentiam

Aristotes ostendere. Et non modo id ex Aristotele requirere: sed ex  
 les. variorū tum philosophorū tū magorū autoritate. legunt

Zoroa: cū Zoroaster & Mercurius terminus sensisse, infimam  
 ster. mentiū supremo corpori adherere, & infundi: quo tanq̃

Mercuri? medio crassiorib? & dimensis corporib? copularet. Spiri  
 Trimegi? tus cū simplex (vt sentiūt) immortalisq̃: nō alter cōposi

sius. to mortaliq̃ corpori quā per corpus simplex & immor

Plato, tale coalescit, cōiungiturq̃. Et Plato animæ attribuit nūc  
 vehiculū, nunc currū: quo essentia ipsam & potentia fixā,

manentē, indeficientēq̃: semper actui affectā & comitē in

telligit. neq; debemus per supremū corpus & immortale:

dimensum cōleste corpus intellegere (nō enim vsque adeo

pingui fuerāt ingenio: quos natura literarū primates no

bis tribuisse videtur) sed essentia potentiamq̃ immortale:

qualē suprema entia immortaliaq̃ sub primo possidēt. quā

& in analogia magi vocāt supremū corpus: quod perin

de ad superiorū mentiū esse se habet, vt inferiorū crassiuscu

la hęc corpora ad formas. Quæ cū inferiorē crasse molis

sunt corpora, fluxa, multiplicia & caduca: illic essentia

sunt stabiles, simplices, immortalesq̃. Et rationalis anima,

qua vtraq; natura & superior & inferior cōciliat, & quæ

est vtriusq; media: iure vtrūq; potentia & stabile & deflu

xam sibi vēdicat, vt hac mortalibus cōiungatur, & à qua

deficere & solui queat. illa vero immortalibus & æternis

& qua immortalis, sempiternaq̃ pseueret & iugiter pma

neat. sic etenim in ipsa medio modo & pportione æqua

lissima cōsonabūt. vnū & multa, diuisibile & indiuisibile,

idē & alterū, simile & dissimile, status atq; motus. Sed pli

xior sum quā voto cōceperā. Eu. Satis dictū ē Theore

tice: & hac tua gratia satis ambiguitate soluo. ¶ The. Se. 21

Qudd cūda ad altiorē speculationē nos vocat. Attamē quicquid

prima mē ad alteritatē vergit: nō paucioribus quatuor egere necesse

tium non est. Est autē essentia alteritatis principiū, quæ à se nequa

paucio? subsistit: quin potius ad nō esse vergit, alteritatē respiciēs.

res q̃ qua Eu. Indubiē. The. Neq; sine actu esse potest. Nam nullam

tuor sustis prorsus agēdi facultatē retineret: quā tamē proximum pri

net indi? mo: post primum maximā habere necesse est. Eu. Necesse.

gentias. The. Et finitā quidem, nā si infinitā haberet, iam immunis

potentia



potentiæ esset, purissimus actus, atq; ipsum maxime ens.  
 Eu. Certè. The. Neq; is actus à seipso est, finitus enim est:  
 nullū autē finitū: à seipso est. Eu. Sic est omnino. Theo. At  
 prima sub primo constituta intelligentia; ad alteritatem la-  
 bitur. Eu. Labitur. The. est igit̃ ex essentia, alteritatis prin-  
 cipio & eius esse atq; actus; quorū neutrū à seipso subsistit.  
 Eu. Est. The. Neq; igit̃ ipsa tota intelligentia à seipsa subsi-  
 stit. quo pacto enim totū à se subsistit: cuius nulla partiū à  
 se subsistit? Eu. Impossibile. The. Subsistit igitur ab altero.  
 nam omne; aut à se, aut ab altero subsistere necesse est. Eu.  
 Confiteor. The. Et melius est quicq; ppter finē q̃ temere  
 fieri. Eu. Melius, sane. Theo. Et melius ppter meliorem &  
 optime ppter optimum. Eu. Optime. Theo. Et primū ens  
 maxime bonū & potens, vnūquodq; q̃ optime fieri pos-  
 test, efficit. Eu. Indubie. The. Primā igit̃ mētū summū bo-  
 num ab ipso quidē vicine manantē: q̃ optime fieri potest,  
 efficit. Eu. Etiam. The. Eam igitur propter finē efficit: imò  
 propter optimū. vides, ergo quo pacto quicquid ad alte-  
 ritatem labitur: paucioribus quatuor egre nō valeat. Eu.  
 21 Videre videor. ¶ Sed an altiore cōtemplationem inde  
 etiam cōtendebas? The. Longe ò Eutythere. sed nos diu-  
 tius immorari oportet. Eu. Minime profecto. nam desy-  
 derantibus & cum gaudio & gestione mentis auscultan-  
 tibus, nihil diuturnū esse videtur. Quidnam ergo aliud?  
 The. Quid ò Eutythere, si prima mentium à nobis consti-  
 tuta quatuor indigentias passa: etiam à primo quarta sit.  
 Eu. Quo pacto id? Theo. Nam supra ipsam mentem est  
 vnitas, æqualitas & connexio. Eu. Quid hoc ò Theoretic-  
 es? Theo. Hic magi, hic prophetæ desudant. Philosophi  
 autē citra quiescunt. Age dic quæ sit natura boni. Eu. Se  
 diffundere vt arbitror & communicare. Theo. Satis aptè  
 respondisti. Nōne ergo maius bonum se magis diffundit. Altissima  
 dit, propagat & cōmunicat? Eu. Magis. Theo. Quod quis summæ  
 dem si minime faceret? Eu. Eius esset quædam ociositas. monadis  
 The. Et si adhuc maius bonum? Eu. Adhuc magis. The. triadisq;  
 Quid igitur si infinite bonū? Eu. Infinite se cōmunicabit. cōtēplā-  
 The. Alioquin esset quædā ociositas. Torporē autē omnē tio-  
 & ociositatem; infinita plenitudo vitat, sed nōne sum-

ma vnitas: eadem est & summa bonitas: Eu. Est. Theo. Se  
 igitur in infinitum fundit, propagat & communicat. Eu.  
 Ita oportet. Theo. Sed an extra se: se in infinitum fundat:  
 an extra se: se cuius infinitæ cōmunicet: Eu. Non mihi vi  
 detur. nā extra ipsam omnia sunt finita, capacitatisq; finitæ.  
 The. Ita est. illa igitur summa bonitas: intra se, seipsam  
 infinitæ diffundit & propagat. & quia cui se infinitæ cō  
 municat, finitū esse non potest, capacitatisq; finitæ: ipsum  
 infinitū esse necesse est. quod & ideo vocāt æqualitatem.  
 Eu. Et merito. Theore. At in quocunq; vno est vnitas &  
 æqualitas: vtriusq; connexionē esse oportet. Eu. Oportet.  
 The. At in primo est vnitas & æqualitas: vnitas quidem  
 infinita: immensæ & infinitæ æqualitati se infinite diffun  
 dens & propagās: alioquin illa summa bonitas quodam  
 modo vacua, ociosaq; esset. Eu. Esset. The. Est igit vtriusq;  
 cōnexio. Eu. Est. The. At ex maxima vnitate & maxima  
 æqualitate non subsistit maxime vnū: sine maxima cōne  
 xione. Eu. Non videt. The. Est igit illa vtriusq; cōnexio  
 maxima: quare & infinita. Eu. Oportet. Theo. Sed nōne  
 summa vnitas etiā summū ens est, summe bona, vera, ple  
 na, potēs, necessaria, summe sapiens, immortalis & æter  
 na: Eu. Est indubie. Theoreticus. Nūquid ergo se æquali  
 tati infinite diffundet, cōmunicabit, propagabit nō diffun  
 dendo, communicando, & propagando suam infinitam  
 entitatem, bonitatem, veritatem, plenitudinē, potentiam,  
 necessitatem, sapientiam, & vitam: Eu. Minime profecto.  
 The. Æqualitas igitur est maxime ens, maxime bona, ma  
 xime vera, plenissima, oī potēs, maxime necessaria, summe  
 sapiens, immortalis & æterna. Eu. Ita est. The. Et maxima  
 vtriusq; cōnexio nunquid maxima est: si maxime ens, bo  
 na, vera, plena, & potēs nō est: Eu. Minime ita esse potest.  
 Theo. Est igitur maxima vtriusq; cōnexio, maxime ens,  
 bona, vera, plena, summe potens, summe necessaria & sa  
 piens, vita viuēs immortali & sempiterna. Eu. Necesse est.  
 The. Quare sicut summavnitās omniū est principiū: eque  
 & summa æqualitas omniū principiū, & ipsa summa cō  
 nexio, omnium. & vnitas æqualitas & cōnexio nō sunt  
 nisi vnum summum ens, summe vnum, summe bonū, verū

rum, plenū, & potens. Eu. Vnum certē & maxime vnum, The. Et nōnulli magorum (qui diuinæ sapiētiae radio eorum mētibus illapso: viderūt illā summā vnitatē suæ æqualitati se latissime diffundentē, & totā propagantē) diuina ora soluerūt, dixeruntq; Deum gignere Deum. nam summā vnitatem viderunt gignentē: & summā genitā æqualitatem. Eu. Altissima viderunt δ Theoretice. The. Vides ergo iterum primā mentium quatuor egenā: tria hæc, vnitatem, æqualitatem, & connexionem supra se habere. Eu. Aperiat mihi mētem δ Theoretice ipsa beatissima vnitas infinitæ sapiētiae pelagus: & ad id credēdum, & ad quārum mortalibus fas est intelligendū. The. Et mihi δ Eutychere ipsa summa æqualitas. Ne. Et mihi ipsa summa & beatissima vtriusq; connexio. The. Imō vero nobis & omnibus illā piē quærentibus summa vnitas, summa æqualitas, & summa connexio: vnum, idemq; principii, summa entitas, summaq; bonitas. ¶ Sed pergamo δ Eutychere, in primo vnitas: est in intelligentia quoddam vnitatis vestigiū. Et quod illic est æqualitas: hic iam est quædam alteritas. Et quod rursus illic maxia & simplicissima vnitatis & æqualitatis absque quacunque compositione cōnexio (vbi enim maxima vnitas: nulla prorsus cōpositio esse potest) hic iam vnitatis, & alteritatis quædam compositioni adueniēs cōnexio. Et vbi in primo est summa vnitatis, æqualitatis & nexus sine pluralitate vnitas: hic iam quædā vna multitudo & multitudinis vnitas. ¶ Sed age δ Eutychere an in intelligentia vnitatis & alteritatis compositio: magis sit ab eius vnitate, an magis ab eius alteritate? Eu. Acque ab vtraque: vt mihi videtur. The. Neq; cur potius sit huius quā illius: esse videtur. Eu. Non. The. Et ab vtraq; simul quicquid est, accipit. Eu. Accipit. The. Et in intelligentia: vnitatis & alteritatis compositio: in ipso summo vno cōnexio est. Eu. Est. The. Non igitur summa connexio ab vnitate solum, aut æqualitate solum; sed æque ab vtraque & simul cnascitur & procedit. Eu. Sic mihi certē prima intelligentia insinuare videtur. The. Nō mirum. nam ipsa & vnūquodq; ad ipsius summæ vnus, summæ vnitatis æqualitatis & cōnexionis similitudinem

Altissima  
magorū  
dictum



factum relucet: hoc vt propinquius simulachrū, illud ver-  
rō vt remotius. ¶ Ex his Eutychere cōiectare possēs: cur 24  
nonnulli philosophantium (qui citra vnitatis, æqualitatis

Anaxaræ & cōnexionis mysteriū defecerunt) vt Anaxarchus Ab-  
chus. Cur derites infinitos mūdos esse statuerint. Eu. Cur hoc? The.  
aliqui philo Vt illa infinita bonitatis plenitudo se infinite cōicaret, pro-  
fophi mū pagaretq;: & ne vlla ex parte vacuam ociosamq; consisteri  
dos īfinis cogeretur. At mūdos quā optime fieri potuit, factus est  
tos, alijve melius aut; ipsum vnum esse, vt qui sic suo diuino opifici  
ro vnum euadat similior. ille em̄ sua vnitatis, sui opificis summe vni-  
sed īfinis tatis æmulus est: & sua bonitate, summæ bonitatis. Est  
tum asserit itaq; mundus hic, ens & vnus, bonus, verus & plenus:  
ruerint, quantum eius natura entitatis, vnitatis, bonitatis, veritas  
tis & plenitudinis capax esse potuit. perperā ergo tibi ne  
videntur nōnulli plures mundos esse asseuerasse: Eu. Per-  
perā. The. Et longe dissonantius, qui infinitos asseruere,  
Eu. Dissonantius certe. nā id summæ vnitati dissimilius;  
atq; infimæ potētis (quæ quædā infinitudo) est affinius.  
The. Nec defuerūt alij, qui hunc corporeū mūdū vnum  
tū: sed infinitū esse defendere conati sunt. Eu. Eadē vt opi-  
nor de causa. The. Eadē, vt scilicet ipsa summa bonitas se  
infinite diffunderet atq; propagaret. At id absone quidē.  
Nam cum ista corporea moles plenitudinem impediat:  
non vident se eā summæ plenitudini æquam facere, imō  
& totā īfiniti mūdi entitatem, infinitæ entitati æquam: &  
vnitatem vnitati. alioquin summa entitas: vnitas, bonitas  
& veritas: non se (vt volunt) infinite diffundent & cōmu-  
nicabunt. & horum & priorū positionibus: allata ab Ari-  
stotele accidunt incōmoda. & nunquā inter philosophos  
pax firma habita est, ipsam licet quærentes veritatem: do-  
nec ipsa semper benedicta omnibus seculis quæsitā veritas:  
& summa summæ vnitatis æqualitas: virgineis visceribus  
illapsa, mortalibus innotuit. hæc siquidem tanti erro-  
ris caligine ductos philosophos recōcilauit, & cum ho-  
minibus conuersata: se vitam, viam & veritatem patefecit:  
& se omnia à summa parente vnitatis plenissime accepisse.  
sed te his arbitror contentum. Eu. Maximi & Theopetice, video vt posteaquā vel tenuiter deprehensura

sit summæ vnitatis, æqualitatis & cōnexionis mysterium  
 protinus vanescāt oēs de huius mundi finitate & infinita  
 te, vnitare & multitudine ambiguitates. The. Ita & de hu  
 ius mundialis machinæ nouitate & sempiternitate. Sicut  
 em̄ dimēsa plenitudo sese habet ad sūmā & infinitā plenit  
 tudinē: ita quoq; nouitas & tempus ad summā infinitāq;  
 25 sempiternitatis immensitatē. ¶ Tertiā aut quæstionis dis  
 cutiendæ, postea aliquādo opportunior dabitur locus. Et  
 satis nūc digredi visi sumus, ad Neaniā (cuius gratia dis  
 putationē hanc suscepimus) familiariora declarādo nunc  
 26 nos cōuertimus. ¶ Dic ergo o Neaniā nostro resumpto  
 proposito, quot primī & firmissimī principij conditiones  
 assignas? Ne. Tres. notissimū esse debet, non conditionale  
 & quod quēlibet docendū, & se alicui disciplinæ manci  
 pantē: habere necesse est. The. Et hæ conditiones de prin  
 cipio doctrinæ: & nō de primo ente & maximo subsistē  
 di principio intelligendæ sunt. Primum enim rerum prin  
 cipium nobis notissimum non est: neq; necesse est quemli  
 bet suscipiendæ disciplinæ idoneū ipsum habere. Adde  
 quod conditionale esse aut non conditionale: principia  
 27 doctrinæ & nō res cōmitant. ¶ Quot errores circa ipsum  
 contingunt? Ne. Quatuor. Primus: est ipsum demonstrare  
 conantium. Secundus, ipsum negantium. Tertius: contra  
 dictorias concedentiū. Et quartus: ipsas negantium. The.  
 Qui ipsum demonstrare moliti sunt: similes euaserunt ijs  
 qui accensa face in serenæ diei medio: ad faculæ lumen cē  
 teros ad contemplandū solem accerferent. Ne. Hi ridiculi  
 nimīū. The. Et illi, magis tamen reliquis venia digni sunt,  
 vt qui ex intelligentiæ paucitate discernere non norunt:  
 inter propter se notum & notum propter alterum: sicut  
 oculus æger impotēs iudicare an albedo an nigredo ma  
 gis visibilis: imo an color an lumen magis visibile, qui ve  
 rō ipsum negant, & qui contradictorias cōcedūt: vt olim  
 Heraclitus & Protagoras eorūque astipulatores: quiq; Heraclit<sup>9</sup>  
 eas negāt: mera insania laborare videntur. Sed hæc omī<sup>9</sup> Protago<sup>9</sup>  
 28 tamus, nullus enim nostrum, huius morbi suspitione tes  
 netur. Eu. Attamen o Theoretice hac nostra tempestate  
 vidi: qui in aliquorum sophismatum curiosā obseruatio

ne contradictorias negarent. neque credo defuerunt tanti erroris duces, qui & scripto vestigia reliquerunt. The. Sophis fixa erant & amice. Eu. Haud dubium certe est: & quos malus abstulit error. The. & Neania ad scientiarum principia nunquam pertinax esto. eorum saniores intelligentiam quantum fieri potest capessere studeto: magisque ipsis vel sine ratione credito, quam persuasionibus: quas ad infirmam mentis vel lamen, nubemque depellendam adducere solemus. Sunt enim in vnaquaque disciplina propter se & non propter alia, nota: & maxime omnium si dignitates existunt. ¶ Sed perficatur 28 mur. utrum entis ut ens est, huius discipline consideratio sit? Ne. Est indubie. nam entis quatenus ens est, eius discipline consideratio esse debet: quae suprema causas, supremamque principia rimatur & considerat. hanc autem disciplinam suprema causas & suprema principia rimari atque inquirere: cognitum iam est. ad hanc igitur disciplinam nimirum haec contemplatio accommodata est. ¶ The. Vtrum 29 ergo haec disciplina potius sit substantiae? Ne. Potius. Nam huius discipline potior eius entis consideratio est: a quo ut principio cetera pendent, & cuius gratia cetera subsistunt. tale autem ens substantia est. Pendent enim cetera ab ipsa, & ipsius gratia cetera sunt. The. Et maxime omnium a suprema illa substantia, quae eadem supremum & primum ens est omnia pendent: & eius ipsius gratia sunt omnia. quapropter maxime eius solius substantiae quae & maxime ens est: huius discipline contemplatio suscipienda est. Ne. Oportet. ¶ The. An haec etiam disciplina accidentia 30 consideret? Ne. Accidentia etiam. nam accidentia ad substantiam sese habent: ut salubria ad sanitatem. Atque eiusdem discipline est sanitatem & salubria considerare. igitur & eiusdem considerare substantiam & accidentia. At huius discipline (ut modo cognitum est) est substantiam considerare. considerat igitur eadem & accidentia. The. Certum ut entia quaedam sunt. quo fit ut huic discipline omnium substantiarum pariter & accidentium incumbat determinatio. quandoquidem substantiae omnes & omnia accidentia in primam & maxime subsistentem substantiam, imo in ipsum maxime ens: & omnino qui



dem verius reducunt, restitunturque: quàm salubria in sanitate. Ne. Consentaneum videtur. The. Scilicet ut entia quædam sunt. ¶ Vtrum consideret unum, multa, idem, alterum, simile, dissimile, æquale, inæquale, statum, motum, & unius negationem atque priuationem: & cætera talia quæ prius pertractauimus. Ne. Mihi quidē sic oportere videtur, nā unum & ens eadem sunt natura, & sese mutuo sequuntur, ut duo hæc, principium & causa: attamen ratione diuersa sunt. Entis autem naturam hæc disciplina contemplatur: contemplabitur igitur & unius. Quod si unius naturam: igitur & multa, sunt enim unum & multa opposita: & oppositorum eadem disciplina est. Theo. Imò maxime ens de quo huius disciplinæ principalissima cura est, maxime unum est, & à quo cætera ut una sint, suæ unitatis sumit exordia. & de eodem & altero, simili & dissimili, æquali, inæquali, statuet motu, eodem constaret argumento, nā dictum iam est: ipsum maxime ens maxime idem esse, ipsum itē esse omnis similitudinis veritatem atque exemplar: & summam æqualitatem & stabilitatem. idem autem & alterum, simile, dissimile, æquale, inæquale, stabilitas & motus: opposita sunt. & non minus hæc disciplina non entis, mali, falsi, inanis, impotentis, contingentis, ignorantis & caduci contemplatrix existit. Quo fit iterum ut non modo de unius, sed & entis, & boni, & veri negatione & priuatione: suum munus & officium sit considerare. Negatio enim in quadā absentia, defectuque: ab ipsa prima entitate, unitate & bonitate concipitur. & priuatio quadā subiectam naturam respicit: quæ non habeat quod habere nata sit. Nea. Hæc igitur omnia: ut affirmatio & negatio, & habitus & priuatio conditiones rerum respiciunt atque importat. The. Hoc in loco bone fili, in dialecticis autem & sermocinalibus disciplinis: dicibilibus & notionum conditiones. ¶ Sed procedamus, ubi primum inuenis negationem: in primis ubi est infinita entitatis plenitudo, & pariter unitatis, bonitatis & cæterorum. Ne. Minime. Theo. Ut neque in infinita luce aliquid tenebrarum reperis. Ne. Simile. The. Sed prima mentium deficitne ab illa summa entitate? Nea. Et unitate quidē & bonitate, Theo. Sicut quælibet lux finita

ab ipsa lucis infinitæ deficit plenitudine. Ne. Aequè. The.  
 Est igitur circa primam mentium negatio. Ne. Est. Theo.  
 Et non circa ipsum maxime ens. Nea. Non circa ipsum,  
 Theo. Et affirmatio & negatio opposita sunt. Nea. Sunt,  
 Theo. Et opposita habent fieri circa idem. Nea. Id ipsum,  
 Theo. Circa autem ipsum primum non fit negatio. Nea.  
 Nullo modo. The. Igitur neq; affirmatio: sed primū circa

Tertij du primam mentem. Ne. Videtur. The. Vides igitur quomo  
 bij prius do ipsum primum & maximum: est supra omnē affirma  
 ab Eury tionem & negationem, positionem, & ablationem. imò  
 chero p. & supra omnem oppositionem. Circa enim primū nulla  
 positi so contingere potest ablatio, quare neq; appositio. Nea. Vis  
 lutio, dere videor. The. An igitur non esse oppositum sit ipsi pri

Qudd mo & maximo esse? Ne. Non videtur, nam consensimus  
 primum ipsum esse supra omnem affirmationem, & negationem,  
 ens est su & oppositionem omnem. The. Non habet igitur affirma  
 pra omnē tio entis: circa primum fieri, nam est supra entis affirma  
 affirma tionem, & etiam entis negatio circa ipsum fieret. Nea. Me  
 tionē & attonitum reddis, neq; consentire neq; refutare audeo.  
 negatio The. Audentior esto. Nos enim hæc parua exercitamen  
 nem, ti gratia ludimus: syncerius hæc aliās & altiore ad con  
 templationis officium modo, te auditurum spera. Ne. Di  
 cam ergo quod concessa & tua ratio efficere videntur:  
 entis affirmationem circa primum, locum non haberet  
 imò neq; negationem. Theo. Primum igitur: neq; erit ens  
 neq; non ens. Nea. Certe, vt ens, entis affirmationem: &  
 ens, entis negationem insinuant, mihi enim occurrit entis  
 affirmatio: vt quædam ipsius primi & maximi participa  
 tio, ita vt ea ipsum magis participant: quæ magis bona &  
 vera & ipsi similia sunt, magisq; in affirmatione sunt, an  
 potius tibi ridicula dicere videor. Theo. Acutius quàm  
 ego ipse expectabam respondisti. Attamen si caperes ens  
 atq; nō ens non vt metaphysicam affirmationem & nega  
 tionem sed logicam potius insinuant: auderēsne vtrunq;  
 de primo negare? Ne. Non auderem indubie, nā de quo  
 libet hoc pacto affirmationē vel negationem verā esse, ne  
 cesse est, de nullo autem simul affirmatio & negatio vera  
 esse possunt. The. Non refello tuum iudicium. Tui gratia

6 Eutythere huc digressi fuimus, arbitror te intelligere  
 33 quorsum hæc nostra dicta vergeret. Eu. Abūde. ¶ Theo.

Et quo pacto multa, malū, falsum, inane, debile: quæ nega-  
 tiōe designant: nō opponunt primo, maxime vni, bono,  
 vero, pleno, & potētī. & vt ab esse puenit vnitas, bonitas;  
 & veritas: ab essentia, potētia & maxime materia: multitu-  
 do, malū, & falsitas. Quo fit vt à materia potissimū pēdeat  
 nō ens: malū, falsum, inane, impotētia, cōtingētia, ignoran-  
 tia, rerū mortalitatis atq; interit⁹. Eu. Cōsentaneū est. The.  
 Non absone ergo supramūdana entia lōge plus esse quā  
 essentiam participātia: potius esse posuimus. Eu. Non abs  
 sone. The. Et dignū est a maiori & digniori nos nostram  
 denominationē auspicari. Eu. Dignum. Theo. Simpliciter  
 igitur & rite entia dicuntur. At si ad hæc inferiora despici-  
 mus: cū materia plurimū immerfa obuolutaq; sint, parum  
 actus participātia, si à maiori & domināte materia ea de-  
 nominare volum⁹: certe potius quodāmodo dicēda erūt  
 nō entia, multa, mala, falsa, inania, impotētia, cōtingentia,  
 ignorantia, fluxa, & mortalia oīa: etsi entia, vna, bona, &  
 vera vident. Eu. Erūt indubiē. Theo. Sūntne ergo amētes  
 & infani q has tota cura expetētes bonorū vmbras: quæ  
 bona vident cū nō sint: nuncq; mētis aciē in ipsa vera entia  
 & bona: & nullo vnq; fine desitura erigūt. Eu. Amētes &

34 cxi. ¶ Theo. Sed sermonē sequamur. Indiuiduū & singu-  
 lare nōne id esse dicim⁹: qd p se totū subsistit: vt vn⁹ ho-  
 mo, vn⁹ leo, & vna plāta. Eu. Indiuiduū & singulare sub-  
 stantię scilicet. The. Esto. & si accidēs, indiuiduū, singulare  
 & vnū numero describeres: forsitan diceres ipsam esse id  
 accidēs quod totū in altero subsistit. Eu. Et forte totum id  
 esse intelligis: quod vnus simpliciter pars non sit. Theo.  
 Id ipsum. & elemēta plus materiæ sibi vendicare videntur  
 ceteris sensibilibus omnib⁹: præsertim crassiora, vt terra &  
 aqua. Et quāuis vnū quodq; eorum, vnū actu indiuiduū  
 esset, multa tamē potētia esset, imō innumera. Quis enim  
 vnq; dicere valeat ī quot stillas aqua dirimi possit: quarū  
 quælibet seorsum ab altera, indiuidua, singularis, & vna  
 numero est. Eu. Ignoraret pfecto ipse Democrit⁹: vt suarū  
 atomorū numerū. The. Et lapides & metalla; valde multa

Quidd  
 superiora  
 poti⁹ esse  
 quā nō  
 esse ponē  
 da sunt;  
 inferiora  
 verō plus  
 non esse  
 quā esse.

Quid in-  
 diuiduū  
 substātię.  
 Quid idi-  
 uiduū ac-  
 cidentis.  
 Quis enim  
 vnq; pot-  
 est dicere  
 in quot  
 stillas  
 aqua  
 dirimi  
 possit:  
 quarū  
 quælibet  
 seorsum  
 ab altera  
 indiuidua  
 singularis  
 & vna  
 numero  
 est.



potētia sunt. Eu. Valde, vt nullus mortaliū: numerū norit.  
The. Et plātx vnę in multas actū defecātur plātas indiui  
duas & singulares: quę prius erāt potētia. Eu. In multas.  
The. Et infecta animalia in multa discerpunt animalia: vt  
offēdit mutilus coluber. Eu. In multa, at nō in tot quot &  
plāta. The. Neq; plāta in tot quot metallū: neq; metallū in

**Quodd ex materia** tot quot & terra. Quod em̄ infectū animal ad plātam: id  
planta ad metallū, & metallū ad terrā esse videt̄. sed vnde  
pēdeat re hęc indiuiduorū & differētiū numero multitudo: tibi pē  
rum mul dere videt̄. Eu. Ex materia. The. Nam quę magis à mate  
ritudo & ria recedūt, min⁹ huiusmodi singulorū multitudinē admit  
diuisibilis tunt. Eu. Certē. The. Et q̄a homo magis à materia recedit,  
bas, & superiorē actū & omniū sensibiliū plenissimū obtinet:  
ideo rerum sensibilibum solus cū vnus actū sit: nullo pacto

hominū multitudo potētia euadit: alioquin oporteret no  
stram animā diuelli, diffecariq; Eu. Certē. The. Et quę ma  
gis à materiali lege & natura quā homo ipse & nostra  
anima recedūt: hęc diuersitatē & indiuiduorū, numeroq;  
differentiū multitudinē magis fugiunt. Eu. Rationabile.  
The. Quandoquidē hęc, homo scilicet & anima potētiæ:  
& magis maioris potētiæ naturā sequuntur, & quælibet  
anima nostra si sciūcta fuerit & à corporeis vinculis abso  
luta: indiuidua & vna nūero est, vt nullo ingenio animarū  
multitudo esse possit, inter se tamē multę, indiuiduę  
& numero differētes sunt, prout diuersam sortitę sunt po  
tentiā: quę tametsi materia nō sit, cōditionis tñ eius æmu  
la: singulorū multitudinē & numero differentiū admittit,  
quā Peripateticorū more possibilitatem quādā nūcupare

**Quodd in** possumus. & supramundanorū essentia magis à sensibiliū  
supramū potētia recedit: quā nostrę ab eadē animę possibilitas.  
danis nō huiusmodi igitur multitudinē: beata illa & supramūdana  
sunt plu entia, magis quā nostrę animę refugiunt. Eu. Indubiē.  
res eiusdē The. Sed quō magis refugiūt: si multę solo numero dissio  
grad⁹ mē dētes supramundanę mētes reperiunt: quēadmodum &  
tes quę nostrę animę possibilitati annexę? Eu. Nō video. The. Vi  
inter se so detur ergo tibi ex fuga & distātia à lege & cōditiōe mate  
lo nūero rię: vnā solā eiusdē gradus supramūdānā mētē subsistere:  
differāt. neq; vllā quācūq; alterā naturę affinitate & cōsortio sibi

35 conciliare. Eu. Videtur. ¶ The. Quod ergo in infinitū superat euaditq; semotū: non modo a materiæ conditione & natura, sed & possibilitatis oīs, & omnis potentie: nūquid secum alterū solo numero dissidēs, admittit? vt duo scilicet patia, affimilisq; per oīa naturæ, rerū principia substantant. Eu. Minime omniū. The. vna ergo summa, indiuidua & super oīa entitas: & nō dux. vna summa & indiuidua vnitas. & nō dux. vna summa & maxima bonitas &

Qd vnū  
est sūme  
ens & nō  
plura.

36 fundens: & suū singulis suæ vnitatis & singularitatis imprimēs vestigiū, sed satis euagati sumus: iam resumamus dimissa. ¶ Ad te reuertor o Neania. an hæc disciplina sit omniū specierū, tum substantiarū, tū accidentiū: & earum priuationū atq; negationū? Nea. Omniū. nā quilibet sensus vnus: omniū sui sensibilis generis specierū atq; priuationū est. igit & quælibet disciplina vna sui gñis scibilis: & omniū eius specierū, priuationū, & negationū. at metaphisica: disciplina vna est, cuius genus scibile est ens. est igitur omniū entis specierū, priuationū, atq; negationum. species aut entis species substantiarū sunt, & accidentiū. est itaq; hæc disciplina omniū specierū tum substantiarū, tum accidentiū, earū priuationū, atq; negationū. The. Recte. nam quod est sensus ad genus sensibile: scientia est ad genus scibile: & entis generis scibilis, species (dico scibiles) sunt quas adduxisti. Nea. Hoc mihi difficultatem ingereret, an dicerēs ens esse genus: sed scite adiecasti, scibile: nā Peripatetici ipsum esse genus logicū & prædicabile negāt. The. Et docte certe. & ideo bene eius species logicas & prædicabiles negabunt. ¶ Et si te percontor. quō sensus vnus priuationū sui generis sensibilis, & eius specierū est: & quō visus tenebrarum? Ne. Dico per accidens: & luminis & aliorum colorum, per se. The. Recte ais: ita & intellectus per se est entis & entis specierum: per accidens autem, nusquam subsistentium. ¶ An vnum ab ente diuersum nomet naturam? Ne. Minime. primo quidem. quia idem est ens & vnum ens: vt ens homo & vnus homo. secundo. quia eiusdē generatione gignitur, aut corruptio ne, corrumpitur, fieri enim nequit, vt vnum generatione

esse possit, & alicuius corruptiōe abesse: quin eiusdem  
 generatione aut corruptione sit, aut non sit reliquum, sed  
 simul sunt, aut simul nō sunt, non igitur diuersam nomi-  
 nāt naturā, tertio, vt vnūquodq; per suā substantiā ens di-  
 citur: & que quoq; dicitur & vnū, non igitur diuersam no-  
 mināt naturā, The. Et quod in primo haud diuersam no-  
 mināt naturā: in nullius controuersia venit. & vbi primā  
 mentiū ab omni aduentitia & accidentaria affectiōe se-  
 questras: facile eam sua substantia ens & vnā esse intelli-  
 gis. sed an homo & musicus diuersam nominent natu-  
 rā? Ne. Scilicet, nam musicus musicā nominat: quam non  
 nominat homo. The. Sunt tñ homo & musicus idē. Ne.  
 Subiecto scilicet: & rōne multa. The. Et ens & vnū. Ne.  
 Itidem subiecto idem, & rōne multa. The. Refertne in ali-  
 quo? Ne. Refert si apte concipio. nam homo & musicus,  
 ratione & natura multa sunt, natura quidē: quodd musicus  
 musicam artem nominet, alterius rationis & naturæ, ab  
 eo quod nominat homo, ens autem & vnum etsi ratione  
 multa sunt: non tamen natura. The. Vis ergo eorum quæ  
 subiecto & substantia sunt idem & ratione multa: hæc ra-  
 tione sola multa esse: hæc autem ratione & natura? Ne.  
 Volo. ¶ The. Vtrum communes dignitates huius sint di-  
 sciplinæ? Ne. Sunt, communes enim dignitates dicimus  
 communissima principia, & quæ vnicuiq; cōmuniter vt  
 entia sunt attribuimus: & quibus inferiores disciplinæ vt  
 cunq; ad suā materiam contractis: vtuntur. Nimirū igitur  
 si huic disciplinæ asciscuntur, si enim dixero: quæcūq; sunt  
 æqualia vni & eidem, illa inter se esse æqualia: quid prō-  
 ptius familiariusq; intellexero, quā quæcunq; entia vni  
 & eidem sunt æqualia. The. Nihil familiarius: ipso quidē  
 proloquio in suo ambitu vniuersimq; cōcepto, & si q; quā  
 aduocat: & propter quod tale, alterum est: ipsum magis  
 tale esse: quid familiarius intelligendum occurrit quā  
 propter quod ens tale, alterum ens tale est: ipsum primum  
 ens magis tale esse? Ne. Nihil. ¶ The. An hoc principium:  
 impossibile est idem simul esse & non esse, primū sit & fir-  
 missimū? Ne. Primū esse nemo ambiget: nam dignitas &  
 proloquiū est, firmissimū autem est: quia notissimum, non



ēditionale: & quod quēlibet suscipiendæ disciplinæ idoneum habere necesse est. The. Et probè quidē, circa ipsum enim, nullus idoneus disciplinæ auditor errabit vnquā. Attamē circa ea quæ ignoram⁹: erramus, decipimurq; frēquēter. & circa vnūquodq; entiu ita esse, vt ipsum sit aut nō sit, necesse est. nō est ergo conditionale, & si quicquam percipiendæ disciplinæ committitur: qui vsq; adeo hebes & corneolus comperitur: vt nesciat an ipse sit, an non sit, fuste certē arcendus est. affimilis nimium verē illi qui ē regione solis in media luce locatus solē nō sentit: & ineptus pictoriam discere quærit. hic corporis oculo cæcus est: ille mētis. & certē quanto huiusmodi principia communissimarū, vniuersalissimarūq; notionum existūt, quæ maximē proprie intelligēdi facultati addictæ sunt: tanto minus circa talia eum qui mentis oculis captus nō fuerit, errare cōueniet. vt neq; sensum circa proprium imd maximē proprium sensibile, & cæteris principijs firmiora, accommodatioraq; intellectui esse debent: an plura desyderas? Ne. Nulla prorsus: nisi sequentium (quæ mihi satis facilia videtur) expeditionē: si expeditissima transcurso te non fastidit. The. Nihil me fastidis: transcurrere vt voles,

Tertij Dialogi Finis.

#### QVARTVS DIALOGVS INTRO-

ductorix commentationis Metaphysicæ,

Neanias, Theoreticus, Eutycherus,



Aec duo & quadraginta: principiu, causa, elementum, & reliqua sequentia, quæ in quinto distinguit Aristoteles, prætereo. The. Tāto laborem nostrum minus. Nea. Prompta hæc mihi & captu peruia esse videntur, quod sequitur prosequor: quæstionum seriem secutus & responsiones

adhibens. The. Neq; cura qua stiones ipsas tangere, modo eas suo ordine dissoluas: adiungasq; respōsiones quæ tibi aptiores videbuntur. ¶ Nea. Faciam vt iubes. hinc mihi sumens auspicia, Metaphysica à cæteris disciplinarū differt, primo, quia hæc disciplina, principia & causas

entium videntia sunt considerat. non autem reliquarum aliqua;  
 secundo. hæc disciplina simpliciter quid & substantiam con-  
 templatur: quod nulla reliquarum facit. sed vnaquæque circa  
 aliquod vnum infra entis aut substantiæ ambitum: suos limi-  
 tes coercet, & astringit. vt exempli causa: grammatica, logi-  
 ca, rhetorica, circa sermonis contemplationem. musica & arith-  
 metica circa numerorum facultatem: geometria & astronomia  
 circa magnitudinem, naturalis philosophia circa substantiam  
 quæ intra se sui motus principium tenet. tertio. hæc disci-  
 plina vniuersalis censenda est: ceteræ autem particulares.  
 quid enim notione entis vniuersalius? quæ omnes rerum  
 gradus ambit & lustrat. quid notione vniuersalis? boni, & veri?  
 quid denique ipso maxime ente, vno, bono, & vero com-  
 muni & vniuersalius? quorum potissimum hæc disciplina con-  
 templationi inhiat atque addicitur: nimirum igitur hanc disci-  
 plinam à ceteris disciplinarum distare. ¶ The. Certè distat &  
 fili. & huius disciplinæ tota vis circa ipsius entis, vnius, bo-  
 ni, veri, & reliquorum talium contemplationem immoratur. &  
 sola disciplinarum: rerum quiditates suæ contemplationi, pecu-  
 liares delegit. Ceterarum autem nulla: neque vnam quiditatem  
 nouit. Ne. Quo pacto id? The. Fortè quiditatis nomine;  
 tenebris te obuoluo. Ne. Sanè. The. Nonne dixisti hanc  
 disciplinam circa entis contemplationem: vnius, boni, & ve-  
 ri, & ceterorum talium persistere? Ne. Dixi eodem. The. Hoc  
 ipsum est quod dico: & tamen illud idem te fallit. Ne.  
 Haud intelligo. The. Sic intelliges. summa entitas: omnium  
 entium quiditas est. & summa vnitas: omnium vnorum  
 quiditas, & summa bonitas: omnium quiditas bonorum. &  
 ipsa summa, maximaque veritas: omnium verorum. nec aliud  
 (audito metaphysicæ quiditatis nomine) vnquam tuam men-  
 tem deflece. Ne. Nulla me iam nube obducis. paucis quid  
 rerum metaphysicas quiditates vocemus, pulchrè aperui-  
 sti: nec iniuria profecto metaphysicæ dicuntur: nam supra  
 mundanæ sunt & diuina contemplatione dignissimæ. &  
 nescio quæ mōstra hætenus mihi has diuinas quiditates  
 commentabar: nunc quiditatiuas notiones: nunc absolu-  
 tas huiusmodi quiditates vocans. The. Et forte venia di-  
 gnus: si logicas dixisses. Ne. Protinus etiam relabebar ad

aliquam mihi tristē logicam; & nullū mihi cōmodum nisi  
 inanē garrītū parturientē. Theo. Attamen audiueras hanc  
 disciplinā esse diuinā, æternarumq; rationū. Ne. Illæ no-  
 stræ sunt quiditates; attamen nihil audiuerā. quicquid em̄  
 haften⁹ hausi: peregrinis dūtāt disputationibus hausi,  
 lōge forte à tua & mei institutoris Oneropoli intentione  
 alienū. & nōnunq̄ luctatus sum mihi quasdā vniuersales  
 naturas somniare: quas metaphysicas; quiditates vocarē;  
 & à quibus generis, speciei, & differētix cōceptus extor-  
 querē. The. Omnia hæc & tibi & alijs: ob Platoniarum  
 idearū introductionē irrepserūt, & certē is loc⁹ ideas requi-  
 ret. Ne. Quo pacto? The. Nos nimīū expatiari petis. pro-  
 positū prosequere, ne nos inaniter tempora trahamus. &  
 postquā expleueris, si quo modo commodum videbit̄. &  
 diei decliuitas nostrā nō arcet disputationē: nō recuso hu-  
 ius rei nōnihil paucis perstringere. Ne. Nō arcebit, paucis-  
 simis nepe qđ superest absoluam. & pene iam expleſſe vi-  
 deor, & dimissa resumō. Hæc disciplina cū cæteris conspi-  
 rat atq; cōuenit: nam reliquæ disciplinæ suū genus esse nō  
 cōmonstrāt ita quoq; neq; hæc: quæ est ipsi⁹ qđ quid est:  
 hoc est substantiæ imo maxime entis, maximeq; substantiæ  
 gratia: quæ primū in hac disciplina contēplatur. ¶ Et spe-  
 cialius sermonē deducēdo: hæc disciplina à naturali philo-  
 sophia altera est. primo. quodd naturalis philosophia circa  
 quoddā gen⁹ entis versatur, id em̄ est substantia intra se sui  
 motus & quietis principiū tenēs. prima autē philosophia  
 circa ens ipsum totū negociaſ. secūdo. quia naturalis philo-  
 sophiæ cōsyderatio solū circa mobilia & inseparata &  
 à materia & à corporea mole existit. Prima autē philoso-  
 phia potissimum circa immobilia, absoluta, & abstractissi-  
 ma: non modo omni materia & molis crassitie expedita;  
 sed & potentia omni, omniq; essentia, tertio. tota physica  
 cōtēplatio vt cōtēplatio simi est: neq; materiā sine forma,  
 neq; formā sine materia cōsyderat. sicut qui simū cōsyde-  
 rat: nasum quidē qui vt materia est, & cavitatē quæ est vt  
 forma cōsyderet, necesse est. est enim simus, nasus cauus.  
 at primæ philosophiæ præcipua cōtēplatio: vt caui est.  
 nam illas puras & simplices formas; imo illam simplicissimā

Metaphy-  
 sicæ ad  
 Physicā  
 compara-  
 tio.



mam formā & esse contemplatur. attamē naturalis philosophia cum hac prima & supramundana philosophia cōmerciū aliquod obtinet, quod vtraq; cōtemplatiua est. est enim scientia omnis, omnisq; disciplina; aut cōtemplatiua, quā theoreticā vocāt; aut actiua, administratiuaq;: quā vocāt practicā, aut factiua: quā dicūt poeticā. at naturalis philosophia primū actiua nō est. nā actiua disciplina secundū electionē est: & earū actionū quas intra nos moderante prudētia gerimus. quarū quidē naturalis philosophia non est. neq; quidē factiua est, nam effectiua peritia itidē secundum electionē est: & earū effectiōnū quæ in seruile opus & extrinsecū demigrāt, trāseuntq;. harū autē, naturalis philosophia nō est: quippe quæ neq; consultat, neq; quicquā electioni astringitur. relinquitur igitur ipsam naturālē philosophiā, contemplatiuā esse: qualē & primā philosophiā esse iam dudū cōmonstratū est. & nos cū omnē scientiam disciplināq; omnē: in cōtemplatiuam actiuā aut factiuā partiti sumus: scientiæ & disciplinæ nominib⁹ artē & prudentiā cōplectimur. ¶ Hæc item disciplina à mathematica 4  
 ca diffidiū patitur atq; differt. nā mathematica solum circa vnū genus entis versatur: vt quātitatē, neq; ipsa quanta vt entia sunt cōtēplatur: quin potius vt cōmēsurabilia, incōmensurabilia, aut aliquid huiusmodi, hæc autē disciplina omnino circa ens est: & omnia, vt entia quēdā sunt explorata cōrimatur, differt igit hæc disciplina à mathematica: attamē cū ea cōmerciū tenet, primo, quod earū vtraq; cōtemplatiua est: & id superiore ratiōe de mathematica deducere prōptum esset. secundo, quod vtraq; & metaphysica & mathematica immobilia & tanq; separata cōtēplatur. Refert tamē quod hæc nō re ipsa separata: quēadmodū diuina illa sapiētia. & ideo iure theologia nominata. cōtēplatur. & ex his perspicuū satis esse potest, tres ipsarū rerū cōtēplatrices esse disciplinas: physicā, mathematicā & sapientiā, quā theologiā nominam⁹: quæ ceteras disciplinas tum actiuas, tū effectiuas longo interuallo desiderabiliores antecedūt. & lōge omniū ipsa sapientia omnesq; antecellit: oēs lōgo interstitio post terga relinquit: vt quæ sit circa diuinum & honorabilissimū genus, & certe ex hac dispositione

Metaphy  
 sicæ ad  
 mathema  
 ticam cō  
 paratio.

putatione

putatione collegisse videor, solam sapientiam cœlestiū domesticam esse: & cū Deo ipso domiciliū (quo ipsum liberius semper contempletur, admireturq; & amet) propius quæritare, ceteræ autē inferiorū cultrices mihi esse vident.

¶ Sed ne longior sim: procedendum est, accidentis nō est scientia, accidens em̄ id diximus: quod neq; semper, neq; ut plurimū verum est sed raro, cuius quidem nō esse scientiam constat. Primo, quia taliū neq; disciplina contemplatiua vlla est, nam oīs talis necessariorū est: impossibilemq; aliter se habere, neq; quidem accidentiū: actiua & effectiua studium, curamq; adhibet, sunt enim eorū quæ semp aut frequenter fiunt, veraq; sunt, nulla igitur accidentiū scientia est. Secūdo, quæ accidunt infinita esse possunt, neq; perspectam causam determinatā habet oīs autē scientia & finitorū est, & certā, exploratā, determinatamq; causam habere necesse est. Tertio, de accidentib; sophistæ iurgia atq; inter se altercationes suscitant: qui siquidē suo more nulla disciplinis accōmoda sollicitāt, igit accidentiū nō est disciplina. Quarto, entiū quædā semper sunt, quædā plurimū, quædam neq; semper, neq; plurimū sed rarerē admodū. At disciplinx sola ea curāt quæ semper sunt aut plurimū: accidentia autem (etsi sunt) neq; semper neq; plurimum sunt, merito igitur disciplinx (ut & eorū quæ temere eueniunt) accidentium curam despiciūt. ¶ Modi entiū sunt, quid & substantia, quantum, ad aliquid, quale, agens, patiens, quando, vbi, situm, & habitū, ens per se, ens per alterum, ens actu, ens potentia, ens pro vero acceptū, & non ens pro falso: quā entis significantia utimur cū dicere solemus: condictioniorū alterū ens esse, & alterū esse nō ens. Theoreticus, & quo pacto forte prius utebaris: cū adducebas, entium quædam semper esse, quædam plurimū, & quædam, neq; semper neq; plurimum sed raro: volens intelligere: verorū quædā semper vera esse, quæ nos necessaria vocamus: quædam ut plurimū vera, & quædam raro vera: quæ accidentia nūcupasti. Ne, id ipsum, & ens & nō ens hoc pacto circa mentis complexiones fieri habent: in qua quidem subsistunt, & nō in rebus ipsis, & iam videor exegisse quod præsentis introductionis, superat laboris:

nisi in aliquo me sentis oberrasse aut minus præuidetam  
omisisse. The. Certe exegisti d Neania, & tuā ingenuam  
indolem patentem fecisti: & tuos institutores nō futiliter  
in te literarum fundamēta iecisse, neq; omisisi quicquam;  
sed iam huius dieculæ laborē (vt bene inquis) superasti.

**N**e. Dūmodo nobis nōnihil, de ideis aperueris. id etiā 7  
te facturum pollicitus fuisti: dūmodo dici decliuitas no-  
stram disputationem nō supprimeret. The. Hoc te fugisse  
Putabam. Ne. Me nūquam. The. Cogis ergo me nouam  
subire palæstram: tibi tamen in futurum conducere pos-  
test. Dixi tibi & reliquis se cōmunicantium naturarum ex  
Platoniciis ideis opinionem irrepsisse: quas forte se cōm-  
municantes naturas in rebus ipsis locabas. Ne. Ego vero,  
vbi locarem non intelligebam. The. Et quāuis ex Plato-  
nicarum idearū introductione talis opinio mentibus pos-  
teriorum illapsa sit: non tamen perinde ac Plato sensere.  
Ne. Quo pacto, nobis aperi. The. Iam aperio. Platonici  
triplex vnum ponunt: vnum supra esse, vnū in esse, vnum  
post esse. Vnum supra esse, Deum ipsum ineffabilem, in-  
telligibilemq; ponūt: & patrem deorum. & vnum in esse:  
varia apud ipsos nomina sortitur. Nominant enim ipsum  
ens, creatorem, imaginem patris, mundum intelligibilem,  
intelligentiā, rationem, verbū, filium Dei, mētem diuinā,  
exemplar & ideam. vnum post esse: spiritum & animam  
mundi nuncupāt: sese per omnia late fundentem & viuū  
ficantem omnia: cui illud poētæ alludere puta.

**Virgilius.** Principio cœlum, terram, camposq; liquentes:  
Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra,  
Spiritus intus alit, totāmq; infusa per artus  
Mens agitat molem: & magno se corpore miscet.  
Et vnum in esse, ipsum ens, bonum, pulchrum, omnipotens,  
sapientissimum, & æternum ponunt. ipsum autem  
vnum supra esse ponūt supra ens omne, & omne bonum  
& pulchrum, supra omnipotentiam, sapientiam, & æterni-  
tatem. tertium vero vnum: post & infra ipsum ens, bonum  
& pulchrum: infra omnipotentiam, sapientiam ipsam  
& æternitatem, vt iam in confinio æternitatis existat: &  
vt æternitatis horizon. Cætera autem omnia infra ipsum:



& ipsum immensæ sempiternitatis horizonta subsistunt. Et hæc tria putant maximi rerum principes, & de primo nihil affirmant: nā si ipsum, ens vocas, minus dicis quā ipsum est, est em̄ supra ens omne. si vocas bonū: iridem vt corū fert opinio, nā est supra omne bonū. Et ita si ipm vocas verū, pulchrū, plenū, potens, necessariū, sapiēs aut eter num. De secūdo omnia affirmāt, est enim ipsum ens, imō ipsum maxime ens, bonū, verum, pulchrū, & potens, & cuiuslibet rei exēplar & idea. Et quo melius diuinæ mē tis, hoc est ipsius vnus in esse & entis: ideas (eo quo ponūt modo) cōcipias: hoc pacto accipe, omnia entia à maxima entitate suā sibi vēdicant & assumunt entitatem: & hanc summā entitatē vocant entii ideā, & à maxima bonitate prodeūt omnia bona: quā & vocant boni ideam, & à maxima veritate (quā & veri ideā ponūt) prodeunt omnia vera: omniaq; in vnū, summūq; reducunt. Vt omnes homines in vnum primū & summū hominē: quem exemplarem & idealem hominem nuncupant, & omnes leones in exēplarē leonem: & omnes equos in exemplarē, idealem, & intelligibilem equū, & hunc in modum quæcūq; naturæ affinitate inter se conspirant & conueniunt: in suam specialem ideam: & has diuinas & diuinæ mentis ideas distinctas inconfusasq; & synceras esse putāt, & hinc exemplaris & idealis homo solum est homo, neq; vnus, neq; plures: nam si vnus esset: hoc idex vnus participatione haberet, & si plures: idex multitudinis participatione, & proinde non pura & sincera hominis idea esset, & ita de exēplari leone, & equo, & reliquis. Aiunt enim: quicquid est in genere aliquo primum tale: nihil mundus aliud est quam tale, & si cupis concipere qualis sit mūdus sensibilis intelligibilis: sensibiles oculos aperi: & totam sensibilem est species machinam hanc oculis perlustra: omnes sonorum conz & imago centus & harmonias auribus hauri, omnia odorum sp̄s mūdi itel ramina naribus, mox te ad intellectum reuoca: & concipies intelligibilis, pe quæcūq; oculis lustrasti corporeis: & quæcūq; vna alijs sensibus haufisti, mundum esse sensibilem: & intelligibilis mundi huius quidem corporei mūdi exemplaris & idex imaginem, quem quidem intelligibilem &

Quodd

exēplare mundū si intellectuāli oculo circūlustrare posses:  
 hāc totā machinā & omnes rerū species in veritate & sua  
 mirifica, & haud dicibili pulchritudine cōspiceres: illic &  
 verū hominē, verū leonē, verā plantā, verum cōclū depres-  
 henderes: quæ autē corporeis oculis circūlustrādo attigis-  
 sti: vera non sunt: quāquā vera videntē, & talia esse iudica-  
 mus, vt neq; tua in speculo imago, vere est quod apparet,  
 Videt̃ em̃ homo aut Neanias: cū tñ nō sit, sed tu ad tuam  
 imaginē vere es: q; ipsa tua imago insinuat atq; esse vide-  
 tur, & stellātis cōclī in torrēte fluētē effigies: nō vere ipsum  
 cōclū est, nō sydera quæ esse videntē: sed cōclū ipsum stellis  
 ferum septē errātū syderū orbes ambiēs, & sua fixa syde-  
 ra, vera sunt: vera quidē ad, torrentis effigiem, ita fili quæ  
 nos moribūdīs oculis contuemur & nobis esse apparent  
 ignis, aer, aqua, terra, homo, leo, equus, planta: nos admo-  
 nent ea non esse: sed illorū simulachra & effigies: imō vt  
 placet Heraclito & Pythagoricis illa sunt fluentis torren-  
 tis & continuo labentis effigies: quæ (quanquam nō sen-  
 timus) semper nullo remorante fugiunt, voluntq; niniū  
 vera esse postea à Nasone cantata.

—Nihil est quod toto perstet in orbe.

Cuncta fluunt, omnisq; vagans formatur imago.

Ad hęc prima rerū genera, species, exēplaria & ideas: de  
 supramundanīs & rerum quidditatibus Pythagorici &  
 Platonici locuturi, se conuertunt, quemadmodum Aristo-  
 telico more ad entis imō maxime entis, vnius, boni, ve-  
 ri, & ceterorū diuinas rationes contēplandas & primor-  
 dia rerum optima: nos ab his sensibilibus traducimus.

¶ Dicuntq; ijs similia, quæ ab egregio nostræ tempestatis  
 Mantuano vate sunt decantata.

Mundus ab hoc qui sub rerum fluxu atq; refluxu

Affidue fugit: atq; redit, cadit atq; resurgit

Longe alius, viuunt illic hominesq; feræq;

Terra, fretum, venti, atq; ignes, & olympus, & astra,

Et quæcunq; Deus mundi produxit ab ortu.

Pluraq; nam mundo diuina potentia maior.

Sed nihil est illic titubans, mutabile, fluxum. Et rursus

Hęc, Deus est, sunt ista Deus, Deus omnia nanq;

Propterea Deus est mundus sine corpore, viuens  
 Semper: & æternis in se hic habitauit ab annis.  
 Voluntq; Platonici semina quædam & omniū idearum  
 sigilla, nostris animis esse ingenita, quibus quidē à rebus  
 sensibilibus excitis, notiones specierū & generum (qua-  
 rum obiecta sunt diuinæ mentis species & idex) effingit. Quodd na-  
 mus. Ex his ò fili de Platoniciis ideis, & consimilibus di-  
 ctis (quæ mira & alta sunt & philosophica contemplā-  
 tiōe dignissima) an ita sint an secus: posteri mille modos positio ex  
 naturarum se communicantium commentati sunt. & pō-  
 stremi in inanes quasdā ineptias & in volitantia Demos-  
 toniciis ir-  
 criti somnia (vt multis visum est) tandem decubuerunt; rep-  
 erit.  
 ita vt quæcunq; quisq; noctu puluino nixus somniasset;  
 operæ precium duceret afferre in mediū. & quibus Ari-  
 stoteles in Platonem agat argumentis: nostrum impræ-  
 sentiarum recensere non est officium. & si procedere per-  
 go: quo pacto eorum sententiā: singula entia sui gene-  
 ris ideam participant: nox atra quæ vicina est nos in-  
 tercipiet. & vos inauditæ disciplinæ sermones fastidient.  
 Eu. Sat nobis ò Theoretice pro hac disputatione impen-  
 disti: neq; nunc vltra quicquam desyderamus. Ne. Nihil  
 vltra. & de tantis gratias habemus. & nunc pater meus  
 (vt arbitror) è rure redijt oblectamentis corporeis  
 exaturatus: nos autē ò Theoretice abs te abi-  
 binus oblectaminib⁹ animi referti. The.  
 Cū voletis reductore: faciā vobis sem-  
 p mei prōptā copiā. Eu. Gra-  
 tias habem⁹ ò Theoretice  
 ce: reditūq; & benio-  
 gnē, & liberali-  
 ter acceptas  
 mus

Commentariorum metaphysicæ introductionis  
 in metaphysicos libros Aristotelis, finis.



IVDOCI CLICHTOVEI NEOPOR-  
tuenſis ad Lectores exhortatorium carmen,

Quos cœleſtis amor: quos optima numina tangunt;  
Huc vigili cura ſollicitate animos.  
Ecquæ Stagirites cæcis ocluſa latebris  
Abiderat: clarum ſunt habitura diem.  
Perpetè cum ſitis animo & cœleſtis origo:  
Vos patriam, & veſtrum quærite principium.  
Huc huc aſſitis, mundi melioris adite  
Mente deos: illic vita beata ſita eſt.  
Si quid opis petitis: per parua hîc mole libellus  
Suppetias vobis, præſidiumq; feret.

MARIVS AEQVICOLVS OLL-  
uetanus D. Franc. Soderino, S. R. Eccleſ-  
iæ Cardinali Vulterrano S.

**N**on eſt efforta vſque adeo parēs natura, vt præcla-  
ra ingenia in dies magis nō pariat: quis in poe-  
ticis Io. Pontanū, & Carmelitā Baptiſtā Mātua-  
nū præſtantiſſimos neget: q̃s Io. Picū & Maſiliū  
Ficinū in remotiorib⁹ ſciētijs nō ſuſpicit: q̃s in multiplici  
rerū cognitione Hermolaū Barbarū, & Ianū Laſcharim  
noſtrū; non laudat: quis demū in re ſerandis Philoſophiæ  
latebris Iacobū Fabrum Stapulenſem nō admiratur? Ec-  
ce fores nobis aperit ad rerum naturalium cognitionem,  
quoſq; ipſemet Ariſtoteles de phyſica auſcultatione li-  
bros editos & non editos fatetur, ſic cognobiles fecit,  
vt à materia forma, & priuatione per cauſas ipſas: per  
motum, & quietem: tempus plenum & finitum: ad mo-  
torem illum vnum immobilem peruenire ſine offenſio-  
ne poſſimus. Inde vbi quintum patuerit elementum, ad  
quatuor illa ſimplicia erit amœniſſimus faciliſimūq; de-  
ſcenſus: quibus cognitis, generatio fiet palām & corrup-  
tio. Ab ijs quæ proxima ſupra nos regione generantur,  
viſcera perſcrutabimur altricis terræ: falſaſq; de anima  
veterum philoſophantiū edoſti opiniones: veram illius  
definitionem cum cognouerimus: per latebras & quaſi

inuis vtriusq; intellectus Paraphraste Fabro rimabimur  
 veritatem. Sensu & memoria quasi conuiuētibus in so-  
 mno paululum quiescemus. Mox exprorecti ex longa vi-  
 ta quam tibi perquam precamur ad Metaphysicam subli-  
 mitatem introducemur. Si Aristotelem igitur veneramur:  
 hunc admiremur. Si ad illius sensa cupimus penetrare:  
 hunc perlegamus, definit, partitur, colligit, explicat, re-  
 futat, astruit, enucleat, docet, & tanquam exortus aëreus  
 sol, tenebras ab omni lectione discutit, fugat, remouet.  
 Hunc ad te mittimus vt & legas, & nostro seculo cōgras-  
 tuleris. Habeant iam suos qui velint Themistios, Alexan-  
 dros, Simplicios, Mario satis erit tantisper suos Faber, atq;  
 vt hendecasyllabo concludam.

Paupertas mea me lare in latenti,

Tuto contegat: ambitu remoto:

Contentus modicis: meoq; Fabro,

Viuiam absq; inuidia, valete curæ.

Vita in continuo labore mors est.

Ex Lutetia Parisiorum tertio idus Decembres. M. D.  
 quarto. à partu virginis.

DIONYSIVS HARSIVS EXCVDEBAT

LVGDVNI, ANN.

M. D. XXXVIII.





## DEL ASISIO CAN

○ Pues es cierto q̄ hallaron and  
los infinitos males que han na ci  
al hombre, en sola su auaricia m  
y de tan grandes bienes que a p  
la alma por la auaricia, esta delie  
con muerte, y encendios, rrobo  
tiene al mundo, la perfida auarici  
fincharidad, sin paz, y sin justicia.

Esta infaziabie sed tiene las ge  
subjetas las mas vezes a tiranos  
quella produze al mundo por ser  
que deuoren contino a los human  
celebradas con nombres excellen  
de Persas, Medos, Griegos, y Ro  
Szitas, Alarbes, Godos, Turcos, M  
que rrauiaron y rrauiian por theso

Ni tiene el mundo en si cosa cr  
a quien este furor no mueua a gue  
ni en las honduras de la mar salada  
ni en las entrañas de la dura tierra:  
que ni la perla en nachera encerrac  
ni el oro que entre marmores se en  
ni aun en poluo y arena disfracad  
tienen contra auaricia firme est

## PRIMERA PARTE

al en su cueua suele el brauo Oſſo  
aquellos meſes encerrado.

Sol a la corriente del lluuioſo  
io, ofrece ſu calor templado

alir deſpues mas poderoſo

a qualquiera preſa denodado:

Franciſco aquella eſcura cueua  
rzas y valor nos le renueua.

obra para lidiar animo entero

o para huyr ſe hizo fuerte.

emplando que Chriſto en el madero

ſperò que ſe enclauo a la muerte:

e para ſeguir tan gran guerrero

deue rehuſar ninguna ſuerte

o ſe anima ya de paſſo en paſſo

viene a no hazer del mundo caſo.

el ver que el ſacerdote eſta encogido

ado de themores, le amedrenta

ſauer que en Aſis ſera abatido

toda ſuerte de ynuidioſa afrenta:

el demonio que dexo corrido

mundo han de cargar con ſu tormenta

en la batalla del themor ſe arroja

## DEL ASISIO, CANTO III


Mas como ya estuuieffe el nuevo y c  
Francisco alla en los Cielos transplanta  
y en el mundo del todo el de antes mu  
en Francisco ningun Francisco hallado  
las fuerças deste mundo (al mal despie  
y a la virtud del bien tardio y elado  
con sus ingenios) han, que aun cosa poc  
le pudiesse mouer mas que a vna Roca

La Rebuelta que se os conto passada  
y de la dura carcel muchos dias:  
el padre prosiguiendo su jornada  
por la Toscana fue en las mercancías:  
quando madona Picha lastimada  
en ver las carnes de su hijo frias  
y con tanto peligro de la vida:  
de la carcel le dio libre salida.

Llanto  
de doña  
Picha.

Arrojada a los pics del triste hijo  
que esta tambien tendido en aquel suelo  
con vn llanto y solloço tan prolixo  
que mouido vna peña vbiera a duelo,  
con ronca voz y lamentable dixo,  
que es esto mi Francisco y mi consuelo:  
dize que camino es este que as tomado  
tan diferente al de antes y trocado





Stato

con

Aristotele

Pal

60  
23

3.671